 pellata. Paradin. 1955  
 tartari quib. rebus Scy-  
 thos populos inuictos  
 suo Dominio sublece-  
 rit

IN TOMVM III

- sint 2019. foedifragi  
 2001. praelio fusi à Li  
 uonibus 1990.  
 Tartarorum Moschoui  
 tarum clades 1990  
 arma 1990. agmen  
 fulminetatum 2001  
 scuitia in Germanos  
 2140. noua aduersus  
 Liouones expeditio fo-  
 lio 2140  
 Tartaris multa millia  
 Christianorum Mo-  
 schouita uendit 2190  
 tartaris Liouones uenū-  
 dantur 2139  
 inter Tartaros & Liuo-  
 nes praelium memora-  
 bile 1990  
 Tatta fluuius 2090  
 tauanius uir nobilis. Pa-  
 radinus 1957  
 Taurinus mons 2044  
 taurinum ciuitatē Gal-  
 liae rex pignoris loco  
 retinet 2152  
 de Tauro tosto Franco-  
 furti in coronatione re-  
 gis Maximiliani 2083  
 à Teckelburg comes  
 interfectus 2147. comes  
 in praelio interfectus.  
 V. C. 2041. comes in  
 praelio occiditur. V. C.  
 2037  
 Tempestas horrida Vi-  
 ennae Austriae exorta  
 2168  
 Templi Haphniensis de-  
 scriptio. Hieronymus  
 Osius 2027  
 temporum nostrorum  
 calamitas 1933  
 Terouana arx 2135  
 ad Terrā durā Hispani-  
 cae classis naufragium  
 2189  
 terramotus ingentes in  
 ditone Venetorum &  
 Turcarum 2201. in-  
 gens Viennae Austriae  
 fol. 2168. tanquam  
 quadriga sonantis 2168  
 Teschenſis princeps in  
 coronatione Maximili-  
 anſi Hungariae regis  
 2202  
 Teutones ferreos quos  
 Tartari appellant 1990  
 teutonicus magister in  
 Liouonia legationem  
 mittit Augustam Vin-  
 delicorum ad comitia  
 & à Proceribus Ger-  
 maniae auxilia contra  
 Moschouitas petit fo-  
 lio 2150. literas mit-  
 tit ad Lubecenses ad  
 renouandam ueterem  
 amicitiam 2197. Ni-  
 enhusensibus auxilia  
 mittit 1997. deditio-  
 nem Nienhusij audi-  
 ens, ira ac dolore acer-  
 batus, castrum Kiriepe  
 igne succendit 1998  
 cum exercitu fugit fol.  
 1998. Lubecensium  
 naues capit 2198. &  
 episcopus Torpaten-  
 sis Hermāno, Legatos  
 ad Moschouia principem  
 ablegant pacis  
 expetendae causa 1991  
 altam legationem ab-  
 legat ad Moschouia  
 principem de pace in-  
 eunda 1995. hone-  
 stam legationem mit-  
 tit ad Moschouiae du-  
 cem 1992. bellum ge-  
 rit contra Poloniae re-  
 gem 1991. legatos  
 mittit ad Moschouia  
 ducem 1991. quadri-  
 mestres inducias impe-  
 trat à Moschouia im-  
 peratore 1995. de Ru-  
 tenorum aduentu cer-  
 tior factus cum suo ex-  
 ercitu fugit 2140. Li-  
 uoniae cogitur ut Lube-  
 censibus naues arresta-  
 tas restituat 2198. de-  
 nuò scribit ad Lubecē-  
 ses 2198  
 teutonicus ordinis magi-  
 stri expeditio contra  
 Rutenos 1989. magi-  
 ster militem conscibit  
 1980. ditio à Moscho-  
 uis inuasa 1995. ma-  
 gistri oratio ad milites  
 1990  
 ad Teutonicū magistrū  
 Ferdinandus Caesar pa-  
 cis mandata, de discor-  
 dia inter eum & Lube-  
 censes exorta, mittit 2198  
 inter Teutonicum ma-  
 gistrū Liouoniae & Lu-  
 becenses discordiae 2198  
 teutonicorum uictoria  
 contra Moschouitas ob-  
 tenta 1990  
 teutonicis cū fratribus  
 Moschorū Imperator.  
 pacem inuit 1990  
 ex Teutonicis quot in-  
 terfecti fuerint in pra-  
 lio ibidem.  
 Theonuilla arx olim in-  
 ter arces inexpugnabi-  
 les numerata 2135. O-  
 lim Caroli magni se-  
 des 2134. deditio-  
 ne capta 2135. expugnata  
 ibid. quomodo sit ca-  
 pta Carmen Michaë-  
 lis Hospitalis 1972. ut  
 auxilio destituti 2135  
 theonuillae oppidum situs  
 2134. 2135  
 Theobaldi Nouicastris  
 domini obitus eiusque  
 testamentum 2174  
 Theodoricus ab Holle  
 equitū praefectus Le-  
 thali uulnere cōfossus  
 2155  
 Theodoricus Schnepf-  
 us professor Tubingē-  
 sis 2155  
 dd 5 Theodo-

# INDEX HISTORIARVM

- Teodorus Beza Mon-**  
**cellos proficiscit** 2120  
**respondet de crimine**  
**obiecto** 2121.  
**theodori Beza cōfessio**  
**de eade Guysiani fol.**  
**2120. testimonium de**  
**Guilio ibid. repur-**  
**gatto criminis falsē**  
**obiecti** ibid.  
**Theodorum Bezam in-**  
**causam fuisse cædis**  
**Guisij ducis** 2118.  
**theologi qui editis scri-**  
**ptis sunt celebres, &**  
**qui fuerunt Francofur-**  
**ti in comitijs** 2109  
**inter Theologos Palati-**  
**ni & Vuirtebergici col-**  
**loquium in monaste-**  
**rio Maulbrunnensi ha-**  
**bitum** 2214  
**thermes uir nobilis &**  
**strenuus Parad.** 1957  
**thermus fit tutor Caroli**  
**IX. regis Gallorū** 2167  
**in summas angustias**  
**coactus** 2136. cum  
**suo exercitu ad le-**  
**cium portum refugit**  
**ibid. suum exercitum**  
**Grauelingā ducit** 2135.  
**2136. cum suo exerci-**  
**tu fugit** 2136. Dun-  
**ckercham maritimum**  
**oppidum expugnat**  
**2135. uulneratur & ca-**  
**ptus** 2136  
**Thermi exercitus profl-**  
**gatus** ibid.  
**tholosæ ingens cædes**  
**stragesq; æditæ** 2186.  
**per integrum semestre**  
**nihil aliud actum, quā**  
**undiq; homines caesi,**  
**bona direpta, gdes spo-**  
**liatæ fuerint** ibid.  
**tholosæ strages æditæ fo-**  
**lio** 2112  
**tholosana strages à Gui-**  
**lianis perpetrata** 2186  
**Thomas Asaphen Poli**  
**Cardinalis testamento**  
**se subscribit** 2144  
**Thomas Erastus Do-**  
**ctor medicinæ** 2241  
**thomas episcopus Eliæ**  
**sis Cardinalis Poli te-**  
**stamento se subscribit**  
**2144**  
**thomas Santelinius Ca-**  
**uensis Romę herefens**  
**nomine à Paulo 1111.**  
**in molem Hadriani cō-**  
**iectus** 2160. episco-  
**pus Cauensis custodia**  
**solutus** 2162  
**Thomæ martyris caput**  
**ubi referuetur** 2143  
**in Thuringia impostor**  
**insignis Hans Vater**  
**2180**  
**Thufentufels uerp lo-**  
**cus sic dictus. Hieron.**  
**Osius** 1014. 2015  
**tilebrugga oppidum oc-**  
**cupatum. Hieron. Osi-**  
**us** 2019. urbs. Hie-  
**ron. Osius** 2022. ua-  
**statur. Hieron. Osius**  
**2023**  
**Tirolis comitatus** 2217  
**Tomembeiuis interfe-**  
**ctus. V. C.** 2035  
**Tormentorū librato-**  
**res in Moschouia mis-**  
**si** 2196  
**torpatum deditioe ca-**  
**ptum** 2141. urbs mu-  
**nita** 1999. opp. acri-  
**ter oppugnatū** 1998.  
**à Rutenorū exerci-**  
**tu obsessum** 1998. à  
**Rutens obsessum** 2140  
**quot miliaribus distet**  
**à Torpatō** 1997  
**torpati summa calami-**  
**tas exorta** 2139  
**pestis grassatur** 1998.  
**ingens tumultus & se-**  
**ditio exoritur** 2000  
**ingens ac terribilis co-**  
**meta uisus** 1994  
**missa abrogata** folio  
**1998**  
**Torpatō præsidia impo-**  
**sita** 1998  
**à Torpatō ciuitate quot**  
**miliaribus Moschus**  
**ciuitas distet** 1998  
**à Torpatō Moschouia**  
**quantum distet folio**  
**2140**  
**Torpatensis episcopus**  
**deditioem dissuadet**  
**1999. 2000. episco-**  
**pus pacis condiciones**  
**obsignat** 1991. episco-  
**pus deditioem urbis**  
**Torpati dissuadet fol.**  
**2000. episcopus qui-**  
**bus conditionibus in-**  
**ductas quinquenna-**  
**les à Moschouiorū**  
**imperatore impetrat**  
**1991. prouincia fundi-**  
**tus deuastata** 1995. e-  
**piscopus denuo lega-**  
**tos ad Moschouia du-**  
**cem adornat** 1995.  
**episcopus captus fol.**  
**2001. episcopus rui-**  
**sus legatos mittit ad**  
**Moschouia principē**  
**1991. d. cæcis. mis. è de**  
**uastata à Moschouis**  
**1994. Cancellarius au-**  
**fugit** 1998. d. uomi-  
**serē depopulatur à Mo-**  
**schuitis** 2139. episco-  
**pus ordinis Teutonici**  
**magistro suppetias**  
**mittit** 1989.  
**Torpatensem Prouin-**  
**ciam Moschouij inua-**  
**dunt** 1994. agrum  
**Rutens denuo cum in-**  
**genti exercitu inua-**  
**dunt** 1998  
**in Torpatensi agro ma-**  
**gna calamitas** folio  
**1994** Torpa-

I N T O M V M I I I

Torpatenses Moscho-  
uitæ sededunt 2141  
disparēs in religione  
2140. suas opes &  
merces Rigam mittūt  
1998. de deditōne a-  
gunt 1999. legatum  
ad Moschouij exerci-  
tus ducē mittunt, pacē  
rogantes 2000. sede-  
dunt ibidem, quæ ec-  
clesiæ Romanæ adhe-  
rebant spondaneum  
exilium subeunt ibid.  
duos ex senatorib. ad-  
ducem ablegāt ibid.  
ingens metus & formi-  
do inuadit 1998. de  
urbis salute deliberant  
1999. catholici urbe  
excedunt 2141.  
Torpatensiu incolæ mi-  
serē à Moschouijs tru-  
cidati 1995. alacritas  
in pugnando 1999  
torpatensibus Moscho-  
uij deditōnem suadet  
2000  
Toti uillanij Heræ Pau-  
linaris ditto restituta  
2152.  
trauemunda urbs dire-  
pta. V.C. 2040. mu-  
nitissima urbs uel capta  
à Ioanne Ranzouio.  
V.C. 2036  
trauens Dominus Pol-  
troctio manus iniicere  
uult 2121  
traueris Dominus Pol-  
troctium ad Amiralij  
ducit 2130  
trauilla sanguine pluit  
2168  
Treuerensis episcopus  
quem locum teneat in  
comitijs 2167. quem  
locum teneat in comi-  
tijs imperialibus 2063  
treuerensi cum episco-  
po qui comites & Do-  
mini ad electionem  
Rom. regis Francofur-  
tum uenerint 2199  
tridentinum concilium  
1934. à principibus  
Germaniæ reiectū 2173  
Germaniæ principib.  
indicatur 2171  
à Pio 4. renouatū 2171  
celebratum 2188. so-  
lutum 2210  
in Tridentino concilio  
quot Cardinales, Ar-  
chiepiscopi & Clerici  
fuerint 2210. certamē  
magnum exortum, in-  
ter oratores regum Hi-  
spaniæ & Galliæ ibid.  
Trifortium Poluuyle-  
rus uenit. Parad. 1951  
trinitæus dux exercitus  
Sabaudici, in summū  
periculū ductus 2168  
triumistratus in Gallia  
qui nullad on 2181  
Tubingæ Sabina comi-  
tissa Wirtembergēsis  
sepelitur 2218  
tubingensis schola 2218  
tumultus in Gothia ex-  
oritur. V.C. 2036  
tuncum captum à Ca-  
rolo v. 2165  
tunetanum regnū à Ca-  
rolo v. subiugatum  
2146  
Tuoda fluuius 2163  
turca Christianos capti-  
uos liberē demittit  
2089. quartū nationū sit  
Dominus 2090. Ro-  
manorum regi nouo  
electo de honore gra-  
tulatur 2089. amicitia  
cū Ferdinando Cæs. re-  
nouat ibid. cur Chri-  
stianos captiuos liberē  
dimiserit ibid. quæ  
munera Ferdinando  
regi miserit ibid. quā  
tam cōmoditatem ac-  
ceperit ex scientia rerū  
naualium 2196. Pan-  
noniam uastat 1934  
turcæ arcem munitissi-  
mam Peuoldi Velez  
Hispanis relinquunt  
2218  
turcarū crudelitas. Post-  
hius 2078. classis duo-  
bus prælijs à Carolo v.  
deuicta 2146. impera-  
toris titulus 2086. im-  
perator legationem cū  
muneribus Francofur-  
tum ablegat 2185. au-  
dacia ob uictoriā 2165.  
imperatoris tituly 2189  
in Turcarum ad mare  
Adriatici ditione ingē-  
tes terremotus exorti  
2201  
inter Turcas & Christia-  
nos naualis pugna cō-  
missa 2165  
turcica classis, Christia-  
nis cladem infert ibid.  
turcicę classis capitanei  
qui ibid.  
turcicus legatus que mu-  
nera Ferdinando Cæsa-  
ri dedit 2089. quid  
in itinere ægrie tulerit  
2185. quomodo Fran-  
cofurti exceptus fuerit  
ibidem.  
turcici legati nomina &  
cognomina eorū, qui  
unā cum eo Francofur-  
tum ingressi sunt anno  
1562. die 25. Nouem-  
bris 2086. sermo siue  
relatio, à Solymano  
Turcarum imperatore  
ex Cōstantinopoli ad  
Christianorum Cæsa-  
rem Ferdinandum de-  
stinati, apud Frācofur-  
tum Mcent coram pro-  
cerib. imperij ibidem.  
presentib. Inguæ Sala-  
uonica recitatus 2086.  
Turcoa



# INDEX HISTORICARVM

- Turnon urbs à Guilia-  
 nis capta exq̄ ea Con-  
 denses electi 2186  
 turnonem urbem Hu-  
 genotici capiunt 2179  
 turones cædes perpetra-  
 tæ 2186  
 Turonensis Cardinalis  
 tutor Caroli IX. Gal-  
 lorum 2167  
 ad Turonensem urbem  
 Hugenoſi nomē suum  
 acceperunt 2164  
 in Turonensi agro com-  
 plures equites & pedi-  
 tes comprehenſi 2164  
 turrelupini populi, nūc  
 Valdenses dicti 2169  
 de Tutela quaſtiones  
 Pariſijs ortæ 2202  
 Typographi nonnulli  
 in Moſchouiam miſſi  
 2196  
 tyrus ab Alexandro Ma-  
 gno domitur. Hieron.  
 Oſius 2022
- V
- V**Acculanum fœ-  
 dus 2151  
 Vaiuodam arcis  
 Poleuzko Moſchoui-  
 ta captiuū in Moſcho-  
 uiam abducit 2190  
 Valbriffonus rei tormē-  
 tariz præfectus impi-  
 ger in urbe Burgo. Pa-  
 radinus 1952  
 ualdensem agrum Sa-  
 baudiz dux inuadit  
 2168  
 ualdenses cūr Turrelu-  
 pini dicti ſint. 2169  
 Narbonensem agrum  
 poſidēt 2169. à Ger-  
 manis principibus &  
 ciuitatibus ſubſidium  
 aliquod, in uſus paupe-  
 rum petūt 2169. quis  
 primò à Romana ec-  
 cleſia ſegregarit 2169.  
 unde nomen accepe-  
 rint ibi. pacati cū du-  
 ce Sabaudiz 2168 ua-  
 ria nomina & appella-  
 tiōes habēt 2169. ſe ſtre-  
 nuè gerunt in bello cō-  
 tra ducem Sabaudiz  
 2168. Prōuinciam Lō-  
 bardiam poſſident fo-  
 lio 2169. à rege Gallo-  
 rum Franciſco I. gra-  
 uiſſimè afflicti ibid.  
 cur Bohemiſtæ appel-  
 lati ſint 2169. unde ue-  
 re originem duxerint  
 ibidem  
 Valdēſium regio 2168.  
 2169. origo atq̄ do-  
 ctina 2169  
 Valdēſibus exercitiū  
 religionis liberum cō-  
 ceſſum 2168. dux  
 Sabaudiz religionis  
 nomīnè bellum infert  
 2168  
 Valduſ homo prædi-  
 ces, à quo Valdēſes di-  
 cti 2169. ſit conciona-  
 tor, & populū ad ſe  
 contrahit ibid. & ſui  
 participes Lugduno  
 diſcedunt ibid.  
 Valdi Conſtantia in fi-  
 de ibidem  
 ualentiam urbem Con-  
 denses ad ſe pellexe-  
 runt 2182  
 ualentianus tumultus  
 2178  
 ualentinus Vānuius Ab-  
 bas Maulbrunnensis  
 2214  
 ualentiuſ reſtituitur 2152  
 ualkena abbatia 2000.  
 2001  
 ualledoleti in Hispanijs  
 triginta perſonæ ob re-  
 ligionis nomen com-  
 prehēſæ, ex quibus  
 tredecim laqueo ſtran-  
 gulatæ ſunt, reliquæ in  
 carceres reductæ 2154  
 ualleſiani Lugdunenſi-  
 bus auxiliareſ copias  
 mittunt 2188  
 ualſenarium arx olim in-  
 ter inexpugnabileſ ar-  
 ces numerata 2135  
 uandalorum dux nomi-  
 ne Philippus moritur  
 2164  
 Varadienſis epiſcopuſ  
 funuſ Ferdinandi Cæ-  
 ſaris oratione ornauit  
 2216  
 uarmiēſis Cardinalis  
 2210  
 Vaſcones ex urbe Bur-  
 gio contra hoſtem e-  
 miſſi. Paradnuſ 1952  
 ualſconum ſtragem.  
 Paradnuſ 1952  
 in Vaſſia ſtrages ædit  
 2112  
 ualſtiacena ſtrages à Gui-  
 lianis patrata 2178.  
 2179  
 ualſienſis cædes 2112  
 ualſienſium fratrum cæ-  
 des 2119  
 ad Vaſſeium oppidulū  
 Eūangelicorū clades à  
 Guilianis patrata ſol.  
 2178  
 uaticinia de Henrici II.  
 regis Galliz morte ſol.  
 2158  
 uercellas Philippus rex  
 Hispaniz retinet 2152  
 Veldentiz comitiſſa no-  
 mine Elizabetha mori-  
 tur 2159  
 ueneti ſenatuſ princeps  
 moritur 2160  
 ueneti Franciſco regi  
 Galliarū gratulant̄ de  
 nouo imperio 2164  
 in Venetorum ditone  
 ingenteſ terræmotuſ  
 exorti 2202  
 Venus nauis ſic dicta.  
 Hier.

IN TOMVM III

Hieron. Osius 2027  
 Verdensium præsul Bre  
 denbergam ad sepul  
 turam Ioannis Ranzo  
 uij uenit. Kelling. 2049  
 legati apud sepulturā  
 Ioannis Ranzouij. Kel  
 ling. 2056  
 uenerus Pafsbergus in  
 equitem auratum cre  
 tur a rege Daniæ. Hieron. Osius 2032  
 uerus continens nume  
 rum anni, quo obiit Io  
 annes Ranzouius e  
 ques auratus 2044  
 uertodunum dux Guisfi  
 anus cū exercitu uenit  
 2135  
 Vertoduno Guisianus  
 dux cum suo excerci  
 tu discedit 2136  
 Vesalia 2215  
 uesula mons 2168  
 Vienna a Guisianis dire  
 pta 2187  
 uienne austria terre mo  
 tus ingens & horreda  
 tepestas exoritur 2168  
 uiglius Zuichemus pa  
 cem facit nomine Phi  
 lippi cum Gallia regis  
 legati 2151  
 uilla franca pagus 2118  
 oppidum 2132  
 uilla noua 2188  
 Vilhusum oppid. 2206  
 uinarius Fons artificio  
 se Francofurti appara  
 tus 2069  
 de Vino publicè profu  
 so Francofurti in coro  
 natione regis Romano  
 rum Ioan. Posthius 2082  
 uiris Brachia truncata  
 1998.  
 uirtus in re militari quid  
 præstet 2133  
 uitæ humanæ fragilita  
 tis exemplum 2169  
 Vll oppidum 2271

ulisinga urbs 2160  
 ulpianum arx olim in  
 ter inexpugnabiles ar  
 ces numerata 2135  
 ulrici ducis Vuirteber  
 giei uxor moritur 2217  
 unctio quid significet  
 seu denotet. Hieron.  
 Osius 2030. regis Da  
 niæ Friderici secūdi hu  
 ius nominis. Hieron.  
 Osius ibid.  
 uolmarus Vurangel le  
 gatus ad Moschouia  
 principē mittitur 1992  
 Vorago subita orta in  
 ducatu Vuirtembergi  
 co alta pedes triginta  
 sex, lata uiginti 2168  
 urbes multæ in ditone  
 Venetorum terramo  
 tu ualde cōcussæ 2201  
 uisula Ferdinandi Cæsa  
 ris filia 2216

VV

V Vaiblingen oppi  
 dū unde nomen  
 habeat 2217  
 Vuaiblingæ Prochotro  
 phum ex Sabinae co  
 mitissæ Vuirtembergē  
 sis sumptib. extructū  
 ibidem.  
 Vualdemarum regē Da  
 norum Ditmarsli in a  
 cie deserunt, & ad ho  
 stes deficiunt. Hieron.  
 Osius 2024  
 Vualpurga uxor Rudol  
 phi a Ditmarsli mise  
 re trucidata. Hieron.  
 Osius 2023  
 uualterus a Plettēburg  
 ordinis Teutonici ma  
 gister 1989  
 Vuarrendorplum op  
 pidum Vuestphalię oc  
 cupatum 2201  
 uuaruichius comes An

glorum præfectus in  
 Portu Gratia 2208  
 Vuascha Badensis auiæ  
 præfectus Francofur  
 tum quot equitibus  
 uenerit 2089  
 uueiseburgum Ferdinā  
 dus Cæsar uenit 2188  
 a Vuenckheim præfes  
 tus globo ferreo inter  
 fectus 1917  
 in Vuēdesli ciuitate cō  
 uētus celebratur a pro  
 ceribus Liuonia 1995  
 in Vuēdesli oppido Li  
 uoniae Proceres con  
 uentum celebrāt 2140  
 Vuentzelhusen oppi  
 dum captum a Ioanne  
 Ranzouio. V. C. 2030  
 uuestphaliā Ericus Brū  
 suicensis dux cum ex  
 ercitu inuadit 2202  
 Vuestderuwinckel Mo  
 nasterium 2206  
 uuestra oppidum 2215  
 Vuidfeldus uir insignis.  
 Hieron. Osius 2033  
 Vuilhelmus Aurateus  
 princeps ab Albano o  
 mnibus bonis priua  
 tus 2178. princeps  
 Auraticus matrimonio  
 duxit Annam Mauri  
 tij Electoris Saxonie  
 filiam 2177. 2178  
 uuilhelmi principis Au  
 raici secundæ nuptiæ  
 2178. prima uxor An  
 na Maximilianī Eg  
 mondani comitis Bu  
 tauū unica filia & heres  
 2178  
 Vuilhelmo cum princi  
 pe Vranienti qui comi  
 tes & Magnates ad ele  
 ctionem Romanorū  
 regem Francofurtum  
 uenerint 2108  
 Vuilhelmus comes Für  
 stenbergticus 2175  
 Vuilhel

# INDEX HISTORIARVM

- Vuillhelmus Grūbach-**  
 tus bonis suis spolia-  
 tus 2206. clāculum mi-  
 licem conscribit 2206.  
 præpositum ecclesiæ  
**Vuirceburgicæ capit**  
**ibid.** Vuirceburgum  
 occupat **ibid.** Vuirce-  
 burgenſib. omnia cru-  
 delitatis genera minat,  
 niſi iuſtā transactio-  
 nem cū eo faciāt 2207.  
 2208. Vuirceburgenſes  
 canonicos & eis ciues  
 ad quas pacis cōditio-  
 nes cōgerit 2207. ſcri-  
 ptū ad deputatos mit-  
 tit 2212. urbe Vuirce-  
 burgēſi diſcedit 2209.  
 Vuirceburgi patibuli  
 in foro erigit 2207.  
 ſuos milites exautorat  
 & ſtipēdia ſoluat 2209  
 à Ferdinando Cæſare  
 proſcriptus 2209  
**Vuillhelmi Grumbachij**  
 miniſtrum interfeciſſe  
 Melchiorē Zobellū  
 epiſcopum Vuirzburgi-  
 cum 2134. dira a-  
 uaritia 2207  
**Vuillhelmo Grumbachio**  
 in direptione ur-  
 bis Vuirceburgenſis  
 qui nobiles militārint  
 2209  
**Vuillhelmus comēs Haſ-**  
 ſiæ Francofurti, epiſco-  
 po Herbipolitano miſ-  
 ſam celebrante, ē tem-  
 plo abit 2063. ad prin-  
 cipes conclaue uoca-  
 tur 22064  
**Vuillhelmus ab Hutz-**  
 feld unus ex capita-  
 neis 2183  
**Vuillhelmo duci Man-**  
 tuæ Eleonora Ferdinā-  
 di imperatoris filia de-  
 ſponſata 2177  
**Vuillhelmi Saxonix du-**  
 cis in Galliam expedi-  
 tio 2135  
**Vuillhelmus Steinius**  
**Vuillhelmo Grūmba-**  
 chio militat 2209. à Fer-  
 dinādo Cæſare proſcri-  
 ptus **ibidem**  
**Vuillhelmo de Stein pro-**  
 damnis in Marchioni-  
 co bello ab epiſcopis  
**Vuirceburgēſib.** quot  
 millia Thalerorum ſol-  
 uenda ſint 2208  
**Vuillhelmus Xilānder**  
 Græcæ linguæ Heidel-  
 bergæ profeſſor 2214  
**Vuirceburgi urbis ſitus**  
 1936  
**Vuirceburgi ingens tri-**  
 ſtitia exorta ob cædem  
 Melchioris Zobelli ſo-  
 lio 1937  
**Vuirceburgēſis urbs o-**  
 mnibus bonis spolia-  
 ta 2207. urbis occupa-  
 tio per Vuillhelmū Grū-  
 bachium 2206. epiſco-  
 pus Ro. regē ad ſumū  
 altare deducit 2037.  
 epiſcopus quē locū ob-  
 tineat in comitijs 2067  
 epiſcopus direpta ur-  
 be cōfugit ad Noricos  
 2207. epiſcopus miſ-  
 ſam celebrat in comi-  
 tijs Francofurti. 2063  
 epiſcopus quod offici-  
 cium fungatur in co-  
 mitijs 2063  
**Vuirceburgenſi urbe di-**  
 ſcedit Vuillhelmus Grū-  
 bachius 2209  
**Vuirceburgenſes quas**  
 pacis conditiones cū  
 Guilhelmo Grumbachio  
 fecerint 2207  
 canonici & ciues qui-  
 bus conditionibus pa-  
 cem fecerint cum Grū-  
 bachio 2207. 2208. ci-  
 ues Vuillhelmo Grum-  
 bachio arma tradunt  
 2207  
**Vuirceburgēſiū trāſacti-**  
 ones, quas cū Grūba-  
 chio fecerāt, Ferdin. re-  
 ſcindit 2209. ciuium  
 quot interfecti fuerint  
 in direptione urbis 2207  
**Vuirceburgicus epiſco-**  
 pus Grūbachio ad ſua  
 ſcripta reſpondet 2212  
**Vuirtembergienſium du-**  
 cum ſepultura 2218.  
**Vuirtembergicus dux**  
 Hericourtum arcem di-  
 ripit 2177  
**Vuirtembergici duces**  
 unde iura arcis Heri-  
 courtis petant 2176  
 inter Vuirtembergicum  
 ducem & comites Ora-  
 tēburgicos cōſetio de  
 arce Hericourtio 2174  
**Vuirtembergico cū duce**  
 qui comites et nobiles  
 ad electionem Rom.  
 regis Maximilianī Frā-  
 cofurtū uenerūt 2107  
 in Vuirtembergico du-  
 catu Vorago orta eſt,  
 alta pedes triginta ſex,  
 lata uiginti 2168  
 inter Vuirtembergicos  
 & Palatinos Theolo-  
 gos colloquū in Maul-  
 brunenſi monaſterio  
 2214  
**Vuirtembergienſis duciſſæ**  
 Palatinæ obitus 2217  
**Vuirtembergam quando**  
 Philippus Melanthon  
 uocatus fuerit 2164  
**Vuirtembergienſis Acade-**  
 miæ cōditor quis **ibid.**  
**Vuolfenbütti arcis obſi-**  
 dio 2201  
**Vuolfſgangus Carolus**  
 à Vuenckheim globi  
 iſtū moritur 2134. præ-  
 fectus Herbipolentis  
 principis 1977  
**Vuolſt-**

IN TOMVM III

Vuolfgangus comes  
 Barbicus Haphniã ad  
 coronationẽ regis Da-  
 niã uenit. Hiernym.  
 Osius 2026  
 uuolffgãgus Palatinus  
 à Cõdensibus de auxi-  
 lijs adferendis rogatus  
 2194  
 uuolffgango cum comi-  
 te Palatino, qui comi-  
 tes & Barones ad ele-  
 ctionem Romã. regis  
 Maximil. Francofurtũ  
 uenerint 2105  
 uuolffgãgus Teutonici  
 ordinis magister 2095  
 Vuolffgango cum mini-  
 stratore Prussie et Teu-  
 tonicæ ordinis magi-  
 stro qui comites & du-  
 ces ad electionem Ro-  
 regis Maximil. Franco-  
 furtum uenerint 2103  
 Vuolffgango Schõn-  
 ueyfs unus ex Capi-  
 taneis Daniã regis ex-

ercitus. Hieron. Osius  
 2006. ubi sepultus ia-  
 ceat 2155. æneo tor-  
 mento traiectus inte-  
 rijt 2155. globo ictu,  
 occiditur. Hieron. Osi-  
 us 2008  
 Vuolffgangi Schõueyfs  
 sepultura. Hieronym.  
 Osius ibid.  
 uuolffgãgus Zager Me-  
 tropolitanæ ecclesiæ  
 Torpatensis Decanus  
 1995  
 uuormatię comitia à Ca-  
 rolo v. celebrata. V. C.  
 2035  
 uuormatiã Ferdinã-  
 dus Cæsar uenit 2138  
 uuoymarscheiski Mo-  
 schouita captus 2211

Z

Zacharias Delphi-  
 nus Pontificius  
 legatus, eiusquẽ

oratio in Germaniã  
 principum conuentũ  
 habita 2171  
 zacharias Ursinus fol.  
 2214  
 zacynthius episcopus,  
 pontificus legatus ad  
 Germaniã principes  
 mittitur 2171  
 Zantus insula 2213  
 Zithardus Conciona-  
 tor aulicus Cęsaris fol.  
 2216  
 Zobellus frater Melchi-  
 oris Zobelli episcopi  
 Herbipolensis à lãtro-  
 nibus spoliatus 1937  
 zobelli Episcopi Her-  
 bipolensis cædes fol.  
 1933  
 à Zollern comes sacri  
 Romani imperij ui-  
 cecamerarius folio  
 2069  
 contra Zuinglianos in-  
 quisitorum monitoria  
 pœnalia 2203



TOMVS III.  
 DE CAEDE  
 REVERENDISS.  
 PRINCIPIS, D. MELCHIORIS ZO-  
 BELLI HERBIPOLENSIS EPISCOPI AC ORIEN-  
 talis Franciæ Ducis, Historica  
 Narratio.



**T**SI IN TANTA Perditorum hominum audacia, & hac in-  
 finita scelerum omnium impunitate, minimè tutum sit, ma-  
 gnarum ac uariarum rerum sui temporis casus atque euenta  
 literis mandare, propterea quòd in ueritate similtas maximo  
 perè extimescenda est: Tamen cum intelligerem, non apud  
 finitimos tantum nostros, uerum etiam apud eos, qui longè  
 absunt, de crudeli & miserabili egde Reuerèdissimi & Ampliss. Principis Mel-  
 chioris Zobelli, Episcopi Herbipolensis, & Franciæ Ducis, multa, partim fal-  
 sa fictaq; partim etiam contumeliosa, disseminatis dispersisque hominum ser-  
 monibus iactari, facere non potui, quin rem totam, ut gesta est, breuiter expo-  
 nerem, ipsumque (si possem) mortuum, pro meo erga illum officio ac pietate,  
 in bonam hominum existimationem uindicarem. Persuasum autem uelim  
 esse omnibus, me non ad alienæ uoluntatis arbitrium, sed libero & sincero  
 iudicio hæc scribere aggressum, nec, ut dolori meo seruiam, quenquam, con-  
 tumeliæ causa, libertate orationis perstringere, abest hoc à natura mea, abest  
 à moribus plurimum: Sic tamen existimo, multos bonos & amantes pa-  
 tris, eiusdem sceleris cogitatione, quam me ipsum, grauius ac uehementius in-  
 terdum commoueri. Non enim hæc unius tantum hominis priuata cala-  
 mitas existimanda, & à Principum reliquorum periculis segreganda est, præ-  
 fertim cum non desint, qui immanissimum hoc facinus ita uerbis extollant,  
 ut imitari cupere plane uideantur. Atque hoc quidem in tam ancipiti rerum  
 motu, dum uarijs passim terroribus & periculis, non solum externis, uerum  
 etiam domesticis, imperium concutitur, & ad interitum penitus impellitur,  
 quantum præcauendum sit, nemini obscurum esse potest. Qua enim  
 ratione, in tam nefaria latrocinandi consuetudine, & inueterato prædandi u-  
 su, omniq; militiæ disciplina inquinata & peruersa, dum nemo militaribus  
 præceptis obtemperat, tot imminentibus malis & calamitatibus obuiam ibi-  
 mus? quibus satis firmis præiidijs, sublata principum autoritate, in tanta  
 animorum defectione & diffidentia, quantam alia ætas nulla unquam uidit,  
 afflictae patriæ opem & auxilium afferemus? Proditiones & clandestina  
 cum hostibus pacta non pertimescemus? Sic enim à maioribus accepimus  
 in re militari uirtutem multum ualere, tum plus etiam disciplinam. Sed de  
 his, quando ea non sunt muneris nostri, uiderint ij, penes quos rerum omni-  
 um potestas est: nos uulnera hæc Reipublicæ aperire & ostendere pos-  
 sumus, curare non possumus. Nec uerò ab instituto meo alienum esse puto,  
 AAA si ante

si antequam ad factum ipsum ueniam, pauca prius de interfecti Principis familia, de moribus ac natura, totoque uitæ genere dicam, quibusque initijs, hæ tantæ in illum acerbissimi odij & inuidiæ procellæ excitatæ fuerint. Natus est MELCHIOR ZOBELLVS in Orientali Francia, prouincia uirtute maiorum maximè libera, honesto apud suos loco, patre Equite Franco, à quo liberaliter educatus, & eruditus (ut ea ferebant tempora) uiris in disciplinam traditus fuit, qui teneriores eius annos aleret, instituerentque ad uirtutem. Sed cum eo tempore contemptæ iacerent literæ, ac bellicæ potius uirtutis commendatione, summa omnia homines consequerentur, ætate corroborata, cum laboris patientissimum & ad omnem famis & frigoris tolerantiam firmatum corpus haberet, ad initia rei militaris discenda animum applicauit. Nec ita multo post, tumultuantibus passim in Germania rusticis, in arce Herdenburgico, ecclesiæ Præposito, ad Reipub. auxilium intulerat, omnem ob sessionis difficultatem ac periculum perpeffus est. Difficillimis deinde temporibus, infestissimo Turcarum exercitu Pannoniam foedè & crudeliter perstrante, militatum illuc abiit, ubi & in perpetendis laboribus, & adeundis periculis, magni atque excelsi animi illustre specimen dedit. His peractis rebus, ac perhonorifico domi sacerdotio præditus, in omni uita modestus, continens iudicaretur. Itaque Decanatum ob singulare pietatis & religionis studium consecutus, Cunrado à Bibra Episcopo uita functo, in eius locum maximum omnium ordinum lætitiæ, ac gratulatione suffectus est. In eo dignitatis gradum locatus, etsi multas sibi propositas difficultates uideret, Reipublicam tamèn liberè & sine metu administrabat, amicitiam & pacem cum uicinis colabatur, nihil quod ad deuinciendas amicitias hominum uoluntates pertineret, omittebat: iuris æquabilem tenebat rationem, suorumque ciuium commodis, utilitati, saluti, quibuscumque rebus poterat, consulebat. Amabant in eo homines inter cæteras uirtutes summam lenitatem & mansuetudinem, spectatos mores, animum ab omni cupiditate remotum, nullaque maleuolentia suffectum, aditus ad illum omnibus patebant, magna in audiendis admittendisque hominibus facilitas, nullus in negotijs neglectus, in decernendis expedientibusque rebus diligentia singularis, & in uerbis fides. Ex religionis autem disidijs atque offensionibus magnum animo capiebat dolorem, deique ijs legitimis potius deliberationibus, quam armis decerni, omnemque hanc labem & confusionem nostri temporis sanari, uehementer optabat. Itaque cum Paulus III. Pontifex Rom. ex omni regione orbis terrarum uiros doctos Tridentum ad Concilium habendum uocasset, in quo tot incommodis quotidianisque detrimētis subueniretur, quamprimum illuc contendere, operamque Reipublicæ Christianæ suam nauare statuebat, idque fecisset omnino, nisi è medio eorum cursu impendens patriæ discrimen, quod ille tum animo prouidebat reuocasset: Vnde facile apparet, quanto perè ueterem ille corrigi concupiuit. Confectis rebus necessarijs, requiescere ubi uolebat, animumque ex laboribus reficere librorum lectione sacrorum in primis & eorum quibus uirotur illustrium expressi mores, natura, consilia, & res præclare gesta continentur, mirificè delectabatur, coeli etiam motum, ac lunæ, ac solis uias, ortus & magnitudinem terræ metiri, locorum situs, urbes, fluuios, maria, portusque explorare solebat. Si uerò maioris aliquid otij nactus esset, id in uenatione libentius ac sapius consumebat, cum quod eam exercitationem honestissimam semper habitam non ignoraret, tum etiam ut ualetudinem, qua satis firmam uite

ma utebatur, ea laboris consuetudine ac patientia confirmaret: in quibus tamē animi oblectationibus ita uersabatur, ne quod interea Reipublicæ tem-  
 pus eriperet. Concitatum deinde fuit acerbissimum & calamitosissimum bel-  
 lum, cum homines potentes noua quædam spectantes, per tot annos confer-  
 uatam **EPI SCOPORVM** dignitatem, & iuris administrationem, funditus  
 extincam cuperent, sibiq; in hac imperij inclinatione omnia licere existima-  
 rent: In eius belli initio, antequam res ad manus peruenisset, quid ille non fe-  
 cit: quibus aut sumptibus, aut laboribus pepercit: quas non conditiones ho-  
 sti proposuit, ut sibi populisq; suis pacem redimeret atq; otium? Posteaquam  
 uero omnia, quæ ad leniendos hostium animos, accommodata esse uideren-  
 tur, nihil profecissent, Deum primum Optimū Maximum ac homines conte-  
 stans, inuitum se ad arma cogi, summa uirtute uniuersam belli molem, cum  
 confederatis excepit, iniurias illatas propulsauit, hostem fudit fugauitq;, o-  
 nesq; fortunæ iniurias ac uarietates, incredibili animi magnitudine supera-  
 uit. Nulla tamen interea onerum & exactio acerbitate populum pres-  
 sit, nisi quam periculosissima patriæ tempora & extrema prope necessitas nõ  
 postulare modo, uerum etiam flagitare uideretur. Sed uniuersa eorum tem-  
 porum historia, cum publicis literarum monumentis consignata sit ad memo-  
 riam hominum sempiternam, nihil dicam amplius, quod etiam si uellem, sine  
 acerbissima præteritorum recordatione non possem. Ex illius belli reliquijs,  
 cum quidam facto omnium fortunarum naufragio, pedem ubi in suo pone-  
 rent, non haberent, militari primum insolentia turbas facere, discordias alere,  
 saltus & itinera latrocinijs infestare, postea etiam quod hoc uiuo, bonis, quæ  
 per dedecus amiserant, fruisse posse diffiderent, desperatione rerum suarum,  
 & domesticis uulneribus impulsi, consilia de optimo Principe interficiendo  
 agitare clam inter se ceperunt, ad quod facinus perficiendum audacia illis  
 nunquam defuit, occasio semper defuit. Manabant tamen hæc interea in uul-  
 gus, multorum oculi, atque aures eos excussores obseruabant, ipsumq; Prin-  
 cipem, ut in se custodiendo plus aliquantum diligentia poneret, monere &  
 hortari non desinebant. Sed is, ut animo erat alto, minimeq; suspicioso, & ad  
 pericula confirmato, adduci non potuit, ut aut timeret, aut crederet, tantum  
 scelus in hominem cadere posse. Huc accedit, quod nullas illi inimicitias, nul-  
 lum periculum denunciauerant, et paucis ante diebus interposita Principum  
 Electorum ipsiusq; in primis Romani Imperatori autoritate, sic inter partes  
 conuenerat, ut de tota controuersia per certos homines amice disceptaretur.  
 Itaque pactis quasi inducijs, nullum in **VRBE** præsidium, nullas uiarum ac  
 portarū custodias habere, paucis comitatus ex arce quotidie per loca in sub-  
 urbano ad fraudem maximè oportuna descendere, qua una in re, parum  
 putatur cautus prouidusq; fuisse. Et hoc quidem in loco, consideranti mihi  
 uarios casus & ludibria fortunæ, ad quæ nascimur, uerum uideri solet quod à  
 re, cum uno quasi momento omnium uis malorum atque calamitatum impe-  
 tus conspirat atque irrumpit. Et si penitus has fortunæ uicissitudines con-  
 siderare uolumus, profecto **HVMANA VITA MISERIA EST**. Pridie i-  
 taque Iduum Aprilis, quindecim nefariæ illius coniurationis socij, quorum  
 ego nomina uel nescire uolo, uel non dicere, in urbem se uespera una cum mer-  
 catoribus intulerunt, partiti inter se diuersoria, ut eò melius omnem insidia-  
 rum suspicionem uitarent, ne uino obruti, uocem aliquam indicem coniu-  
 rationis emitterent. Luce orta, Princeps rerum omnium ignarus, nihilq; nisi  
 de commodis ac salute suorum populorum cogitans, secundum usitatū mo-  
 rem institutumq; malorum, in urbem uenit, animo tamen præter solitum qua-  
 si diuinatione quadam de propinqua morte mœsto ac conturbato, quæ eius



mœrorem aliud etiam insuper ostentum, quod non ita pridem acciderat, tunc  
 in mentem illi ueniens, uehementer auxit. Iplis enim Calendis Ianuarijs in  
 Curia uestibulo scalarum gradus ascendens, in caluam humani capitis, à nemi  
 ne eorum, qui præcesserant obseruatam, pede impegerat. Quod cum aliquid  
 grauius portendere illi uisum esset, magnus animum terror pauorq; incelle-  
 rat, ad misericordiam deinde & fragilitatis humanæ recordationem conuer-  
 sum, puero ut tolleret eas reliquias sedibusq; suis reconderet mandauerat, De-  
 umq; Optimum Maximum, ut illud omen inane esse uellet præcatus erat.  
 Hæc igitur cum mente tunc reuolueret, & aliud ex alio incidere, solitoq; ipse  
 appareret taciturnior, domestici quidam & familiares, ut in urbe eo die pran-  
 deret, animumq; à molestijs abduceret admonebant: Verum ubi nulla ratio,  
 nullumq; consilium uim fati superare potuit, in arcem reditum ut conficeret,  
 equum conscendit, quod à duobus præcursoribus & emissarijs animadu-  
 sum cum esset, insidiatoribus ut locum antecaperent renunciatum est. Flu-  
 uius est Mænus, urbem Herbiopolim (quæ totius regionis caput est) in plano  
 sitam interfecans, eius utramq; ripam pons lapideus coniungit, ultra pontem  
 oppidum est, publicis priuatiscq; ædificijs & templis pulchrè exornatum,  
 habitatoribus autem non adeò frequens, tuti ex omni parte receptus, ad dex-  
 tram decliuem per locum ad flumen, patens & liber aditus, ubi & aquatio est,  
 & è regione paulò æditiore in parte diuersorium. Ibi hostes Principem petere,  
 ferreamq; soleam equi unguæ inducerent. Itaque cum iam hora fatalis, igno-  
 miniosa cædis aduenisset, Princeps in locum insidiarum delatus, ubi tot simul  
 armatos, equis insidentes, totiusq; corporis habitu, armorum & uestium usu  
 terribiles in se unum conuersos uidit, ad primum quidem congressus, cum unus  
 hil cōmotus, animo tamē celeriter confirmato, ulterius progressus, cum unus  
 ex ijs satis humaniter uenienti se obtulisset, benigno eos uultu salutauit. Hic  
 immaniot, ardentibus scelere & furore oculis, ex insidijs, inermem, nec opi-  
 nantem aggressus, moriēdum esse magna uoce proclamauit, suosq; cohortas,  
 pile igneo pulsa tormēto pectus eius traiecit, eodēq; ictu humerum sinistrum  
 perfregit. Tum demum omnes reliqui nouo clamore sublato in perterritos,  
 ut quisquis proximus erat, impetum facere, cedere, tum armorum telorumq;  
 conflictu, crebrisq; tormentorum emissionibus tecta uicq; resonare, equi fe-  
 rocitate exultantes concurrere, omniaq; proterere, uiri fortes ac strenui ad ter-  
 ram ruere, gemitusq; morientium audiri, quo spectaculo in libera & pacata  
 ciuitate post hominum memoriā nihil est unquam uisum indignius. Prin-  
 ceps graui accepto uulnere, per cliuum sabulo & filice stratum, in arcem pro-  
 perabat, hostem ad portas iam esse, urbisq; excisionem ac uastitatem moliri ex-  
 xistimans, itaque ut unumquemque habebat obuium, portas claudere, arma  
 capere, urbem ab euerfione defendere, interruptis & morientibus uocibus  
 hortabatur, donec ad extremum sanguine ferè omni profuso per suos ex  
 arce obuiam uenientium humeros ex equo sublatus est. Morienti Iohannes  
 Sinapius Medicus, magno uir ingenio, magna doctrina, & in hac ingraues-  
 cente iam ætate suauitate cum morum tum orationis propè singulari, supre-  
 cissima commemoratione Passionis & meriti, Dei et Conseruatoris nostri le-  
 quæ Princeps cum iam ipsa in morte oppressa uox esset, ad cælum oculos su-  
 stollens annuit, humilesq; inter arbusculas, nudo in solo, tot oppidorum ac po-  
 pulorum Princeps, extremum spiritum, à superueniente tamen Sacerdote, à  
 peccatis

## Herbipolensis Episc.

1937

peccatis ritè expiatus, sine graui sensu doloris, exhalauit, animamq; Deo, à quo acceperat, reddidit. Corpus puluere, tabo & sanguine atro conuersum ac foedatum, miserabile spectantibus rerum humanarum exemplum prèbuit. Paucas deinde post horas Iacobus Fuchs cubicularius Principis, Eques Francus, candoris & probitatis exemplar, tribus ictibus confossus, decessit. Vuolfgangus Carolus à Vuenckhaim præfectus, perfossò sinistro latere usque ad xv. Calend. Maij spiritum produxit: Fortissimi grauissimiq; uiri, qui honestè occumbère, quàm fidem in Dominum suam, tam necessario tempore desere, satius atque prius putauerunt. Vulnerati etiam alij uiri nobiles, digni genere & maioribus suis, Fridericus Baro à Grafeneck, David à Rodt, Cnrittopherus Voyt à Rieneck. Paucos qui arma capiendi seseq; defendendi tempus non habebant, fuga reliquos à cæde fecit. Hostes abstrusarum uallium periti, citatis equis per portam, quam socij insederant, ut suis tutò se recipiendi facultatem darent, eruperunt, fistulasq; suas ferreas, in summo iugo, puluere & pilis denudò infarcire conspecti sunt, nemine prorsus eos insequente, cum neque intelligerent homines, quid in tanta, tam repente quasi offusa eorum animis caligine fieri deberet, aut posset, & equites suos Princeps eo die ablegasset, ut mercatores per fines suos iter facientes Kittingam oppidum, usque perducerent. Signo tumultus, ab ijs qui in speculis erant, dato, ciues incendium excitatum rati, ad illud extinguendum, armati per uicos discurrebant, magnis, ut fieri solet, clamoribus: Cæde Principis nunciata moestum repente omnes silentium horrorq; tenuit. Mox singulis tam acerbum nunciatum domum perferentibus, tota urbe fletus gemitulq; fiebant, cum nullus esset, cui non afflictæ patriæ charitas lachrymas eliceret. O sortem Principum miseram & calamitosam. O inanem & fallacem hominum spem. Quis est, qui aut cogitando explicare, aut uerbis exprimere satis commodè satulq; gratiatis, sanguinemq; adhuc humanam sitientibus, ad xv. millia passuum ab urbe, Iohannes Zobellus Eques Francus, Principem genere contingens, operatim uir, Græcis & Latinis literis adprimè eruditus, fortè fortuna obuius fuit, priusq; in eos incidit, quàm quid factum esset audiisset. Hic ille homo ater, terræ filius, qui prædandi ac latrocinandi præcepta alijs tradit, immani specie, tanquam iubatus DRACO collum torquens, ut præterito sceleri qualesi cumulum quendam adijceret, nihil hostile opinantem adortus, pila è torbamento igneo emissa, latus circa umbilicum subito perrupit, & ex equo deturpauit. Dextram deinde fidei testem poscens, dextræ suæ omni scelere ac perfidia contaminatæ iunxit, & hoc quasi iureiurando, ut sese ad diem & locum quò uellet ipse sisteret, adstrinxit. Captum contra morem, contra omnia conuenta ac pacta militaria, spoliavit, equos tres, anulos, torquem auream, pecuniam ui eripuit. Sic optimum ac innocentissimum Principem, qui etiã a cruore hostium castum se & impollutum semper exhibuerat, nihilq; unquam uiolenter aut superbe in quenquam constituerat, repentina uis immanissimif sceleris oppressit. At ille quidem, qui dum uixit, omnes suas spes in Deo collocatas habuit, ex misera hac uita, in æternam uitam sublatus, in cælo nunc, quo ab unigenito Dei filio IESU CHRISTO uerum nobis iter ostensum est, felix beatulq; æuo sempiterno, & bonis omnibus refertissimo gaudio fruatur. Nobis autem ipsa fortasse temporis diuturnitas doloris afferre leuationē poterit, memoriam certè clarissimarum eius uirtutum delere non poterit. In æterna laude uersatur Epaminundas, quod post deuictos armis Lacedæmoni os, graui accepto uulnere, & hasta, qua transfixus erat, è corpore nondum euulsa, cum examinari se uideret, à flentibus suis quæsiuerit, clypeus ne saluus est. Saluus est: Euelle spiculum miles, ut eo uulso beatus moriatur. Præclara

quidem uox Imperatoris, in uictoria fufis hoftibus animam exhalantis, pro clypeo, cuius fideli ea in pugna opera ufus fuerat folliciti. At Princeps nollet non de clypeo, fed de uita fortunifq; fuorum ciuium, de coniugibus, paruifq; eorum liberis anxius, ipfa in morte supremis uocibus quàm chara illi efferet patra oftendit. Cuius quidem pietatis fufè fructum pulcherrimum tulit, quò die folenni pompa funeris elatum, uniuersa ciuitas ueris lachrymis ampliffimifq; laudibus profequuta eft. Liceat autem mihi propter criminosos quoldam obtretratores hoc in loco querere, ab illo Titanum fratre, Duce latronum: Que tanta eius in te iniuria extitit, ut non captiuum eum faceres, abduceres, fed sanguinem eius concupifceres? & prouectum iam ætate Principem, cui quàm tulum quæfo uitæ reliquum erat, iugulares? quid fecerat, quid peccarat, quid commeruerat? Vxori, inquit, meæ quam Cunradus à Bibra Epifcopus hare-dem fcripferat, nihil ex testamento foluit, propterea quòd plus legatum hære-quàm per leges capere illi liceret: me, cum arma contra eum tuliffem, uitæ in fi diatus efferem, pagos incendiffem ac diripiiffem, bonis omnibus exturbauit, socios meos cædes impunè facere non permisit, in animaduersione ac pœna durior fuit. An hæc non fatis magnæ ad iugulandum Principem caufæ uiden-tur? Hæc fanè tua eft præclara oratio, tantifq; tui fecleris defenfio: quid fi ne ad criminandum quidem fatis idoneas efferes has à te commemoratas caufas con- uincam? Scilicet enim Principem à te crudeliter (ut leuiffimè dicam) atq; nece- riè trucidatum, familiæ fuæ emptorem Cunradus Epifcopus, ad priua- as publicis ufibus deftinatas, difficilimif Reipublicæ temporibus, ad priua- tos paucorum ufus, eorum potiffimum, qui uitæ fuæ & communi libertati in- fidiarentur, conuertere iufferat? Scilicet cuiquam hominum quicquam eo ex- testamento folutum unquam, & uxor tua præterita fola fuit? Scilicet ad Prin- cipis non pertinet officium ac munus, ijs, quibus decet fupplicijs, homines fecleribus propè innumerabilibus contaminatos afficere? Eos qui priuatos non uiolant modo, fed fuo, quem colere debent atq; reuereri, Principi ma- nus afferre conantur uiolentas, omnib. orbare fuis bonis atq; fortunis? Qua in re quantum Principi mitis fuus animus atq; clemens obfuerit, quantamq; caufam interitus intulerit, ipfe qui & ftultorum femper & fapientiffimorum nonnunquam magifter eft, euentus fatis oftendit. Quæ cum ita fint, facere ta- men quali præclaro gefto facinore ceruices audent, & quia tacent homines, fefe uiciffe opinantur, quibusdam etiam immaniffimum facinus placere maxi- mè, quibusdam qui meliores haberi uolunt non admodum difplicet. Siccine hodie uiuitur? Ifta ne diuini humanifq; iuris, maximè erit nobis felicitatis lo- co ducenda confufio? Erit ne in armis & fecleratorum hominum pofita libi- dine, præftantiffimorum etiam Principum falus atq; uita? Proh Deum atq; ho- minum fidem, in quæ tempora incidimus? quò nunc me conferam? quò uer- tam? quem implorem? Te ne diuè FERDINANDE CAESAR? Cuius illi Im- perij aufpicia, humana uictima, hoftis tui fanguine contaminauerunt. An uos appellem Principes Electores, custodes Legum, defensores LIBERTA- TIS? Vos, uos, inquam, fortiffimi uiri, fummi in id uiribus hoftes, ad cædes atq; eniti, ut ifta probra, & dedecora patriæ, omij & concordia hoftes, ad exem- tantum prædamq; nati, qui omnia ueftræ dignitatis & Imperij iura atq; exem- pla uiolant, corrumunt, atque evertunt, pœnas Dijs hominibusq; meritas debitalq; perfoluant, ut ui cohibita & Principum Authoritas, & hic Reipubli- cæ ftatus, qui nunc eft, qualifcunq; eft, conferuetur. Fundamentum ad futura mala iactum eft, multifq; (ut in initio dixi) æmuli eiusdem audaciæ, fuant imitan- di illius fecleris uoluntatem palam indicant, quò magis à uobis prouidendū- eft, ne pernitiouam hanc interficiendi Principes uiam patientia ueftra munita- tis. Confidimus etiam Deum Opt. Max. (fi modo ij erimus, qui effer- mus)

# Herbipolensis Episc.

1939

mus) contra nefaria ac conscclerata latronum consilia, nouasq; minas, praesentem nobis auxilium laturum. Cuius quidem in hoc etiam, non dubijs significationibus singularis in nos elucet benignitas, quod in tanta Reipublicae orbi-  
bitate, optimum nobis Episcopum ad Ducem Fridericum Vuirspergium, amantissimum patriae, maximi animi, summi consilij, singularis prudentiae, & quod caput est, flagrantem Christianae pietatis studio donauit, quem domi-  
forisq; spectata uirtus ad illud dignitatis fastigium euexit. Nec uero uobis, FERDINANDI CAESAR, uosq; Principes Electores, officio suo deerunt for-  
tissimi grauissimiq; uiri, quos luctus societas coniungit, ipsaq; pietas & fami-  
liae decus ad expetendas domestici sanguinis poenas excitabit. Quod ultimū  
est, hoc magna uoce iterum atq; iterum contendo, nisi in tanta rerum confu-  
sione, dum armorum strepitu aures nostrae undiq; personant, remedium ali-  
quod extiterit, & sublata latrocinia, caedes repressae, agris & itineribus secu-  
ritas restituta fuerit, diutius hoc imperium quod armis & uirtute plurimūq;  
fudore maiores nostri pepererunt, stare non posse. Ipsos autem pacis & con-  
cordiae hostes, qui tanta scelera facere consueuerunt, admoneo (si pati pos-  
sunt) atque obtestor, ut tandem aliquando, hanc diuturnam audaciae suae cra-  
pulam edormiant, & ab isto quasi Pelago & exilio immanitatis suae ad sobrie-  
tatem & rectae rationis portum redeant, & patriam amare discant, nec homi-  
num inter ipsos societatem in posterum impediant, quod si omnino pergere  
decreuerunt, Diij faciant immortales, salua illi Reipublica, funditus euertatur.

## AD REVERENDIS- SIM. ET ILLUSTRISSIMUM PRINCI- PEM ET DOMINUM, D. FRIDERICUM D. G. EPISCOPVM herbipolensem, & Ostrofrancorum Ducem &c. bonarum lite- rarum Conseruatorem.

SATYRA IN SICARIOS AC IMPIISSIMOS LA-  
trones, quorum nuper quidam comprehensi sunt, qui Reuerendiss in Chri-  
sto Principem & Dominum D. Melchiorem Zobel Episcopum Herbipolen-  
sem, ac Franciae Orientalis Ducem ex insidijs adorti. Anno Domini 1558. die  
uero 15. Aprilis, perfide & crudelissimè interfecerunt. Ga-  
sparo Stiblinò auctore.

**S**i naeat hos paucos nobiscum perlege uersus  
Hic, quem tartareo iuuat indulgere furori,  
Et scelerum genus omne animo uersare cruento,  
Omnia funeribus miscere, & cedere bonorum  
Pollutas iactare manus, sacrasq; nefandis  
Subuertisse domos ausis, atq; omnia praeda  
Ducere, foriunis indigna sorte colonos  
Vertere, matronas per uim tractare pudicas,  
Temnere sacra deū, et summi quoq; numinus aras:  
Iura negare sibi posita esse, licere quod usquam  
Collibeat: Caelos lingua scelerare procaci:  
Seditione sacram foeda profcindere pacem.

Insontum uepres passim sparsisse cruore:  
Et miseros spoliasse, suo quae parts labore  
Comparfere diu natis, uxori, & amicis:  
Externo patriam precio male prodere Marti,  
Atq; ul. rò se offerre ducem, scelerumq; ministrus  
Qualia praeteriti non nouit temporis atas.  
Nec Scinis immanis, nec seui est ausa Procastris  
Conscelerata manus patrare, nec horridus ille  
Seuitia Cyclops, Ventrem sarcire cruenta  
Assuetus coena. Factis cooperta nefandis  
Huc age turba ueni, quorum furor obsidet atras  
Tartareus mentes, & deuia pectora ducit

Per tenebras errore nigras Pallentis Auerni,  
 Hos, moneo, uersus animis infigite uestris,  
 Si non ille graues Caco dæmon obserat aures  
 Vobis, quos trepidum dirus presultor ad Orcum  
 Per scelus, & cædes, & facta immania raptat:  
 Si quid adhuc mentis superest, atq; ulla tenebris  
 In tantis scintilla micat, respicite, & ipsum  
 Autorem uite, qui uos compegit, amore  
 Qui uestram fuso deleuit sanguine culpam  
 In solito: ætherea qui cuncta tuetur ab arce,  
 Et scelera horrendis ulciscitur impia poenis,  
 Noscite. iam stringit uindex penetrabile ferrum,  
 Iam flammas iactat manibus, dirosq; rotarum  
 Ictus ingeminat, iam plena cadauera multo  
 Plurima Crux patri latè inficit æra tabo.  
 Noscite turba Deum pasci consuetam rapinis  
 Et nece non fontum: non hæc impunia facta  
 Semper erunt, iuste uindictæ terminus olim,  
 Metaq; fixa manet, ultra quam tendere nemo,  
 Nemo mouere potest. Hic tum quid ab acta iuuabit  
 Prædas quid effusus scelerate sanguis, & ictu  
 Vita nihil culpa meritis erepta cruento?  
 Cùm trabibus licet funestis nexibus artus  
 Alligat, & tabo rorantia membra gementis  
 Iam frustra frangit: iudex cum Christus ad altum  
 Te uocat (ô miserum) dextra munitate tribunal,  
 E manibusq; tuis indigna cæde peremptos  
 Exigatq; omnis facies terribilis uitæ  
 Ponitur ante oculos, seriem Caco dæmono longam  
 Enumerante, nigris pridem signata tabellis  
 Quo uultu tecum, uel qua tu fronte rependes?  
 Cùm quæ fecisti, cælo ostententur aperto,  
 Cùm nec erit latebris scelera, aut inuoluere fumo  
 Copia, sed penitus animi referantur, & auras  
 Accipiunt lucis claras. Non ergo gehennæ  
 Horrida imago tibi subit, & uolentia leti  
 Quæ te perpetuo plorantem carcere claudet?  
 Et ruis in præceptis uani illudente lucilli  
 Spe fretus? Nemesis quæ mox complexa probrosas  
 Protrahet ad pœnas. Nec longe exempla petemus:  
 Iam quater exacto Phœbus sua tempora cursu  
 Conficit, horrendum facinus cum cerneret amnis  
 Qui riguis Francas undis latè alluit urbes,  
 Insons cum tristi Francorum funere princeps,  
 Princeps Nestoreo longè dignissimus æuo:  
 Insidijs, Stygioq; dolo, furijsq; latronum  
 Indignè oppressus cecidit, terramq; momordit  
 Ore præmens, multo et fudit cum sanguine uitam.  
 Hic multi temerè nullo res ordine ferri,  
 Nec mundum certa credebant lege teneri,  
 Quando sacrilegis tantas succumbere telis  
 Afficerent oculis uirtutes, omnia uersis

Christophorum  
 Kreutzer deno-  
 tat.

Iactari uicibus, scelerum iura labare,  
 Infontes latitare metu, florere superbos  
 Innocuum fundi, nullo prohibente cruorem,  
 Ipsos autores scelerum gaudere, fugaq;  
 Impuni elapsos communi uescior aura.  
 Sed Deus æthereis hominum res cernit ab astris,  
 Momentoq; regit certo, tardusq; nocentes  
 Proripit ad pœnam, limisq; tuetur Olympo  
 Luminibus celfo scelerate facta malorum,  
 Donec satorum ratio, defixaq; meta  
 Supplicium accelaret cooperitis cæde, dolisq;  
 Ac iam sepositis agitantis otia curis  
 Fœda per infamen luxum, per mille malorum  
 Furta: nec ulla manent humane genis inulta  
 Crimina: sed meritis pœnis aliquando rependit  
 Omnia, sepe licet lentè, Rex ætheris alti.  
 Nam qui fœdarant sceleratas sanguine palmas  
 Principis occisi, & tuta sibi tempora pacis  
 Polliciti, insani gaudebant cæde latronum,  
 Ecce Deus subito prehendit, uinculisq; coarctat.  
 Signifer in primis facti, qui perfidus ultro  
 Mortifera Domini traiecit pectora glande,  
 Corripitur nuper manibus post terga reuinctis,  
 Et dum raptatur, meritis scædissima pœnas  
 Bestia quo lueret, laqueo se præfocat ipsum,  
 Atq; gulam frangit manibus, quas sæpe cruore  
 Sparserat effuso non digna morte cadentum:  
 Quas etiam summi sceleratæ sede sacrorum  
 Principis, his turpi nodo sua guttura stringit.  
 O factis dignam pœnam. Sic scædus Iudas  
 Proditor insontis CHRISTI suspensus ab alto  
 Roboreæ quercus ramo, successit Auerni  
 Aeternis umbris, atq; in sua uertit easdem  
 Colla manus, quis complexu tradebat IESUM  
 Falso Iudeis. Tali quoq; proditor ille  
 Exemplo perijt, nec enim mortalibus unquam  
 Talem discepti decuit cruciatibus, omnes  
 Qui scelere exuperat gentes, cunctosq; relinquit  
 Post se famosos quondam furialibus ausis.  
 Ergo iaces tandem cælo execrabile monstrum,  
 Atq; Erebi Stygio pariter trepidabile regi  
 Nec fuga te potuit uenienti abducere fato,  
 Nec tenebra aut in is latebrosa in uallibus antra  
 Nec nemorū abscessus: Nec syluæ claustra remote,  
 Angulus aut alia, nec te quo situs in ora  
 Nec quoq; pestifera iaculatrix fistula glandis  
 Vsq; comes tua, & innumera tibi conscia cædis  
 Non super impositæ Lotharingis collibus arces  
 Vrgentem poterant fuisse temporis horam  
 Ducere, & in pœnas properantia fata morari.  
 Te ne, miser, Stygias sperasti posse sorores  
 Fallere, & insano quatientem nerbere flagra

Tissot

# Herbipolensis Episc.

1941

Typhonem, atrisq; faces, stimulosq; seueros,  
 Efferaq; Eleusis sibilantibus Ora colubris?  
 Non locus, aut ferrum, non illa audacia, saltus.  
 Non procul hinc positi, non ferrea turris, & altis  
 Montibus impositæ specule, non dextera pugnaq;  
 Has uitasse queant pestes: nam nocte dieq;  
 Infestant fontes animas, atq; ignibus urunt,  
 Diris armate facibus, tortisq; flagellis:  
 Dilaniant miserè scelerum malè confecta corda.  
 Non ne tibi ante oculos semper uoluitabat imago  
 Principis occisi crudeliter ipsa cruoris  
 innocui guttis au non aspersa rubebat  
 Detestanda manus tibi quo te cunq; ferebas &  
 Semper enim penitus cædes infixæ medullis  
 Herebat, mentem miseris terroribus urgens.  
 Dum tandem misere deformia tædia uitæ,  
 Ac lucem exosus proprio te funere in Orbi  
 Precipitem tenebras ageres, & morte perires  
 Informi, æternum uenturi dedecus aui.  
 Ite alacres igitur, cædesq; referte cruentas,  
 Ac uos immunes posthac fore credite noxæ  
 Que sequitur tristem profusi sanguinis Aten:  
 Ite & diuinum tantum ludibria numen  
 Dicite, nec fixa mundi labentia regna  
 Legge gubernari, & uolui mortalia castu.  
 Namq; oculis totum lustrans ultoribus orbem  
 Regnator superum sacro uidet omnia uultu,  
 Et subit abstruse tacitus penetratia mentis,  
 Vindictæq; memor secum malefacta recenset.  
 Non etenim cæca latebre, non clausa cubilis  
 Lanua, non testis nocturni ablata lucerna  
 Stupri: non paries, nigrae non horrida noctis  
 Umbra, nec effossæ sola sub rupæ cauernæ  
 Illius illustres uultus auertere possunt,  
 Quò minus aspiciant humanæ dramata uitæ.  
 Namq; sub infernas ultricia lumina abyssos  
 E celo penetrant supremi iudicis alto,  
 Cunctaq; percipient, specubus que cõdidit atris  
 Vel tellus, uel que latitant sub gurgite Ponti  
 Immenso, æeris uel deniq; nantia regnis.  
 Nil latuisse potest diuini à lumine uultus,  
 Lumine ab æterno quod latè funditur ortu,

Ingentiq; plagas mundi fulgore pererrat.  
 Ergo quos pascunt cædes, malefacta rapina,  
 Proditio, motus populi, & ciuilia bella.  
 Ante oculos nobis supremi numinis iras  
 Ponite fulmineas, & fœda exempla propinqui  
 Supplicij, atq; animas cruciandas igne perenni.  
 Euentu monet id memorando proditor ille,  
 Præsulis ad celebris tæsti uaga flumina Nœni,  
 Opprobrium nullis unquam debile scelis,  
 Qualis sinato maneat sub tempore fontes  
 Exitus. ò Dice summi iouis inclita proles  
 Tuq; colenda Themis, fixam si tempora metam  
 Attigerint horæ fatalis, in arcta catenis  
 Et reliquos sceleris funesti uincla ministros  
 Abripite, infanda pollutos cæde ferendi  
 Præsulis, & meritis cruciandos tradite pœnis.  
 Nam pauitât animo trepido, furisq; per omnes  
 Iam terræ latebras cæci incertiq; feruntur:  
 Inficit ora color flauo pallentia buxo  
 Tristior, & stimulis sub pectore uersat amaris  
 Se Furia, et circum nigrescere cuncta uidentur.  
 Ante oculos cæsi uersantur principis ora:  
 Non requies, non ulla mali solatia tanti  
 Adsumt, argentes gelidus tremor occupat artus,  
 Ac digni absumi trepidant telluris hiatu:  
 Quos terrèt, meritæq; cruces, flamaq; uoraces,  
 Obuolitâsq; animæ semper fera mortis imago,  
 Et tortor basano lacerandis artubus apto  
 Solers: tum tristes tenebrofi carceris umbrae,  
 Intortæ funes, & uincla stuppea duris  
 Turpia latronum que stringât corpora nodis.  
 Donec sublatis pœnis crudelibus almam  
 Tellurem pedibus cessant calcare profanis,  
 Ac scelerare oculis cœli spirabile lumen,  
 Amplius, & uefci uitabilibus ætheris auris  
 Tum demum placido pacati funere manes  
 Præsulis, ac cineres foelici sine quiescent  
 Et quoq; gaudebit uolucris stellantis olympi  
 Geus, que sanctam animam sacrati præsulis inter  
 Complexus fouet: & Nemesis tum mitior iras  
 Deponet, scelerum merita si morte ministri  
 Hoc facinus luerint, & mœstæ crimina cædis.

Male & in  
 felicitis cõsci  
 entie Hypo  
 tiposis.

## CONRADI DINNERI ACRONIANI IN CHRISTOPHORVM KRETZE rum Elegia.

Quàm cuperè Kretzore meis tua fata Camæ  
 Letius inittū materiamq; darèt: (nis  
 Non mea nunc tragicos memoraret Musa furores,  
 Quantaq; sit summi iudicis ira Dei:

Crimina ut horribiles comitentur atrocis pœnæ,  
 Quàm grauius Nemesis puniat omne scelus:  
 Quomodo nemo oculos fallat uultusq; Deorum,  
 Sed ueniat tardo pœna luenda pede.

Demum iustitia qui sit pulcherrimus ordo,  
 Sic necis artifices arte perire sua.  
 Hec utinam nostræ tua dira piacula Musa  
 Prescribant Elegis non recinenda modis.  
 Quam Krezere uelim, si sic fortuna tulisset,  
 Carmine uirtutes concelebrare tuas:  
 Quam phlegretæo scelera atra luenda sub igni  
 Dicere, & his uersus commaculare meos.  
 Forte superstas adhuc Zobelus Melchior esset,  
 MELCHIOR ille armis maximus, ille toga.  
 Et sua sublimi præcinctus tempora mitra,  
 Cum nitido sacrum præferat ense pedum.  
 Nec tuus (infandum) furor, & scelerata libido  
 Pectora fodisset præsulis icta ph.  
 Nec modo diuersas ea fama uolaret in ora,  
 Gurgite quâ pleno Mænus & Ister eum.  
 Krezerus laqueo collum sibi fregit, is ipse,  
 Quo ducè Zobelii prodita uita fuit.  
 Reste animam fontem sibi præfocauit, is ipse,  
 Cui dedit immeritæ corpora multa neci:  
 Qui raptor, prædator erat, qui latro cruentus,  
 Hem iacet, astringit dum sibi fune gulam.  
 In propria armavit crudam sua uulnera dextram,  
 Qui Francæ genti publica damna dedit  
 In sua carnifices animauit guttura palmas,  
 Dum reprobos nullos credidit esse Deos.  
 Nimirum Aiacem nemo superare nisi Aiæx  
 Hunc potuit, latro corporis ipse sui.  
 O iustos oculo: reperit Deus esse nocentem:  
 Horrendos funes impius omnis habet.  
 Ut procul, superos qui non curare putatis  
 Facta hominum, & nullos rebus adesse Deos.  
 Scilicet afficiunt oculis mortalia iustis,  
 Pœnâq; præsentem monstrat acerba Deum.  
 Ipse malos uelut ignis edax consumit, & ulla  
 Non patitur solida prosperitate frui.  
 Impia compunctis percellit pectora sibris.  
 Cuncta metu pœnæ tuta timere facit.  
 Eumenides torrent ultricibus illa flammis,  
 Mille premunt animos tormina, mille cruces.  
 Virtutiq; uelut cedit pulcherrima merces,  
 Sic premit aduersa talio sorte malos.  
 Est ne opus exemplis: sat tu miserabile præbes  
 Krezere in Stygios præcipitare lacus.  
 Sic Iudas bipedum nequissimus Iscariotes,  
 Qui CHRISTVM uli prodit ære Deum.  
 Cæcus auaritia, stimulis furialibus actus,  
 Ingulit audaces ipse sibiq; manus.  
 Projiciensq; suam uesana mente salutem,  
 Reste perit, nigras rectè subintrat aquas.  
 Hoc Krezere nefas primis miratus ab annis,  
 Pro dis semideum, prodidit ille Deum.

a  
Iustitia Dei

b  
Hom.

δ γδ ρε τ  
λε α ε γ ρ  
θε ος μ α κ α  
ρε σ φ ι λ ε  
ου σ ι.

Ouidius.

Hoc tamen inferior Iuda, quo conditor orbis  
 Zobello CHRISTVS principe maior eras  
 Ah caput infelix, stygijsq; rapina Tyranni.  
 Quid tua ferali carmine fata canam?  
 Huc ego Castalios poscam in mea labra liquores,  
 Aoniasq; Deas in mea uota uocem:  
 An querar, an gaudebo tua super impie morte,  
 Aut mea quod medium Musa sequectur iter  
 Non ego nunc gaudere uelim, nec fere: quod illud  
 Prorsus inhumanum est, hoc muliebri e nimis.  
 Nil lacryma his profunt, nil lamentabile funus,  
 Quos fera styx nouies fusa refusa tenet.  
 Et quos impositos cymbæ semel horridus ille  
 Per mare Lethææ nauita uexit aquæ.  
 Ergo iudicium Domini mirabimur, & quod  
 In fontes rigido iure tribunal agit.  
 Lex ea fatorum est, hic irreuocabilis ordo,  
 Ille tibi gnomon, hæc tibi amussis erit,  
 Impius exitium, fert aurea præmia iustus  
 Oderunt nec amant impia facta Di.  
 Qui gladio pugnat, gladio iugulatur eodem,  
 In pœnam superi lænæ cura mouent.  
 Sanguinis effusor luit atro sanguine pœnis,  
 Solos felices mens sine labe facta:  
 Plectere quid dubitas diuinum crimina zelum?  
 Crede Deos nullum posse latere nefas.  
 Has tibi si potius mens consiliumq; fuisse,  
 Viuendi normas mente tenere tua.  
 Balthæa qui in magicis ne quicquid pingere formis  
 Vel tua res melior, uel minus atra foret.  
 Iamq; amplis auctus Krezerus honoribus esset,  
 Præstantes inter nomen habendo uiros.  
 Seraq; posteritas (quid enim uiuacius illa?)  
 Vnica uirtutis buccina, testis honos,  
 Post bona perpetuæ commendans nomina fama,  
 Aeterno laudes diceret ore tuas.  
 Tityrus in syluis caneret sortassis & Aegon,  
 Qui in fueris recto pectore Francus eques,  
 At tibi nunc perijt cum fama & nomine corpus  
 Quosq; æterna magis quam peritura ualent.  
 Cocyti submersus aqua, uastisq; lacunis,  
 Tristia proiectæ damna salutis habes.  
 Atq; ita sulfureis miscens aconita culullis,  
 Per piccos erras flebilis umbra lacus.  
 Quid mores nunc excutiam, uitamq; scelus tam  
 Omnia sunt uitæ tempora foeda tua.  
 Et, bene si memini, prædixit ferrea Clotho  
 Talia nascenti, de tribus una soror:  
 Gorgoneos pueri ecce oculos: hæc signa latronis.  
 O Lachesis, turpi morte peribit, ait.  
 Risit ad hæc, sicamq; dedit qua lu deret infans,  
 Machinulamq; globos quæ iacit igne citos.

Quos

# Herbipolensis Episc.

1943

Nos iam dum cupide tractarat pufio lufus  
 Tifiphone applaudit, nofter is, inquit, erit.  
 Talla nemp: tuas de cuere crepundia dextras,  
 Nature fequitur femina quisq; fue:  $\Sigma$   
 Sic cito purpureos fundunt uolaria flores,  
 Maturus fructus fertilis arbor habet.  
 Ergo ubi polluta matris procepit ab aluo,  
 (Nulla rofas etenim gignere squilla potest.)  
 Mico (dirum omen) ferali carmine bubo  
 Edidit ignauos cum strige nocte fonos.  
 Imbuerat furie cor felle, os lacte canino.  
 Senitit dantes hęc alimenta fue:  
 Hife cibus crudis Krexerus creuit, alumnus  $\Sigma$   
 Eumenidum, stygij dira pro pago gregis.  
 Inq; nouis utiq; semper noua linea ducta est,  
 Tot scelera enumerat, quot numeratq; dies.  
 Sic imbutus, eam primū imbibit ille saluam,  
 Effet ut i uij; degenerare nefas.  
 Iam uir factus erat iam pleno robore corpus  
 Duruerat, patiens pulueris atq; iouis.  
 Hic agit secum: quid inani semper in umbra  
 Viuere, & usq; domi delituisse iuuat?  
 Prestantes animos elumbis inertia frangit,  
 Arguit ignauos degeneresq; timor.  
 Macte animo, spumantis equi fode calcibus armos  
 Perge ita fortunam discere uelle tuam.  
 Nunquam Mæonius cecinisset Homerus Achille  
 Argolicas inter si latuisset anus.  
 Prelia fulmineo sed dum ciet impiger ense,  
 Ilias eternum nunc celebratur opus.  
 Et mihi sunt uires, est alea cognita Martis,  
 Audeo & armatis obuius ire globis.  
 Deducet hoc equitem nimio torpescere somno.  
 Nec samam factis uelle parare suis.  
 Ito bonis aubus quo fata uocantq; trahuntq;  
 Preda quoq; in casses ibit opima tuos.  
 Forsan in his aderit mercator Noricus oris,  
 Pingua, qui nostro pabula soluet equo.  
 Hoc igitur pacto menti fiducia creuit:  
 Hęc est egregie tessera militie.  
 Sanguine sic hominum iuuat, sic uiuere raptō.  
 A Ere uiatores exonerare suo.  
 Ceu lupus impastus grassatur ouilia circum:  
 Omnia sic eius plena latrocinij.  
 Nec satis, illustres animas, ut clarior esset,  
 Tām crudus mæsto funere merfit eques.  
 Meminister erat furiarum, is ille latronum  
 Dux, & fundendi sanguinis auctor erat.  
 Illus interijt Zobellus Molehior astu,  
 Machina fulmineas dum uomit igne pilas.  
 Ah cædem indignam, pro hęc lamentabile funus,  
 Hęc nimis in quoduis cerea corda scelus.

Ipse pater Mænus præcinctus cornua musco,  
 Pallentes ab eo tempore fundit aquas.  
 Ter Cereris Bacchiq; ferax Franconia mater,  
 Lamentans, cheu dixit, & ingemuit.  
 Sed uultus refricare uetus, quod ducere callum  
 Coepit, ab ingenio res aliena meo est.  
 Zobellus prostratus humi iacet, in loca latro  
 Diffugit, armipotens quæ Lotharingus arat.  
 Aurea coruleo uernant ubi lilia campo,  
 Belgica quæ flauus rura Mosella rigat:  
 Qui iuga prærupti surgunt scopelosa Vogesi,  
 Errat in ignoto hic impius orbe latro.  
 Quem profugum aspiciēs tetrico Rhānusia uultu,  
 Inijciam ultrices, inquit, ubiq; manus.  
 Alter Amycleus non si tibi Cyllarus iret,  
 Effugeres pænam uindictis ipse Dei. (bras.  
 Sic Dea, adhęc fontes qui iudicat Aëacus um-  
 Aut hoc, aut simili uerba dedere modo,  
 Iam quater imbrifer a rorabat a quarius urna,  
 Fluxerat Argolie tempus Olympiadis: (cus,  
 Quæm Pyrichalcus eques generoso pectore Fran-  
 Vlturus Domini tristia fata sui. (bras.  
 Per Francos, Treuirosq; per indomitosq; Sicam  
 Cum Mæno Rhenus quæq; Mosella fluunt.  
 Explorat uigili montesq; aditusq; Caballo.  
 Sicubi latronem posset habere truce.  
 Ut nemori assuetusq; sagaci nare Molossus,  
 In leporem notus quem stimulauit odor.  
 Obuia perquirat celeri pede lustra ferarum,  
 Spe nondum captam deuorat atq; feram.  
 Arx iacet ad fines & scrupæ saxa Vogesi,  
 Qualis erat Cæci regia nigra feri.  
 Hic pyrichalcus adest, & doctus ab indice certo,  
 Ad comites alacris talia dicta dedit.  
 Hic latet, o socij, Zobelli latro cruentus,  
 Ibinus, hic solide præmia laudis erunt.  
 Nec mora, fit uia ui, feruatis limina portis  
 Impellunt, ar det felle ciente furor.  
 Mille fores, & mille seræ clausere latronem:  
 Conscia mens sceleris quæq; pericla timet.  
 Iamq; atræ noctis tenebras Aurora fugabat,  
 Linqvens purpureis molle cubile rosis.  
 Complexus hic inter agentem coniugis arctos,  
 Comprehendunt, turbant fœdera sancta tori.  
 Exoritur clamor, tē ne hic tēterime latro  
 Inuenio & heus uitas da mihi latro manus  
 Qualis aper septus uenatorum agmine densō  
 Contra tela fuit dentibus, ore fremit.  
 Amplaq; distendens lunato guttura rictu,  
 Transsilit obstanteis, qua ualet arte, plagas.  
 Asperat erectis horrentia tergora setis,  
 Igne tremunt oculi, teter it ore cruor.

Propertii

κακὸν ἔφα  
 τὸν in lito  
 ra esse  
 affectatum

Proscissis



Proficiscisq; iacens resupinus inhorruit armis,  
 Spuma cruentatis faucibus Alba fluit.  
 Non ita Krezerus uirtute minore repugnat,  
 Fid. re de nulla uelle salute. salus.  
 Missetur Francis, contraq; minacia surgit  
 Verbera, quaq; potest arte nocere, nocet.  
 Pro turpi laqueo pulchram per uulnera mortem  
 Querit, & è somno nudus in arma ruit.  
 Sternitur à Francis, & dura compe de uinctus  
 Ludibrio Belgis gentibus inde fuit.  
 Nec fuit interea multis è millibus unus,  
 Qui tam diro homini condoluisse uelit.  
 Ergo suæ uitæ finem impositurus, iudæ  
 Exemplum certæ prætulit illi neci.  
 Inspirat Satanus (quid enim est astutius illo?)  
 Infelix, quam te trux lamina manet?  
 Sic dabis infestis lacerandos hostibus artus,  
 Nil ualet in propriam dextera fida necem?  
 Fascia de petaso pende bat inutilis, illam  
 Arripit, & furtim perfida colla ligat.  
 Non id custodes propè tum sensere iacentes,  
 Causa sed insoliti magna stuporis erat.  
 Forte stetit medio candela accensa cubili,  
 Docta subobscurum luce fugare chaos.  
 Hec (dictu mirum) pleno pinguis succo,  
 Antè uehens nitido pulchrius igne iubar.  
 Dum se funestis Krezerus strangulat ausis,  
 Noluit in dirum spargere lumen opus.  
 Nemine speratas negat extinguente fauillas;

\*  
 Hoc disti-  
 cho nume-  
 rus anni cõ-  
 tinctur.

Protinus in tenebras lucidus ignis abit.  
 Aurea quæ pulchro radiabat cynthia curru,  
 Obscura bigugos nube recondit equos.  
 Incutit horrorem nox insidiosa metumq;  
 Omnia funesti plena timoris erant.  
 Hic Franci properant extinguere luce tenebras  
 Splendet eo demum lumen, ut ante, loco.  
 Accurrunt, laqueumq; uident, laqueumq; resoluti  
 Krezero socius qui scelerum atq; uia.  
 Viuus at interea calor ossa reliquerat, & iam  
 Aduerso immeritam calce retundit humum.  
 Vita abit in uentos, & mens raptatur in Orcum,  
 Flammâq; consumit turpe cadauer edax.  
 Quæ prope busta potes scelerum Rânusia uin dex  
 Grandibus hæc sculpsit uerba legenda notis:  
 \* Cre Cer en C Ineres, nõ Corpvs: tVr Pivs IsthVC  
 Vt fr veretvr hVmo, te Xit in igne rogvs.  
 Hoc cecidit pacto Krezeri ignobile faum,  
 Ah nimis in propriam dextra parata necem.  
 Cui modo nil profunt undãtia sanguine CHRISTI  
 Vulnera, nil hominum, crux iuuat, una salus.  
 Discite mortales, animisq; inscribite uesiris  
 A' uitijs puras continuisse manus.  
 Discite magistratus reuerenter habere, potestas  
 Est quibus à magno tradita summa Deo.  
 Motibus in sanis prohibe effervescente pectus,  
 Affectusq; malos eluc mente tua.  
 VIVE PIVS, MORIERE PIVS: bene uita  
 Nos superis similes coelitusq; facit. (peracta

## DE MOTIBVS GAL- LIÆ, ET EXPVGNATO RECEPTO QVÆ ITIO CALETORVM, ANNO 1558.

PER GVLIELMVM PARADINVM BELLIO-  
 ci Decanum.

REVER. IN CHRISTO PATRIDN. ANTONIO  
 AB ALBONE, SAVINIACI, ET INSVLAE  
 Barbaræ Abbati,

GVLIEL. PARADINVS.



Vnquam tam perspicua uis se numinis protulit, R. pater, quam hoc insti-  
 gni rebus anno: superiore siquidem ætate potentissimus hostis, qui a-  
 troci nos clade affecerat, nonnullis procerum in uincula coniectis,  
 & trucidato regis stirpis, summæque spei Principe, expugnata Viro-  
 mandorum Augusta, nec non aliquot in collimitio arcibus, tan-  
 tum terrore fecerat, ut æternam nobis seruitutem importaturus ul-  
 deretur: & ipso nominis fulgore, reliquum mortalium genus percussurus, uelut cœlum  
 ceruice

ceruice contingens. Cumq; nulla humana præfidia aduersus tantas opes suffectura uiderentur, in ijs publicis calibus, in tanta rerum & temporum inclinatione, Francica pietas in preces uersa, ceu ab extremis inferis, ad Deum clamorem intendit, inuicta fiducia auxilij fiducia: nec fefellit. Nam Deus Opt. Maximusq;, qui est infinitæ misericordicæ, qui se etiam in tribulatione nobis adfuturum multo certissima oraculi fide est pollicitus, temporis momento, cœlestis roboris prodigia exeruit: ac nulla mortalium ope, contulit Christianissimo pijsimoq; Regi Henrico uictoriam, quantam secundum magni Clodouæi tempora, nulla ætatis meminit: ac nescio an omnium etiam seculorum memoriam superet: haud sanè dubio documento, cum maxime propitium Deum nos inueniri, ad nosq; propius subsidia laturum ire, cum magis premimur, nec diu procul ue à rebus aduersis abesse: ob idq; nobis diuinæ opis spem bonam atrocibus temporibus fouendam esse, quantumuis circumsilat, quantumuis incurset hostis, imò si uerua etiam demonum examina in nos consurgant: si mundus quicquid habet machinarum expediat, nosq; omni terriculamentorum genere urgeat. Nam bono nos esse animo iubet, qui se mundum subegisse profiteretur. Orandus uero nobis est, ut hoc bellum rei Christianæ lugubre, quod tot iam annis terrarum orbem concussit, & assiduas clades, quibus uita hæc tunditur, componat, uitiaq; temporum corruptissimorum tollat. Cæterum cum omnes huius uictoriæ famam tanta publica lætitia acciperint, ut alij festis ignibus, alij sacris canticis gaudium suum prosequantur: uisum est & mihi, hoc Epinicio, gaudium meum apud te perinde atque in sinum effundere, ut studium meum istud in te, nomenq; Albonium propensissimum aliqua testificatione proderem.

Vale Hilaribus, ex arce  
Bellijoci,

DE MOTIBVS GALLIÆ, ET EX  
PVGNATO RECEPTO QVE ITIO  
Caletorum.

**C**æsar Carolus septimum & quinquagesimum ætatis annum attingerat, cum uiribus diuturno morbo imminutis affectus, exanguisq;, statuit in Hispaniam procul omni aulico strepitu, negotiorumq; fluctibus secedere, affecto corpori (ut ipse quidem cauere solent) consulendi causa. Sunt qui id accidisse dicant uanitatis splendoris satietate, an rerum aduersarum pudore, & metu undique imminuentium discriminum, aut utriusque tædio. Sed id ego ualetudinis potius tuendæ (quod propius uerò sit) causa effectum suspicor. Conuocatis itaque Belgicæ inferioris ordinibus, Bruxellis pro suggesto sublimis sedens, concionem habuit, deq; rebus à se gestis ex scripto disseruit. Summa quidem hæc fuit, se ad hoc æui, quanta potuisset fide, rerum habentis moderandis præfuisse, operamq; collocasse omnem illis ab omni calamitate tegendis, seq; Turcas Austriæ imminentes bis profligasse: Bis in Africam transiectum, Christiani Imperij fines protulisse: Mediterraneum mare crebro transmisisse, ut suis suppetias ferret: plurimorum pro religione bellorum negotijs defunctum esse: Rem Gandauensem dissensione iactatam composuisse: Italiam quanta superis ualetudinem, qua iam aliquot annos grauiter conflictatur, contraxerit, tantumq; discriminis adierit, ut afflictam tueri ualetudinem tot subinde emergentibus Reipubl. fluctibus, haud temerè possit. Itaque certum esse omnes ditiorum omnium sollicitudines à se procul abdicare: Reliquum quod Deus fecisset

cisset uitæ, Hispanico secessu, quando medicis ita sit uisum, fouere: atque secus  
 li tempestatibus uariè tactatum in tranquillum uitæ portum affectum corpus  
 culum, uelut lacerum procellis nauigium, recipere. Dicentis uocem lachrymæ  
 atque singultus intercipientibã: deinde accidenti ad genua filio, manum, quod  
 feliciter precantis erat, imponit, seque in eius humeros paternum opum, ditio-  
 numque summam reclinare effatur: seque loco & possessione opum cedere, iu-  
 ueni integra ætate, & ualetudine prospera, eius officij futurum, quantum in  
 eo sit, ne rempublicam noui status pœniteat. Omnes deinde iuriliturandi re-  
 ligione, qua sibi obstricti tenebantur, se soluere pronunciat, circumstantesque  
 rogat obnixè, atque obtestatur, ut filium, probæ alioqui indolis iuuenem, re-  
 rum gubernaculis moderandis maturum, colant, omni ope consilioque iuuent.  
 Illum uerò ut pietatem, religionem, atque iustitiam, rebus omnibus potiores  
 ducat, seriò hortatur. Ad postremum annulum, quo publica obliquantur mo-  
 nimenta, tradit. Fuere tamen qui Philippum uiuo, spirantemque Cæsare, se agni-  
 turos pernegarent. Quibus confectis Cæsaris rebus, consurgit, subleuatumque  
 Philippum in solio sedere iubens, se subducit, ad quietemque se contulit. Tum  
 ius dicere Philippus incipit, & obsignandis publicis tabulis Belgicæ pater-  
 næ ditionis ius inuit. Dum hæc in Belgio geruntur, Ferdinandus Cæsaris ipsi-  
 us frater Oeniponte Germaniæ oppido agebat: ad quem missis legatis Cæ-  
 sar Imperio, Germanicisque rebus moderandis hominem præfecit (qui iam an-  
 te multos annos Romanorum Rex designatus esset) rogatque, ut filium Princi-  
 pum Germanicorum, ciuitatumque ordinibus concillet, commendatque. Inter  
 principes si quid natum esset dissidij, ut pro sua prudentia potius discutiat,  
 nec Germaniam partibus distrahi patiatur: atque in hunc modum rerum sta-  
 tu constituto, naues paulò post conscendit, atque in Hispaniam cursum te-  
 nens, in secessum enauigat, seque uoti compotem priuatus effecit. Nec diu qui-  
 tes ab armis tenuit, ad belli consilia uerlis cogitationibus. Columnenses Pau-  
 li quarti pontificatus initio, quicquid erat in agro Romano annonæ, in arces  
 suæ ditionis (quæ latè patet) contraxerant, magnamque uim frumenti, uini, o-  
 lei, & leguminum in horrea congesserant: incredibili publici commercij di-  
 spendio, adeoque arctam annonam effecerant, ut res ad famem, rerumque omni-  
 um inopiam spectare uideretur. Id palàm quærentibus annonæ præfectis,  
 grauiterque communi uita laborante, Pontifex obnixè eius nobilitatis Princi-  
 pes obtestatur, ut reclusis horreis annonam urbi inuehi patientur, æ quoque præ-  
 sentio distrahi: id ad illorum uirtutem, existimationemque in primis pertinere, sua-  
 que etiam potissimum referre, ne percitum fame (qua nullum telum præsentio-  
 tius) uulgus ad seditiones, secessionemque consurgat. Eam cum sapius cantio-  
 nē surdis Pontifex occinisset, in ordinem cogendos rebelles, copiasque sibi  
 magno conscribendas silentio putauit. Id tamen haud clam habitum. Ex  
 eoque Columnenses, qui Francorum partes pessimè odissent, Pontificem pa-  
 lam criminari, ceu Gallicarum partium, Cæsaris etiam ipsius ex professo, at-  
 que Philippi Anglici Regis hostem. Tum nouarum rerum consilia inire,  
 paulatimque officio decedere cœperant, cum Pontifex illorum animos frustra  
 ad quietem pacemque tum uerbis, tum etiam largitionibus eblanditus, nihil  
 intentatum relinquebat, quò sibi eius nobilitatis Principes conciliaret, atque  
 æquo cum cæteris iure, quoad publicæ tranquillitati uenia dari posset, indul-  
 genter haberet: eoque pertinere Paulus uidebatur, ut Romæ, circumie-  
 ctisque locis, tuto uiuere, ac citra cuiusquam iniuriam, liceret: ob idque  
 quicquid esset armorum, telorumque, in unum locum conferre, ut omnibus  
 iniuriæ licentiam adimeret, iusserat. At illi iam inde ab initio sacrosanctæ po-  
 testatis hostes, pontificis edictis efferatior facti, incautum, inopinantem-  
 que opprimere insidijs Pontificem adoriuntur. Cum tamen parum dolus  
 processisset

processisset, sedumque exitum res habuisset, palam armis consilium exequi in  
 animum inducunt, nefarijque conatus principes quidam ex purpuratorum or  
 dine inuenti, in custodiam, in Adriani molem conijciuntur: alij conscij scele  
 ris urbe profugiunt, sibi que uoluntarium consciscunt exilium. Interea Ponti  
 fex, indignè ferens Columnensium peruicacem contumaciam, cœtu piorum  
 motos a cibus propè omnibus exiit, urbibusque aliquot præcipuæ in Latio  
 dignationis, multat: ciues quosdam diuersarum partium in uincula conijcit:  
 alios eiusdem strenuitatis proceres, qui se à partibus integros esse contende  
 bant, Roma pedem auferre uerat, cuius rei fidei iussores, ceu obliides accepti:  
 paucijque post diebus, refractis Columnensium horreis, ac promercali frumen  
 to, cæterisque uili addictis præcio, laxissimum rerum omnium præcium Ponti  
 fex sanctus effecit. Cæterum Columnenses qui Neapolim profugerat, Philip  
 pum Austrium, qui Apuliæ regno recens inauguratus fuerat, respiciunt,  
 ueremque aduersus Pontificis uires implorant, ut cuius patris Cæsaris partes fo  
 inque Italiae opes succederet, Flandricam ditionem capesseret, externaque regna  
 moliretur, gloriam, uictorias, triumphos mente uoluebat, plenus spiritibus. pa  
 ternis, huiusque decoris quærendi, Romani belli obtigit materia. Et ab sacra se  
 de oppugnanda, humanique generis parente, rerum auspiciandarum sumpsit  
 primordia: Albanumque emilit, qui ualidissimo exercitu, ab infano conatu præ  
 mendi Pontificis, belli in Latio initium fecit: remque Romanam seditionibus  
 turbatam miscere, agereque cepit, plurimumque damni Romano agro, præ im  
 potenti atrocijque ira dedit, Pontificiæ ditionis fines perpopulatus, ad postre  
 mum ad ipsam quoque urbem castra ponit. Interim tamen Columnenses  
 immodico Pontificis impetio, laribus exactos uindicare se uelle piæ mentis  
 specie iactabant. Fuerat Francia ab omni auo unicum certissimumque  
 sedis Romanæ præsidium, & semper pietatis tuendæ princeps præbuerat e  
 xemplum: nullumque in Pontifices pij officij genus à Francis regibus præter  
 missum fuerat. Vnde illi Christianissimi nomen sunt consecuti: quod præ  
 mij culti sanctius culta, propagataque religio, & crebris erga Pontifices san  
 ctos meritis. Paulus igitur Pontifex eius appellationis quartus, Regis Angliæ  
 (unde procellam semper sacra sedes metuebat) exercitu circumfessus, & indi  
 gnis modis à Columnensibus uexatus, ipse externæ Regiæ beneficiorum  
 memor, implorat auxilium Francorum aduersus uim noui regis. Henricus  
 uero rex Francorum indignum ratus, religionis arcem, sacraque ditionis opes,  
 quibus Francorum reges sacram Ecclesiam donassent, Hispanorum libidi  
 ne, & quò eius commodum sit circumagi, regendi Pontificis ex instituto ma  
 iorum patrociniū suscepit: & uelut pijs conceptis inimicitijs, aduersus sacra  
 sedis hostes Guylsum exploratæ uirtutis principem subitario exercitu, saua  
 hyeme, sedisque brumæ tempestatibus occurrere iubet, ut summi pietatis  
 nostræ Sacerdotis senectutem piè tegetet, obsidione eximeret, omnemque  
 metum ciuium Romanorum discuteret: idque magna Philippi Regis indigna  
 tione, magnoque motu rerum insecuto. Sic Romanus tumultus uires, ani  
 mosque Francorum in se uertit, captaque arma iuris ac pietatis, & promerendæ  
 celestis gratiæ causa. Interea Philippus induciarum à Franco uiolari crimi  
 nabatur, cum infestiores ipse inducias, quàm bellum Francis faceret. Cum  
 que concepto uerbis iureiurando fidem dedisset, fore ut captiui condicto u  
 trinque redemptionis præcio dimitterentur, rem trahebat, uerborumque in  
 tuolucris responsa ludificabatur: nec ad dimittendos animum adijciebat,  
 quant minus constituto in capita cuiusque præcio. Quod satis constat, Robert  
 us Marchianus Bullonensium Dux, & equestris Francorum militiæ Archi  
 strategus, summi que uir ordinis, qui Hædini excidio in hostium manus deue  
 nerat, in

nerat, in uinculis diu indignissimè habitus, tetricèq; carceris pedore propè ene-  
ctus fuerat. Hic cum in morbum uinculorum tædio incidisset, missi à Franco  
medici qui ægroti curam agerent, aduenère: quibus facessere iussis, hostis aliū  
quemdam adhibuit, quem pro salubri medicamento, ad eò letale uenenū por-  
rexisse ferunt, ut dimissus, uix dum Francici limitis collimitium attigerat, cum  
exesis uitalibus ad Guyssiam mortuus concidit. Accessit ad rei indignitatem,  
ut uxor quæ cum filiola redimendi mariti causa, Gandauum aduenerat, proq;  
redemptionis pecunijs fideiusserat caueratq;, in uincula conijceretur, donec  
numeraret redemptionis prætium. Hoc nimirum fuit, non exanimem sed  
paulò post moriturū uendere. Eius atrocitatis, barbaricèq; commercij exem-  
plum ne inter Ethnicos quidem reperire est. Per eosdem dies Mansfeldius  
Comes Lucelburgi præfectus corruptis aliquot manipularijs militibus, qui  
Mediomatrices præsidio infiderant, Metim clam occupare nixus, spe, & co-  
natu excidit, actis in furcam proditoribus, quibus cum conuenerat ut Cesaria  
nos inœnibus exciperent, intromitterentq;. Cæterum indicio delato, post-  
quam de conspiratis compertum est, de fontibus supplicium sumptum. Hac  
de re (ut graui) ex postulantibus apud hostem, Francorum oratoribus, respon-  
sum tulere, bellicorum stratagematum commercijs induciarum fidem mini-  
mè labefactari, sicq; uiolatam iurisiurandi religionem, fidemq; pro aris præsti-  
tam, risu prosequeretur, bellicum stratagema uocitans quicquid hostile, præ-  
ter fidē, religionemq; induciarum, in Francum moliretur. Vix dum mensis  
alter ab inducijs pactis exierat, cum duos obscuro nominis milites hostis,  
propositis ingentibus præmijs, ex præsidio Gallico, ad se clam Bruxellas  
euocat, miris pollicitationibus in sui assensum illectos, traductumq; eò de-  
ducit, ut Burdegalam Gallix Aquitaniæ regiam urbem caputq; Philippi  
Regis exercitum intromissuros ad se reciperent. Illos cum à signis abessent,  
tanquam desertores retractos, crimenq; fassos, prætor castrensis, maiestatis  
damnauit, atq; in crucem subegit. Hac fuit induciarum & iurisiurandi reli-  
gionis colendæ apud hostem ratio, urbes per insidias & prodiciones à Fran-  
co auertere, quando aperta ui, & uirtute imparē esse notius esset, quàm ut i-  
pse dissimulare posset. Per eosdem dies Iacobus Flectias Architectus machi-  
nator, qui castellum Menilium in finibus Hannoniæ emunierat, ad Feriam  
comprehensus est, dum regularibus funiculis ac perpendicularo, altitudinem  
uadumq; Axonæ fluminis pertentaret: fassusq; est, se ab hoste emissum, ut  
situm & munimenta arcium Dorlani, Feriæ, Monstrolij, Maceriarumq; clam  
specularetur: quarum protypos, & proplasmata iam in formas duxerat: ut  
unde facilia captu, quibuscumq; obnoxia insidijs forent, hostem edoceret. In-  
de atrox, insolens, ferumq; facinus insecutum: quodq; motæ mentis  
magis, quàm consceleratæ uideri possit. Philippi quidam minister præsi-  
diarium militem Gallum proposita mercede conduxit, qui puteis, ex qui-  
bus Marieburgenses aquabantur, uenenata medicamenta iniiceret: ut sitiens  
prudentiam hauriret, statimq; tentatis ueneno præcordijs, torpor ac rigor  
consequeretur, nec consistendi uestigio, uires corpori suppeditarent: futu-  
rumq; erat ut qui animo linquerentur, se opportunos hostibus iniuriæq; te-  
præberent. Militi comes additus erat improbus ueneficiorum artifex, qui ui-  
rulentas insidias temperaret, ac proditori militi subministraret. Eadem etiam  
arte Grossetum, Montalcinumq; Hetruriæ arces, quæ in fide Francorum per-  
manserant, tentatæ sunt, quodam medico, & ordinum ductore corruptis, &  
ad id operam elocantibus. His turpibus nefarijsq; inducijs hostis sibi pro-  
spexerat, ut suis finibus à Franci exercitu per inducias tutis, ipse immortalis  
in Francos odio, per insidias inopinantes opprimeret egregios bellatores  
ueneficij

ueneficijs tolleret, captandisq; dolo urbibus inhiaret. En quo recidit Principum uirorum fides. Interea Albanus, qui egregio apparatu Romam obsederat, Pontificem sacra ditione exturbaturus erat, nisi Francorum religio, Regisq; pietas occurrisset: Nam quò eniteretur, perspicuum erat ex ditionis Pōtificiæ captis urbibus, arcibusq;. Is tamen Guysij aduentu celsit, obsidionemq; soluit: sed nec ullo uirtutis facto periculo, consultò bellum trahebat, ut Gallorū in Italia distinerentur uires, ne alij alijs tanto locorum interuallo auxilio irēt, dum Philippus in Belgio Regem uiribus destitutum aggredederetur, cum ad bellum Romanum omnis propè Franciæ nobilitas abesset: omnes enim sacra causa, & studium uirtutis ostentāda, & armorum studium pertraxerat. In Belgio Philippus, qui Francum ab armis in se parandis, & rebus Italicis districum, à suis tutandis totum auerterat, exercitum Hispanorum, Flandrorum, Batauorum, Neruorum, Hannonum, Anglorum, Germanorumq; ualidis copijs, quàm numerosissimum potest conscribit. Germani aliquot proceres se Philippi causæ adesse præ se ferentes, egregia auxilia miserant. Gnarus Philippus quanta belli moles impenderet, totius propè Europæ uires aduersus Francum exciuerat, ut acerrimum hostem semel perdomaret: firmius enim sibi Anglicum Regnum fore sperabat, Gallicis opibus euerlis. Eiusq; rei sibi præbitam ansam hoc Regni rudimento amplectendā esse ratus, totus in Gallicum exitum incumbit, quòd ab rerum primordijs pendere discrimen, & iniuria Regnorum rem totam trahere sciret, atque ita affectus, copias in Samarobrinum agrum educit. Hoc primum bellum suo ductu, atque auspicijs cum Franco gessit: nomenq; ex eo, commendationemq; in futurum expectabat: maioremq; uirtutem eius Regni rudimento præstaturum militem, quàm se præclare rei gestum iri. Nec dubium erat, illum Imperij cupiditate agi: seq; nam enim tam sublimi uertice, tamq; elatæ ceruicis inueniri posse, qui tantò Regi subsistat: qui latè fulsis Hispaniarum gētibus, Sicilia, Appuliæq; ac Britanniæ Regnis iura daret, qui Germaniam, Italiāq; penè omnem digito temperaret, qui patre Cæsare, totq; maioribus Augustis ortus esset. Inde insequētur. Eodem ferè quo hæc geruntur tempore, qui fuit annus salutis quinquagesimus septimus, supra millesimum & quingentesimum, quarto Idus Augusti, Magister equitum Francorum Mommorantius, urbibus limitaneis Galliaë ditionis, ab hostium exercitu, tantoq; belli apparatu timens, cum Augustā Viro mandorum fano D. Quintini nobilē urbem annonā instruxisset, omnisq; geflixit: in quo magna animorum contentione dimicatum: idq; agminibus magis, quàm acie, quòd toties fusus hostis, fortè contemptui haberetur. Freta enim uirtus nimia sui fiducia, uelut minimè dubia uictoria, quanta maxima uide haud poterāt, nostrorum siquidem ordines equestri Sclopetariorum procella turbati, in fugam dissipantur: atque tumultum insanamq; trepidationē confernati edunt. Momento penè temporis ea pugna profligata est, ingenti clade nobilitatus, & inprimis insignem uictoriam fecit capta procerum turba. Cecidit seminis Regij, & admirandæ uirtutis princeps Ioannes Borbonius Anguineus Comes, dum nec à pugna diuelli, nec ad deditionem perPELLI potuisset. Iacobus Albonius Fronciaci Marchio, equestris militiæ Archistrategus dum studio certaminis finem uirtutis nullum facit, in hostiū potestatem uenit. Ad postremum tota laxata Francorum acie, fortunæ uirtus celsit. Mom

morantius, cuius uirtus maior quam felicior enituerat, cum penè ad interne-  
 cionem depugnasset, tandem aduerso prælio percussus, certa præsentisq; peri-  
 cie, necessitati paruit, & in hostium manus incidit: nec tamen hosti fuit incru-  
 enta, fortissimorumq; uirorum morte ea stetit Philippo uictoria. Hoc præli-  
 um inter tot nostrorum uictorias paulò minus prosperum celsit. Secundo fa-  
 cto prælio hostis minimè cunctandum ratus, Augustam Viromãdorum, pro-  
 limitis custodia munitissimã urbem ad Somonã fiumẽ, diu obsessam, multisq;  
 prælijs & oppugnationibus fatigatã, tandem expugnat. Hannamq; arcem &  
 opere, & natura munitissimã in deditioem accepit, inde circumfuso terrore,  
 tumultum, & trepidationẽ utcinis locis faciebat. Lutetiam quoq; pauor ac tre-  
 pidatio peruaserat: nec quisquã satis certum habebat, quid aut speraret, aut ti-  
 meret. Præfecti tamen urbis coepta iam antè multò munimenta, aduocata co-  
 lonum operarũq; ingenti multitudine, magna excitant educuntq; celeritate,  
 stupedi operis propugnacula: ex indomito saxo omnibus urbis lateribus fir-  
 mant, magni roboris præsidia scribunt, ciuiumq; qui per ætatẽ armorum pat-  
 entes forent, delectũ agunt. Idem in Gallia totius institutum municipijs, gra-  
 ui edicto, ut quibus militaris esset ætas, in uerba iurarẽt, ut quando ulus esset,  
 tumultus omnibus locis cõscripta, instructaq; prouisa erat, ut quãcunq; uim  
 hostis faceret, armati occurrerent, impressioẽq; sustinerẽt. Iam diuersa orbis  
 parte, Guylsus Brutios propè perdomauerat, Pontificiã audientes effecerat.  
 Campolim ad motis magno impetu scalis, & omni operum genere, tormento-  
 rum, pontium, tabularum, artis, uirtutisq; perruptis hostium munitionibus  
 expugnarat. Ciuitellam obsidione circumuenerat, quod Samnirium est  
 oppidum in montibus ad Libratam (quem Alij albulam uocitant fluuium)  
 opere & natura munitissimum. Hãc obsidione eximere nixus Albanus, pro-  
 piusq; accedens, pugna decernere uelle magis præ se tulit, quam quicq; ope-  
 rapretij executus est. In hunc enim cũ signa inferre nihil Guylsus cunctatus, ul-  
 trò hominẽ ad manus cõserendas, multis indignitatib. prouocaret, ille instru-  
 cta nostrorũ acie, liliatisq; signis cõterritus, abscisit, nullo loco nisi quantũ ne-  
 cessitas cogeret cõgressurus: modicoq; à Franco interuallo ducens, munitissi-  
 in Belgio aliquam insignẽ cladem in Francorũ ferociam ludificabatur, dum  
 Turtureto alsidentẽ hostem expulit, circũfessumq; socium oppidũ graui obli-  
 dione liberauit. Quũ bellum in Samnio diutius spe trahitur, Pontifex qui rem  
 Christianam saluam uellet, lōgeq; aliter affectus, quam qui per cædes atq; in-  
 cendia, direptionesq; sibi propagarunt imperia, nihil magis habebat in uotis,  
 quam ut re Romana in tranquillum restituta, metuq; discusso, quies ab armis  
 orbi Christiano esset, nec prius destitit quam Philippi nomine Albanus, dicto  
 sacrosanctæ potestati sacramento, secum pacem iungeret. Cumq; multa ambi-  
 guo iure iactarentur, tandem in conditiones descensum, ut Philippus conflati  
 belli, scelerisq; aduersus humani generis parentem concepti, ueniam exposce-  
 ret, diras, quas in eius caput detestatus Pontifex fuerat suppliciter deprecaretur:  
 Pontifex retexto inductoq; execrationis decreto, Philippum sacra ecclesiæ  
 prolem agnosceret. Conuenit insuper eosdem utrisq; socios hostesq; fore:  
 Pontificem armorum societatem Gallo renũciaturum, utrumque Regem ex-  
 æquo, ceu communem omnium Parentem, filiorum loco habiturum: Alba-  
 nus fidem iureiurando daret, Pontificis rebus temperatum in Palianum pla-  
 cuit tradi fidei Bernardini Carbonis, utriusque impendiẽs tuendum. His le-  
 gibus pax Pontifici data, quo ab iniuriã indignitateq; uindicato, reportat  
 Guyllus in Galliam exercitum. Iam curæ in Belgium uersa, ubi magno in mo-  
 tu res erant, ingensq; belli metus mortalium animis proponebatur. Nam Hen-  
 ricus

ricus Rex uinci insolens, tacita cura animum incensus, suum tempus operiebatur: nec tanta accepta clade, quieturum apparebat, nec commissurum, ut qui de Magno Cesare Philippi patre tot trophæa retulisset, totque urbibus ducem summum exuisset, à filio quantumuis Regnorum accessionibus aucto, ignorat, recentem acceptam æquo ferret animo. Et Philippus, cui uictoria animos fecerat, recenti rerum Viromanduarum ingens uictus, Anglorum animos sibi alio qui parum æquos, & externi impatientes imperij, captabat, Francorum audaciam se in ordinem coegisse uenditans. Itaque tota Europa in expectationem regicæ ditioni, & Philippi Regis exercitui præfectus, cuiusque nutu Fladricæ res circumagebantur (quo semper Austrij imperij fuisse) ratus recipiendæ Allobrogum ditionis occasionem rebus Francorum aduersis oblatam, suæque tandem reductionis diem affulisse, illuxisseque, quod Fracum multiplici affectum clade, totque circumuentu bellis, uim minimè laturu suspicabatur: Regemque adeo uirum inopem concidisse, ut in spem ueniret, Gallica præsidia Allobrogum artibus munitioribusque Sabaudia locis imposita, nullo negotio exigere posse: si uia libi processuros populares, seque ut celo missum suscepturos, persuaserat: Burgi etiam Secusiani copiam fore, ubi prodiret qui bellicum caneret, exercitumque admoueret. Idque Principis in mentem miserat Grangerius Myonius, ex Seculianorum nobilitate transfuga: cui pridem Maiestatis, & adulteratæ motæ crimen intentatum, sed inultum fuerat. Itaque improvidè habita perfugæ fides, effecit ut Princeps omnia acturus moliturusque uideretur, ut quod tãdiu appetierat, consequeretur. In eam itaque spem erectus, duodecim plusminus Germanorum peditu magna ex parte loricatorum, & duo sclopetarioru equitum millia, cum tormentis duodecim castrensis in Secusianos emittit, duce Nicolao Puluillero, mense Octobri anni huius seculi septimi supra quinquagesimum. Quibus copiis fretus Puluillero ad repetendam Secusianorum (Bressiam uocant) ditionem processit, omnibusque instructis Castrocarlino, Lenofalino, Belloforte, Fano Amoris, Sequanorum oppidis, uicisque iter habes, omnem uim à Regia Burgundia oppidis, agrisque abstinuit, nec quicquam intulit uastitatis, quod Regem inter & Casarem ante aliquot annos, in magnam Helueticorum gratiam, conuenisset, Heduarum atque Sequanorum Burgundias à bellis utrobique quieturas, nec quicquam ab alterutris moturas: qua in re & Puluillero fides constitit. Fanu Amoris ingressus à Montefalconio, exceptus conuiuio, cultusque est. Sedebit armis refulgens, equo desultorio, instratoque sublimis Puluillero, castrensi more præcinentibus signis. Inde Trifortium uerfus castrum mouens, dierum illic paucorum statiuia habuit, dum exercitus reliquæ circumiectis uicis superfusa ad signa conuenirent. Quarto Idus Octobris sub signis iter ingressus, haud procul Secusianoru foro (Burgum nostræ ætas uocitat) constitit. Ea urbs regionis gentisque caput est, palustri loco sita, & solo præpingui, & in primis fecundo. Tanum ab antiquis appellatum Fustillarius Matiscensis contendit, sed Burgum Secusianorum propius uerò esse docti existimant. Qua orienti soli obuia urbs est, amœnissimos Iuræ colles habet, primo ab urbe lapide, ubi in longum porrecti collium tractus uinetis iucundissimè uirent, spiratque aer quiddam fragentius, quam in reliquis Secusianorum locis, ut mirum non sit Casarem Dictatorem illis statiuis cõsedisse, dum Helueticorum gentem Rhodani transitu prohibere constituisset, quod si iam æuo cesserint, tamen constans fama & sensus propè omnium conspiciant, & refossa pluribus locis uetustatis monumenta, & situs Casaræ prærupto ac præcipiti loco, & integra etiamnum locorum nomina, haud dubiam



fidem faciunt. Quanta est à Septentrionibus, Sequanis occurrit, uersa in uentum diem plaga Lugdunum despicit: ab occidēte & Borea excipit planities, quæ se in laxissimum sinum pandit, & ad Ararim usq; porrigitur. Ea pars densis nemoribus inhorrescit, partim aruis pinguis excolitur: frumento, siligine, ordeo, milio, panico, fructibus, & id genus annona abūdat: uites nescit, & in colibus illis uindemiam agit. Cæterum illic ubertim est, quod uspiam comparari queat. Nec admiratione caret, quod cum hostes tantum damni dederint, Regium exercitum superiore autumno regio ad urbis præsidium aluerit: anno tamen in urbe semper eodem tenore nihilominus præstiterit, laxiorq; indies euaserit, tot flumina, tot riuus ex collibus illis effusi, se in eam planiciem prouertunt, ut piscosos lacus creberrimos efficiant, tãtamq; macerato solo uliginem, ut ædificia in urbe modicè ab humo sublata incolere cogantur, editioribusq; locis habitare. Ea urbs suburbanum Cænobium habet, Broaciū fatu dignissimum, substructionibus ex cãdidissimo saxo uisendū opus, principum Secusianorum sepulchreto dicatū. Digonius qui urbem tutabatur (nam Guichardus eius regionis præfectus, grauissima ualeitudine implicatus, & domestico funere auocatus, Matisconem latus fuerat, magnumq; uitæ discrimen adierat) castris hoste metandis intento, expeditissimam Vasconum ueteranorum manibus emittit, qui in agris hosti solitudinem facerent, cõmeatus congestos corrumpere, & agrestium domos subditis facibus incenderent. In urbe euolantes, plusquam cuiquam credibile sit, damni intulere, grauesq; omnigenis prædas in urbem, in ipsius hostium oculis egere. Inerat turma Chenariorum quinquagenaria cataphracti equitatus, delectorum immensi roboris equitum. Accesserunt alæ sclopeterii equitatus aliquot, auxiliorum Helueticorum signa octo, septem cohortes expeditissimorum peditum, qui subalpinis semper bellicis meruerant, consenuerantq;: atq; ij omnes sclopis manuaris instructi, uirtutes & inuicti habebantur. Idq; subsidij Guyssius eò destinarat, nequid Secusiana res detrimenti acciperet. Ad famam uenturi hostis in urbem aduolant complures summi genere, factisq; uiri, uulgusq; nobilium, quos Rurebanos prouisi commeatu, cæteriq; tolerandæ obsidionis apparatus, quos Rurebanos. Porro ciuium bona pars ad primum belli terrorem alij alio concesserāt, remq; familiarem magno suo dispendio reliquerant: siquidem prædiarius miles, quasdam magni prætij opulentia refertas aedes diripuit, nullo uim prohibente. Omnia circum oppida Transararica, saltus omnes, cauaq; uallium, & summi montium uertices, abditq; uicini recessus, pleni undique refugientium agrestium, & imbellis sexus erat, qui rerum suarum diffidentia, suæ suorumq; uitæ consulere dicebantur. Cæterum Puluillerus, qui ad Sarderiam, Chalasq; castra posuerat, qui locus paulo editior Septentrionem inter & Orientem urbi imminet, delectum equitatum mittit, qui urbis situm oculis atque animo metirentur, locumq; metandis muniendisq; ad obsidionem castris specularentur. Id illos tam licenter atque impunè audere non tulit Valbrissonus reitormentariæ præfectus impiger: in eosdem disploso insignis magnitudinis tormento, cuneum: illum speculatorum equitum dissipauit, atq; edita caede in castra magna consternatione compulit. Eo afflatu cecidit magni quidam uir nominis: at cuius gentis, generisue, nondum constitit: nec tamen se peditatus uallo continuit, sed paulo longius ad moenia progressus, nocte opprimente uir tormentorum in castra reiectus est. Postridie qui fuit dies Octobris decimus tertius, hostis instructa acie, rhedisq; instructus tormentariis, ad rosas usq; molas processit, & riuo transmissis, atq; circumducto exercitu ad loanis substitit (loco ad uiam nomen est) è regione Matisconensis portæ: ubi delecto castris loco, leniter refossa terra, castrorum ambitum uallo temere emuniuit. Quo

uit. Quo tempore ueteranae praesidii cohortes facta in hostem eruptione, caeca nocte, castraque magno ingressae silentio, caelis uigiliarum custodibus, eadem trepidationemque in medias usque stationes intulere. Accesserunt & imbrium tempestates, quae locis palustribus, & oppidanis assiduae igne tela ingerentibus, erumpentibusque, opus facere prohibebant. Pridie idus Octobris oppidanis rursus se ad corrupenda igne, armisque prohibenda opera parantibus, Chenæius qui ubi praestantiori opere res cogere, eoque plus animaduvertebat, quid facto opus esset, eruptionem ex urbe in hostes facit, effusisque habentis palantes ad uallum usque persecutus, quod ruere fugientium turbam uidebat, ferebatur, plusque fugae, quam caedis fecit. Hostes suorum cadauera stramentis obuoluta in flumen nocte prouoluebant, ne caeteris strage deterriti, animis linquerentur. Caeterum cum minus ex animis sententia oblidione procedere, remque diutius spe trahi uiderent, omniaque circum infesta esse, nobilium eiusque regionis incolarum neminem sub sidio ire, quod futurum ante expeditionis susceptae apparatus Myonius spon dederat: scriptum Emanuelis Philiberti nomine edunt, ac praeconio citum prodit. His Reges Francos, Franciscum Henricumque proscindebant. Allobrogum gentem & Seculianos blanditijs a respiciendo Franco auertere, & ad defectionem impellere conabantur. Cum id quoque frustra esset, iam spe potiunde urbis destituti, nulloque populares in suas partes illectandi indicio, reditum irrito negotio parabant. Licet eoque eius spectare consilia uiderentur, ut adhuc speraret partium suarum quosdam in seditione exarsuros, nullus tamen se nobilium aliorum ue commouit: nec minus fuit Puluillerus mort alium studijs, quam fortuna & uiribus inferior. Dum in re desperata duces consilium non expediunt, nec praesens difficultas aliquo exitu discutitur, ab necessitate consilium mutati abscedunt, aliud conatus consiliaque uertunt. Accidit eoque ipse die, quo discessum meditabantur, ut densa contorum, sarissarum, lancearum, hastarum, omnisque generis hastilium strues & congeries, quae in castris agresti caesa innitebatur, impacto in medium globo, quem tormento oppidani miserant, in multa fragmenta undique dissiluerit, magnamque hostium stragem ediderit. Quo percussi, omnibusque reb. aduersis decedentibus, nocte Montem Iulium, & Caesaream uersus, castra mouent, nullam rei, cuius causa uenerant, fortunam experti. Porro cum eodem loco quinque conti nenter dies sedissent, illosque nostri excursionibus in assiduo praecipue metu tenebant: maxime quod per indices speculatoresque nuntiaretur Albimalum, Guychaum, & Villafranconium, cum ducibus Matiscone de eius pernicie inisse consilia: exercitum, qui ad montem Reuellium in castra iam conuenisset, ad se profligandum ire: Lugduni atque Matiscone copias cogi, & undique conuenire, undique Araris ripas militibus infestas, qui ad se opprimen dum, quanta possent celeritate contenderent, ob idque tanto discrimini se obij cere, non admodum consultum uideri. Per eos dies Iohannes Boherius Ma tisonensis Tribunus summus Praefectus, uir fidei & uirtutis perspectae, qui singuli singulis urbis regionibus praesent, omniaque praesidijs firmaret, omnes in officio contineret, darentque operam, ne quid Puluilleri detrimen ti afferret. Nec enim ullam deinceps moram interposuit, perque montium an fractus, faucesque elapsus: ob idque agri Sequanici (quem optimum totius Gal liae Caesar esse asserit) uiros nonnullos diripuit, quod Caesarianae dittonis ho

mines re malè gesta, nec forum rerum uenaliùm, nec commeatus in castra comportarent, difficilibus per iuga montium subuectionibus. Cæterum non prius pergere hostes desierunt, quàm sedis suæ securi, & socijs agris consistere tutum existimarunt. Sed nec ab abeuntib. Chenæius abscellit, donec ultra Sequanos fines emotus. Fortè ira res tulit, ut sub id tēporis Maria Anglorum Regina per facialem Henrico Regi amicitiam renunciaret, bellumque indiceret. Id autem agi uidebatur, ut cum acceptæ in Viromanduis cladis recens terror esset, Rex tot undiq; partibus impetitus, totq; insurgentibus bellis, telisq; in caput unius prouolantibus, obrutus succumberet. Faciale demum Francus respondit clementer, nullum factum suum pœnitendū esse, propter quod sibi bellum suo fieri meritò debere existimet. Delatum tamen se, quādo ita uisum esset, accipere: ita gesturum, ut Regina breui intelligat, se æquè secundo euentu arma Gallia intulisse, atque ipsius maiores: & quorum facta imitetur, exitus quoq; pertimescendos. Idèò dictum, quòd semper Angli Francia sinibus multis conatibus irritis, pulsati sint, nihilq; unquam in Gallia, nisi domesticis bellis ruentibus, occuparint. Inde comiter appellatum donatumq; Rex facialem demittit. Francia tempora summum Regem postulabant, qualè diuinitus obtigisse rei exitus loquitur: quod tot hostibus capitali Franci nominis odio irruentibus obsistere, totiusq; Europæ armis appetitus, uim impressionemq; sustineret, & imminentem procellam, cœlesti fretus auxilio, in hostem auerteret. Primum omnium Reipublicæ prospecturus, conuentus Gallicorum ordinum Lutetiam (qui mos per multos iam annos intermissus fuerat) indicit: urbiumq; Apocletas, qui bus agendi potestas esset, euocat. Qui cum Nonis Ianuarij in artium diuinitus fuisset euectus, gesserit, docet: quamq; feliciter cesserint omnium expeditionum euentus, quibus Anglos Bononia disturbarit, aliosq; subinde hostes sinibus submouerit, nihil que prætermiserit, quod ad arcendos undique à Francorum ceruicibus hostium gladios facere uideretur. Quantum uerò in ea re impendiorum exhaustum exhauserit, perspicuum ex eo esse, quòd Regij fisci uectigalia, atque Regiæ ipsius prouentus pretio publicè addixit, distraxeritq; ne suis grauis esse cogeretur, quos pensitationibus iam immodicis propè exhaustos sciret. Cæterum nulli rei magis iam inde ab initio incubuisse, quàm ut facta tandem pace Gallia fruere: mentem uerò hosti um malè sanam efficere, ut bella ex bellis serantur: adeo ut prope discrimen summam bello atrocissimo etiamnum insectentur: adeo ut prope discrimen sum esse uiribus ignorare neminem: rei bellicæ neruos nummariam rem esse. Rogare itaque atque obtestari omnes ordines instituit, ne difficillimo Reipublicæ tempore, patriæ desint: futurum breui sperare, ut submotis hostibus, & pace parta, oneribus grauium uectigalium leuentur, omniaq; integrum restituantur. Huic que rei data principis fide cauere, pignore atque promissi Regij obside. Quòd si fidem liberare morte prauento non liceat, Delphino in magnam gentium & rerum potiendarum spem nato nego-

## De motibus Galliae.

1955

negotium dedisse, ut eam rem primo quoque tempore exequatur, fideiq; debitum luat, patrisq; manet ceu noxa euoluat. Tum Franciscus, puer sicut ad caetera regius, ita lenitate, & mansuetudine praecipua, & popularium amore incensus, aperto capite consurgit, & clara uoce testatur, ita facturum si cut pater mandasset, & ad se ita futurum recipit. Eius ultro in ordinem se cogens ciuilitas, comitasque admirationi fuit. Tum Carolus à Lotharingia, purpurati ordinis Pontifex Gallicanae ecclesiae, & sacri sacerdotij nomine in Rempublicam animo, pro nauata enixe opera, quo iactatam rem Christianam in sua tandem sede saluam susteret, quantum prouideri humana ratione potuisset. Pro liberato & ab hostium iniuria uindicato summo Pontifice, futurum ut eius rei breui gratiam numen referat. Sacerdotij porro ordinem paratum pro eius gloria, imperio, salute sanguinem, si ita res ferat, uitamq; profunderet, nedum fortunas prodigere. Excepit Franciscus Cluensis Niuernensium Dux illustrissimus, qui militari, breui illa quidem, sed ad effectum efficaci oratione, omnia expectare iubet à fidissima, & Regis amantissima nobilitate, cuius in se animum, fidemq; tot ante bellis perspexisset. Andrea-nus supremi Galliarum senatus praeses summus, uir omnium quos nostra uisultorum, qui recens in hunc Reipublicae Senatuum, ordinemq; allecti fuerat, causam egit, omnia à se suisq; pollicitus. Plebis promiscuaeq; multitudinis Regia magister, summae uir ut in aula gratiae, atque eloquentiae, ita rerum usu, atque omnis generis conditione singulari, hic professus est plebeium ordinem etiam, si ita natum negotium ferat, hostium furori, & carnificinae macrandos obiecturum: tantum abest ut quicquam Regi, subleuandae fisci inopiae, & iuandae rei nummariae gratia denegatum uelint. Postremus Ioannes Bertrandus, Senonum Archiepiscopus, purpurati & ipse ordinis Antistes, sacri Augusti custos, ad pedes Regis procubuit. Deinde dicere iussus, madare Regem ait, ne quis euocatorum se prius Lutetia subducat, quam quid ab omnibus, singulisq; faciendum uideretur, ex sanctioris Concilij sententia rex constituisset. Ita Rex totam curam in belli apparatus intendit, cogitationesque in Anglos Gallia arcendos conuertit, indomitam & infociabilem gentem. Eoq; mandem appetent: idq; sibi factu facilius futurum persuaserant, quod Philip-pus Rex in Belgio late dominaretur, & Belgicam Anglorum Coloniam facturus uideretur, nullusq; bellorum finis, infida semper inter Anglos Francosq; societate. Primum igitur & antiquissimum erat, illos naualibus Gallici Oceani exuere, quae illi tot ante aetatibus occupauerat: ut adempto maris usu, Gallicis littoribus abstinerent. Et apparebat si ea cura Gallis dempta esset, eos tuta eius regionis loca praestatueros. Ingens coeptum, sed pertinax uirtus, nihil Francorum armis relinquet inaccessum. Ad hanc igitur suscipiendam, conficiendamque prouinciam, praeficitur Franciscus Lotharingus Guyliae Dux clariss. quem dictatorem Rex rebus in Picardia corruptis dixisset: quicq; tot bellis praclare gestis, pulsoq; Mediomatricibus Casare inclaruisset, & ut qui in uindicanda sacra sede administrator fuisset, eius quoque opera in referenda regi gratia numen uteretur. Hic autem qui nihil aliud dies noctesq; agita-bat animo, quam ut acceptam ignominiam aliqua insigni hostium clade elue-ret, Irium Caletorum (à quibusdam nauale Gessoriacum uocatum) tentare instituit, & re cum paucis omnino comunicata, summa silentij religione, ne in uulgius ea res enuntiaretur, operam dedit. Caeterum ad credulitatem ho-

stium inescendam ratio simulatae expeditionis uulgata est: Guyflum Italia ad  
 domesticum bellum euocatum non solum in Gallia esse (qui illis ingens ter-  
 ror erat) sed etiam Augustam Viromandorum propediem receptum iri. Idque  
 composito iactabatur, ut quicquid haberet hostis uirium, in unum tutandum  
 oppidum conferret. In hunc modum duces, qui Guyfluo agenda commu-  
 niter rei fidem, silentioque tegenda praestiterant, in qua consilium dedis-  
 sent, nec infidelem, nec segnem, operam polliceri: atque omnibus praeparatis  
 ad proposita exequenda, ne cunctando fenescerent consilia, & ad hostes ema-  
 narent, feliciterque coeptum euerteretur, ut copiae praesto essent quod Rex cen-  
 suisset, edicit. Iam multo ante comiteatus exercitus prouisos, pontes factos, &  
 ut non scalae modo deficerent, sed etiam machinarum uis suppetere, castro-  
 rum praefecti operam enixe dederant. Deinde satis omnibus comparatis,  
 quae usui obsidioni futura, agi ferrique possent, quantum accelerare potuit, ad  
 exercitum proficiscitur. Interea clam admonentur rei maritimae praefecti, ut  
 classem quae in naualibus Armoricae, Britanniae, Neustriae, Santonum, Picar-  
 diaeque in anchoris stabat, contractam ad littora Itio uicina, silentio, & quam mi-  
 nimo fieri posset strepitu, circumagerent, piraticae exercendae magis, & nauis  
 um Anglicarum excipiendarum, si quae mari deerrassent, quam Itij obsidione  
 circumueniendi specie: speculatorias naues ad omnia exploranda circa insu-  
 las dimitterent, ut si quid subsidij a mari pararetur, protinus expedita classis  
 profligaret. Neque enim mari minus, quam terra pollebant Gallica arma. Dum  
 terra marique obsidionis agitatur consilia, Guyflus ut quod iter insisteret igno-  
 raretur, exercitum per Hannonum fines ductare, augere simulando errorem,  
 modo hos, modo illos territare, iam Rentio imminere, inde Menilio castello ex-  
 cidium minitari. Dumque nullo subsistit loco, quid potissimum aggrediretur,  
 quibusue locis uim faceret, non satis constitutum habere, praese terebat. Ea-  
 res suspicionem dempsit nouare eum quicquam uelle. Ita dum diuersi ho-  
 stes agerentur, nec oculis ab exercitu nostro abscederent, & subsidia illos un-  
 dique comparare fama pertulisset, magis accelerandum atque anteuertenda  
 dum Guyflus censuit, quantoque maxime potuit impetu, uiam cursus celeri-  
 tate expedit, Itiumque repente diuertens, obsidione circumfedit. Calendis  
 Ianuarij anno salutis humanae quinquagesimo octauo, supra millesimum &  
 quingentesimum, saeva hyeme, foedisque tempestatibus, & forte incidit, ut per  
 eos dies esset plenilunium, quo maritimi aestus maximi, iactationesque fluctu-  
 tum maiores fiunt, & nauigia tempestate & procellis ut plurimum afflictan-  
 tur. Idque perincommodum Anglis accidit, quod ex Anglia transportandi in con-  
 tinentem, mittendi que Itium subsidij facultas adempta uidebatur. Ita eodem  
 tempore & arctissima obsidione Iuenses circumclusi, marinis auxilijs inter-  
 cluduntur. Iam tentari Itium fama ad hostes pertulerat: quod amentiam ma-  
 gis, quam audaciam plerique omnes existimabant. Nostris obsidio magni dit-  
 futura uidebatur: ceu nihil in terris firmiter conspici posset. Est Itium coniun-  
 ctum regioni Ormaniacorum, inter Morinos, Atrebatesque Caletorum oppi-  
 dum, ad promontorium Sangatium, portum habens nobilissimum, ab An-  
 glia passuum millibus triginta, modica interlabente freto, breuissimoque traie-  
 ctu seiunctum. Eo ex Britannia, Hispania, aliisque procul gentium semotis  
 regionibus naues decurrere solent, mutui causa commercij: sic quidem, ut Iti-  
 um totius occidenti Oceani frequentissimum emporium euaserit. Id Eduardus  
 eius nominis tertius, Angliae Rex, Philippo Valesso Regi Francorum, accisis  
 Cresciaca clade regni uiribus, ademit, magisque fame (undecimum iam mensem  
 circumfuso Anglorum exercitu) domuit quam expugnauit: huicque ductis  
 iam decem annis Angli incubuerant: cui tantum undique arcium, castellorum  
 munitio.



suspiciendi, quiq; in certam ruere perniciem pro Republica præclarum duce-  
 bant. Porro Princeps qui nihil ad consilia capienda dandum spatij hostibus  
 existimabat, Randano atque Alegræo equestriū alarum ductoribus, dat ren-  
 tandi uadi negotium, quod non procul abesse indices detulerant. Et incredi-  
 bili celeritate, multis rebus confectis, postridie utramque arcem tormentis  
 subruere, & eodem tempore summa ui oppugnare omnibus copijs institit.  
 Qui Nebulanam infederat, excussis propugnatorijs speculis, atq; tormento-  
 rum spiraculis territi, & flammaram effusarum & late micantium strepitu, re-  
 pente deserta statione, in urbem cursu incitati feruntur: de sua potius in futu-  
 rum salute solliciti, quam de Philippi imperio. Qui Risbanum præsidio tene-  
 bant, plus ferociæ, quam cōstantiæ præstitere. Nam cum illos oppugnatio a-  
 trocior adorta esset, nostrosq; fragorem cœli tormentis imitantes, ad aliquot  
 horas sustinuisissent, ad postremum seu metu uirium, seu spe ueniæ, arcem de-  
 dunt, cumq; Principe agunt de obtinenda siue furoris sui, siue erroris ueniæ.  
 Sic arces illæ eodem die, egregijs alioqui munitionibus obseptæ, sine certami-  
 ne deduntur: & facile apparuit, quam cum inerti hoste res esset, cui nullo-  
 dum initio certamine, nec ullo facto uirium periculo, nec mens, nec uir-  
 rerum suarum, hinc in urbem effusè fugere intendisset, illinc libero se Prin-  
 cipis arbitrio traderet. Redactis in potestatem suburbanis obseptæ, sine certami-  
 felicitate cœpta. Princeps cessatione euerteret, qui in integro haberet expedi-  
 tas copias, repente ad urbem admouendas censuit, ut iam pauore consterna-  
 tis hostibus facilius expugnandæ urbis consilium exequeretur. Ducere tum  
 porro ad urbem cœpit. Veritus tamen ne hostes traductis per Sangarij pro-  
 moniij angustias copijs, obsessis subsidio accurrerent, Borboniū Ruperio  
 nis Principem ad promontoriij fauces, cum parte exercitus cōsistere iubet, ne  
 qua uis ea parte ingrueret, ut omni spe auxiliij Itienses interclusi, consulendum  
 sibi priuatim ex usu præsentis ducerent, oram maris Francis classe ingenti te-  
 nentibus (nam iam tunc portui proxima, haud procul ab urbe, Anglicas na-  
 ues portu prohibere poterat) & ab continenti undique circumfessos aditus  
 cernerent. Nam Borbonio peditum Francorum cohortes uiginti, Germani  
 ca Ringrauij legio, cum octingentis equitibus sclopetarijs, ac turmis aliquot  
 motis ad muros plus minus uiginti aneis tormentis, urbem ingenti strage  
 murorum oppugnare aggreditur. At oppidani quibus sua omnia satis per-  
 munita, præsidijsq; firmata uidebantur, summa ope parabant se ad urbem pro-  
 pugnamdam, & turre, spiculæq; & ut aquæ circumfusæ, lacusque ad mare ut-  
 que ferreos globos sagittasq; (quibus id genus plurimū depugnat) uelut nim-  
 bum grandinis, ex turrium pinnis, spiraculisq; iaculabantur, qua peste multi  
 nostrorum temerè subeuntes afflati transfixiq; sunt. Iam calonum multitudi-  
 nem ingentem Princeps submiserat, & plærosq; omnium ordinū milites, qui  
 aggeres refoderent, conuellerentq; futurumq; sperabatur, ut opere perfectio,  
 reuulsoq; omni genere machinationis aggere, aquæ quæ ingenti progressu,  
 terræq; aggrestitis tumulus interseptis specubus, fossisq; continebantur, re-  
 pente effluerent, ac ceu emissario patefacto dilaberentur: qua ex re exhaustis  
 fossis, militi ad urbem per murorum stragem peteret aditus. Iamque proces-  
 serat opus, cum magna moram ac difficultatem eam rem habituram Guysius  
 animaduertit, quod haud dubiè in longum dictum iri appareret. Itaque proces-  
 consilij obliuiscendum ratus, longè aliam oppugnationis sibi rationem  
 ineundam proponit, magisq; uim (quod omnis spes in armis & audacia  
 erat) quam opperibus oppugnare institit. Itaque tormentorū uestigio sub  
 uectionibus

uectionibus imperatis, & muros circumuectus, atq; eminus contemplatus omnia quæ noscenda erant, arci quæ ponte urbi iungitur, triginta ænea tormentis præcipue magnitudinis quam proximè fieri potuit imperat admoueri: simulq; qualis mœnia aggressus, tantam fulminum, pilarum, globorū, grandinem in arcem profusum, ut paucis horis, mœnibus late prostratis, aditum suis in arcem patefecerit. Ita incredibili celeritate, omnibus ad irruptionem cōparatis, corpora milites curare, armaq; expedire iubet, dum se æstus in maris alueū contraheret, quod occasionem bene gerendæ rei amittendam non esse omnes conclamarent, & ut quàm minimum ipatq; ad se colligendos hostibus daretur. Dilapso itaq; maris æstu anteqam iustus ex alto se incitauisset (quod bis semper accidit horarum duo decimo interuallo.) Gramontium, Strossiumq; mittit, cum delectis peditum loricorum cohortibus, ad muros ruina prostratos tentandæ in arcem irruptionis causa. Ii per fossas transgressi, & pectoribus inquis extantes, grauiq; armatu in muros connixi, ad pugnam accinguntur. Antequæ spargere, missiles ignes in pestem nostrorum parare, tormenta omne genus in ipso aditu disponere, quibus iruentes Francos exciperent. Atque ita magis utrinq; animis initum certamen, dubiamq; diu pugnam Angli sustinuerunt ora facibus, flammisq; uariè composito igne missilibus, fumus, uapor, caligo, adeo densam excitauit nebulam, ut ad quæ quisque signa consisteret, ignoraretur. Angli furentes desperatione ac rabie, plurimum stragis, cædisq; edebant. At Franci, qui nisi expugnarent, pro uictis discessuri erant, redintegrato impetu prælium restituerunt: ac uesana propè insania in ferrum nullo mortis metu ruebant: atque eo magis, quod in Principum conspectu res gerebatur, qui uirtutis cuiusque atque ignauia testes aderant. Exitus tandem fuerit, ut magna cæde hostes alij in mortem sopiti, alij afflati conscili que sint. Ceteri loco moti, fœdeq; in fugam dissipati, captam nostris arcem relinquunt, seq; in urbem, uelut ruentis cœli turbine consternati, subducunt. Expugnata arce, & præsidio strage fugæ que oppresso, uenit Princeps loco abscedi, & ut illic milites more caltrensi uigilias agerent edixit. Ceterum suspicatus id quod usu uenit, hostem sibi conscium quàm graue scelus designasset, quod arce excessit, in prælium, quando reciprocans æstus refluxum annem inflasset, descensurum, quò nostri ui aquarum circumsepti, à reliquo exercitu intercluderentur, ac pauci à multis opprimerentur: cui rei princeps consilio occurrit. Nam Albimalum, Marchionemq; Helbouij fratres, fortissimos uiros, ueluti fidei suæ obsoles, ac mutua erga milites amicitia pignora in arce relinquit: ut icirent se non Anglico furori obiectos, sed auxilium in tempore adfuturum, modò paucarum horarum congressum sustinerent. Porro cum recurrentem æstum undiq; lacunæ fossæq; excepissent, Angli ad furorem reuoluti (sicut Princeps futurum præuiderat) ac suæ ignauia pertæsi, cum robore præsidij rursus in arcem irruunt, atq; atrocissimum prælium cum nostris committunt, qui magna fiducia, patentibus foribus, hostem pugna excipiunt: quando ambitio ad pericula exarserat, ubi magna contentio incruduerat, utri primi se hosti obijcerent, nec propugnantium, nec irrupere eminentium ardor remittebatur, utrinq; uulnerum obliuione, mortisq; contemptu. Atq; hinc rursus in urbem ferro redacti hostes, tormentis ad pontis caput aduectis, in nostros denotabant, globisq; tormento emicantibus portam arcis conuerberant, magna militum nostrorū clade, qui uelut iniecta rabi pericula subeuntes, omnem procellam in Anglum effundebat. Tandem magna suorum iactura in urbem hostes compulsi, toribus obstructis arce excluduntur. Ad postremum omnibus uel ui, uel metu edomitis, nostrorum deinceps conatib. ex urbe contraiuit

nemo;



nemo, nec amplius quisquam pugnandi causa restitit. Postquam hostium irā re sedere, tum quantus nullus ante terror Itienses inuasit: nec deinde animus illis, mens ue, aut consilium suppetebat: atq; hic labere animi cœpere. Deinde uicti malis presentibus, ueritū ne in corpora sua sæuiretur, neu uic captis, nulla apud uictorem uenia esset, ciues aliquot primi nominis (ut sunt res calamitose) in castra legatos ire iubent, qui de deditioe cum Principe agerent. Poterat illorum amentia atq; peruicacia cruento in illos exemplo sanciri. Verum Princeps, quem naturæ lenitas, & magnitudo animi, placabilem maximè faciebat, memor rerum humanarum, ut fortunæ suæ moderabatur, ita nec alienam urgere in animum inducebat: nec minus aduersantibus asperū, quàm supplicibus facilem se præbuit, quod & illum misericordia innocuæ infelicisq; multitudinis ceperat, qui in omnibus maiora clemētiæ benignitatisq; quàm crudelitatis & impotentiae exempla reliquisset. Tandem in conditiones descensum, pactumq; ne quid hostile Itienses paterentur: omnes ad unū urbe excederent: neq; deinceps agerentur desiderio ueteris patriæ, cæteris uelut uilibus capitibus omisis, quinquaginta tantū in custodiam coniecti, donec pro salute suā, quàm plurimū quisq; auri posset pēderet. Cæteris se quō uisum commodumq; foret, reciperent, prosequentibus illos præsidijs Gallicis, quoad tutum esset. Angli, quibus Franci Regis maiestas iam & antè propè uilis fuerat, cuius conditiones essent, tandem sentientes, ingemuerunt sortis suæ, & complorantes in utili lamentatione fortunam gentis, biduo urbe populariter excesserunt, rem laremq; familiarem æternum ualere iubentes. Atque ita miserabili agmine alij alio dilapsi sunt. Nec dubium erat, si in urbe relicti forent, ad consuetum imperium breui se auersuros fuisse. Nam noua sobole tot iam seculis aucti, eodem semper animo in nos erant, quo qui Londini, aut Cantabrigiæ nascuntur. Fæta erat eos qui se in Angliam contulissent, à suis iurgio exceptos, maleq; multatos fuisse quosdam etiam in carcerem ad supplicium raptos. Annus agebatur decimus supra ducentessimum, ex quo infelicibus auspicijs à Francis olim Itio demigratum fuerat, & ex eo id oppidum tot circumuallatum munitionibus, hæctenus sollicitam Franciam habuerat: non minus Anglis Francos Gallia Gallia propè concurrens, modico dirimenti freto, paratam Itij descensionem, tutamq; nauibus stationem haberet. Profligato ad Cresciacum ualeio, Caletis fame domitis, oppidum (undecimum iam mensem tanto assidens) in potestatem Anglorum concessit. His nostris diebus, Inuictissimus Dux Guysius, septimo die quàm Itium uenit, uiribus atq; armis expugnauit: totamq; eam regionem uic temporum occupatā, paucissimis omnino diebus recepit Guynas oppidum munitissimum magna contentione, magnaq; hostium clade impetu expugnauit, Itio tamen munitionibus nequaquam comparandum. Capta ea circum regione gratulatio facta: præda, quantam non ante ulla urbium expugnatione partam meminimus, inuenta: ea militi concessa, non tam ab ira & odio, quàm ut fructum uictoriae, tot exhaustis laboribus, idq; diuerso anni tempore sentiret. Recepto Itio, & Oromanfacorum regione, tota Gallia gaudium ingens nuntiatur: quod adeò præter spem accipit, uix ut compotes mētium præ gaudio essent. Et primò quidem id auribus eò magis, quàm animis accipiebatur, quò expugnabile minus humanis esse uiribus Itium audiebatur: donec Principum literis allatū est, pudorem flagitij Viromanacæ cladis abolitū, Itio armis recepto, uiribus oppressos Anglos, marisq; possessione pullos, frenata maris claustra, Francorum uirtute in petrupisse, petre gisseq; omnia in unum deinceps corpus Franciam coisse iam finem laborum futurū. Accepto nuntio Rex pia erga Deum beneficiæ recordatione, in preces uersus, publicè habendas numini gratias decreuit gnarus plus fauorem superum

perim, quam uirtutē artemq; ducum in bellis ualere, & diuini muneris uicto-  
 rias esse. Tum Guysium Principem omnes in cœlum ferre, qui pro Reipubli-  
 cæ, & Gallia in omne æuum securitate, res humanis maiores confecisset: sceli-  
 cemq; tantæ expeditionis euentu, cuius fortitudinem cum uirtute certantem,  
 necessitatem quandam ineluctabilem deuicisse ferebant. Alij à numine relatâ  
 Regi gratiam afferbant, quod sacrae sedis uindictam egisset, tantiq; superis ui-  
 sam Francorum pietatem, ut pro præstita opera ingens præmiū reponeret.  
 Hac uita translatum olim è Thracia in Gallias imperium. Nemini autē obscu-  
 rum esse potest, rem Frâcicam numini hoc tempore curâ fuisse: quod nullum  
 prauæ heresis monstrum genuerit, nullos peregrinos ritus amiserit, nihil de sa-  
 cris unquam dimouerit, omniaq; post pietatem ponenda semper duxerit, nec  
 unquam impedimento fuerit, quò minus religioni suus tenor, suaq; obserua-  
 tio redderetur: meminerit etiam rebus aduersis, ac premēte nos mundi  
 infesti panoplia, nec ulla spe humani subsidij affulgente,  
 clamandum ad Dominum, non ad  
 mundi præsidia.

F I N I S.

**V A R I A D O C T I S -**  
**S I M O R V M V I R O R V M G A L L I Æ**  
 poemata de capto Caeto.

**A D R I A N I T O R N E B I D E P R O V E N T V**  
 P O E T A R V M C A L I S I O C A P T O .

**C**alissum quidni possis Heliconâ uocare?  
 Quo capto uatū est tātus in urbe chorus?  
 Que modo uix tacitis mussabant tecta susurris.  
 Vndiq; cigno carmine pulsa sonant.  
 Ipse loqui possum qui uix sermone soluto,  
 En conor certis nectere uerba modis.

Si natura negat, facit exultatio uersum:  
 Pesq; sua nobis sponte sub ora subit.  
 Corūc Poeta canes, fiesq; poëtria pica,  
 Altera, si laudem laurus honora ferat.  
 Hoc meritum est, Errice tuum, tua laurea linguam  
 Erudit, et uersus docta magistra uenit.



**P A N E G Y R I S D E C A L I S I O C A P T O .**  
 Virtus inoffense uite cum ducitur  
 ordo,  
 Nec titubata tenor constans uestigia  
 ponit,

Conatu connixa, ferox assurgeret omnes  
 Protinus in uires, armisq; ut frangeret hostem.  
 Vidimus infando percussis uulnere Francis,  
 Dissimulare metum proceres, et fingere nullum  
 Non potuisse, suo signare sed ore pauorem.  
 Consternata uijs totis diffisa saluti  
 Agmina communi, conspeximus urbe migrare.  
 Iustitio indicto puteal sanctumq; tribunal  
 Vidimus orbatum turba caruisse togata.  
 Adventare hostes, lituosq; sonare canebat  
 Indulgens falsi tanto in discrimine rumor.  
 Aspera quis uerum non ultra finxit: et illis  
 Prona fides ultra solitum fuit: auctore habere  
 Is uerus meruit, quisquis teterrima dixit.  
 His tua non delecta gradu, Rex Maxime, uirtus  
 Inconculsa locum tenuit, seq; omnia contra  
 Intulit obnoxio animis et pectore firmo.  
 Hosti tunc acies intus, tunc bella coquebas:

Aduersis nec leta labāt, rubigine uirtus  
 Obduci solet, atq; situ squalente notari,  
 Perpetuis torpere bonis et hebescere facta  
 Ast ubi letorum seriem transuersa repente  
 Interrumpit atrox seuo fortuna tumultu,  
 Se uirtus animosa mouet, segnemq; ueternum  
 Excutit, et terso tandem splendere nitore  
 Incipit, et uera sese ostentare figura:  
 Exiit et senium uiridem reparatq; inuentam:  
 Anguis uti primo posuit qui uere senectam:  
 Insultusq; graues euincit sortis iniquæ.  
 Ista sub inuictio latitat qua pectore uirtus  
 Bellipotens Errice tuo, quo clarior esset,  
 Elicienda fuit damnis, ut saucia toto

Argentesq;

Ingent: sç; iræ tua tum præcordia flammæ  
 Intus anhelabant, maioraq; cœpta parabant:  
 Lætitiamq; breuem diuturna; damna mouebas  
 Hostibus. Annus abijt funesta strage cruentus:  
 Aequior at proprijs aperit tibi tempora fastis  
 Ianus, & in uotum clades conuertit acerbas.  
 Crimen & inuidiam, meliori deesse, putauit:  
 Nec cœptis fauisse tuis, fouisseq; partes,  
 Dum nihil infractum bella instaurare tuetur.  
 In longum nec spem mittit, nec pendula torquet  
 Corda mora: matura tibi sed sistit opima  
 Præmia, quæ cupijt primis conferre calendis:  
 Nec fecisse piget, meritum, nec luce dedisse,  
 Romuleos trabæ solitæ qua tollere fasces.  
 Attamen ipsius pars anni ut nulla uacaret,  
 Occupat auspicijs ipsis ut inauguret eius  
 Prima rudimenta, atq; ut Francæ consecret aule:  
 Oceani segnes è gurgite purus Eoo  
 Extulit annos equos brumali sydere uernus,  
 Et sudum ostendens alieno mense sorenium.  
 Prædierant pigris hybernis agmina tota,  
 Crispâq; per patulas undabant signa nouales:  
 Clara dies hilarat penitus mauortia corda.  
 Imbuat ut miles nascentis protinus anni  
 Primitias uirtute paratitua Visus ausa  
 Concipit, Errice, & tua sortia iussa capepsit  
 Atq; agmen rapit, ut quid proxima spondeat æstas,  
 Tum proleat hyems, spemq; hostib. auferat omnè,  
 Indicatq; metum, diroq; sub omine mergat.  
 Est locus extremis quæ sunt confinia terris  
 Picardi & Flandri, Thetys quæ reflua ponti  
 Ambiguus uel inundat aquis, inundat arenas:  
 Et controuerso toties quæ limite cedit,  
 Vindicat alternis, seq; in sua iura reponit:  
 Calisium haud prisceis notum dixere minores.  
 Hic angusta freti dirimunt discrimina Belgas,  
 Anglorumq; latus, medijs quæ diuidit oras  
 Interfusus aquis pontus, compendia nautis  
 Traiectus monstrat breuis, & commercia mundi  
 Citro ultro iungit, strictas & plurima fauces  
 Mercibus Hesperijs onerata carina pererrat.  
 Terreus hic olim campus, dum præpete cursu  
 Iccius aduersæ transmittit carbasa terræ  
 Portus, & ad reduces exporrigit ora faselos:  
 Dumq; sinu Gessoriacum penetrare reducto  
 Longius, immissum penitus salis alluit æquor:  
 Nunc caua caruleo quæ gurgite sepe tenebat  
 Pinus iter, sulcos infundit durus arator,  
 Exercetq; solum, glauces regnatq; diuis  
 Possidet arua Ceres, campi quæq; antè natabant,  
 Turrita Audomarum muri cinxere corona.  
 Calisij sedem post optauere coloni,

Et legere locum laribus: tum paupere cultu,  
 Et temere extractis, rudibusq; mapalibus illum  
 Insedere, casisq; & agresti culmine uicum.  
 Anglos dein ueritus pinnis atq; aggere firmat  
 Francus, & æquoreo uoluit considerare clausuro.  
 Proh pudor, obscenum posthæc incesta maritum  
 Vxor Aquitanis dotalibus inuehit aruis,  
 Et te Pisto dicat, propriumq; adiudicat Anglos  
 Colliditq; domos, iurataq; bella quietis  
 Inspirat populis, regum communis Erinnyis.  
 Non sic tartareis Alecto emissa cauernis,  
 Armaret gentes odijs & bella ciceret.  
 Anglum etiam prociua mouet Normania: namq;  
 Eiectum grauitè Franci se uindictis armis  
 Patroniq; dolet: potiore in iactat iniquo  
 Assertore pium tam longa sanguinis esse  
 Heredem serie, repetitq; à stemmate iura.  
 Ille etiam Francæ cupit aspirare tiaræ:  
 Testaturq; genus maternum, humanaq; iura  
 Pollutam queriturq; fidem, legemq; tuetur  
 Francus, lanificis quæ dextris regia sceptra  
 Abnegat, & molli uetat elanguescere sexu.  
 Calisium hinc longa capit obsidione, suoq;  
 Fertilis uber agri Normana noualia Saxo  
 Adijcit imperio: solio tunc imminet ultro:  
 Et coniurato Burgundi Marte iuuatur,  
 Burgundi, qui patricia tum cæde cruentus,  
 Proditor ad feros commissa lueda nepotes  
 Transtulit, & cæde hac & prodicione profanus;  
 Carolus ut tantam uidet impendere ruinam,  
 Has disiungit opes, Burgundaq; fœdera sancit.  
 Virginis hinc Anglos ductu (mirabile dictu)  
 Normani depellit ouans & Vafconis agro.  
 Hæsit in extrema celebris uictoria meta,  
 Calisium tentare timet. Tu causa timoris  
 Anglæ, quod undenos sese repararat in orbem  
 Luna prius, posses illa quam sede potiri.  
 Cinxerat & uallo Burgundus & aggere frustra  
 Ista Errice tibi prouincia dura, relicta est.  
 Hanc tamen hyberni cum pulsant æquora cauri,  
 (Auspice temperies, sed numine uerna refulsit)  
 Cum nemorosa feras uulso tergoe produunt  
 Frigoribus sua lustra, mari dum nauita cedit,  
 Rura gelu dum claudit hyems, dum segnis arator,  
 Omnia naturæ dum fœdere bella quiescunt,  
 Luce urbem docima recipis felicibus armis,  
 Quam uix undecimo mense expugnauerat hostis:  
 Luciferos nec tot numerat tua laurea felix,  
 Hostica quot lunas prior imputat: & tamen illum  
 Munierat natura locum, manus arte Cyclopus  
 Obuallarat, & à terris abstraxerat æquor  
 Immissum feruente lacu: sed aluceus à sinu illa, bente

Habentem maris, pleno se gurgite tollit.  
 Qualiter Euboicis exundat litus in oris,  
 Cum tumet Euripus reuocatis concidus undis:  
 Cumq; annus rapidi sentit monumenta leonis,  
 Nilus ut aestiua se mole superijcit aruis.  
 Censeres terris Neptuni auulsa tridente,  
 Ceruleis transmissa uadis fundamina cingi,  
 Urbem telluri limes nisi iungeret arctus.  
 Hunc scopulum quis quæso capi sponsore putaret  
 Posse Deo: certusq; fidē quis nam arctor haberet?  
 Expugnare duces tibi, quorum nota Gradiui  
 Militia est uirtus, Errice necesse, priusquam  
 Urbem oppugnare, multis fuit usq; diebus.  
 Tendebant contra, quodq; haud promitteret ætas,  
 Credere nolebant hyemis glacialibus auris,  
 Quæ fouent obfessor, obfessoresq; fatigat.  
 Casareis fortuna fauens conatibus, urbis  
 Mediomatricum deprensa est moenibus, ac se  
 Inelementi hyemis tum tempestate repulsam  
 Indulgere suo nequicquam sensit alumio.  
 Ille suas afflixit opes, dum prouocat amens  
 Concretam glaciem nubosq; niuesq; lacepsit.  
 Is sapit hostili quem facta pericula damno  
 Erudunt, Erricis ad hæc, se fidere ceptis,  
 Augurioq; animi quodam se impellier inquit.  
 Degenerem se scire hostem, quem effoeminet illa,  
 Quæ regitur male fortis anus, tristisq; Megera,  
 Supplicijs quæ seua suos immanibus olim  
 Fregit, & ingentia quod erat uirtutis ademit.  
 Summasq; decussit tondente papauera ferro:  
 Exilijs uel dira solum mutare coëgit,  
 Fœmine & reliquum quod sese emancipet aule,  
 Vultus iners, uilesq; anime, cadidq; paratæ,  
 Ceu pecudes, conferre manum & pugnare perosa,  
 Quos proauu uicere mei ductrice puella,  
 Hos ego rugosa uetula regnante timerem?  
 Ille Synæcio pensisq; assuetus Iberus,  
 Delicij qui totus hebet, luxuq; liquescit,  
 Faxo sua mihi cum Cleopatra Antonius amens  
 Expendat pœnas, & supplex arma recondat  
 Ille leui afflatu fortunæ, credo, beatum  
 Se putat esse, tamen sit ei uictoria saxo,  
 Non minus ac coniux sterilis, quo pendat eadem  
 Coniugium & palmam trutinæ, nec speret utrimq;  
 Carolus asseruit qui uicto Saxone Francum,  
 Saxona Burgundumq; iugo disiunxit amico:  
 At me raptâ iuuant geminato ex hoste trophæat  
 Coniunxisse placet, semel ut defungier uno  
 Marte mihi, & gemino liceat clarere triumpho.  
 Frigore nec moueor: medijs aquilonibus alpes  
 Gentibus innumeris stipatus & agmine Pœnus  
 Annibal immenso, superauit, & obuia rupit.

Tunc passa est natura iugum, celsosq; mimantes  
 Cælo submitit scopulos, & iura recepit:  
 Atq; infessa hominum statione cacumina uidit  
 Ardua, pennigeris uolucrum uix peruia seclis.  
 Quem populum terris imponere fata parabant  
 Concussit labor ille ducis, populiq; ferocis  
 Pulsa loco est uirtus, stratiq; cadauere campi.  
 Lydia Achaemenio sunt subdita regna tyranno,  
 Frigoribus dum seuit hyems, non ipse serenos  
 Alcyonum despero dies, quibus æquora mulcet  
 Iuppiter, egeido cælumq; tepore relaxat.  
 Nec nostros prohibere leue ac reparabile damnum  
 Successus ualet: offenso illi quippe tenore  
 Fortius insurgent maiori mole cohorti:  
 Annis uti rapido qui creuit plurimus imbrī,  
 Obice sistit iter, mox eluctatur, inertes  
 Perrumpitq; moras, secumq; in prona uolutat,  
 Quicquid obest uictor, cursuq; citatior exit.  
 Acrior est uirtus, quam suscitât ira dolorq;  
 Irritata uenit, quæ morfu saucia damni  
 Angitur, & quærit collectis uiribus hostem. (glus)  
 Quare agite, & raptō, potitur quo perfidus Ang  
 Ceu spoliūmq; ostentat, & hac ceu uindice gleba,  
 Mancipij esse sui contendit Francica sceptrā,  
 Vos hostem spoliare duces, actosq; profundo  
 Reddite iam toto diuisos orbe Britannos.  
 Maxime Francigenūm cœlestia, Visius inquit,  
 Cuius in arbitrio sunt lilia, terror Iberi,  
 Saxonis horror, amor patriæ, cui cedit iniquæ  
 Sortis acerbam manus, se purgabitq; nocentem  
 Quod tua deserit, diuersaq; castra secuta est.  
 En ego, quæ mandas, præsto sum ut iussa capeffam:  
 Auspice te diuosq; tuos mihi dante secundos,  
 Aspera militia haud fuerit, non si agmine celsas  
 Ipse remetiri cogis brumalibus Alpes  
 Frigoribus, trepidamq; armis obsidere rursus  
 Italiam: si regna iubes in Daunia bellum,  
 Seruiet hæc deuota manus: felicibus armis  
 Quæ sceptris adiuncta tuis regna illa dedisset:  
 Ni temerata fides illic, pollutaq; turpi  
 Fœdera sancta forent caupona, et perfidus hospes,  
 Aequato uelut ancipites examine lances,  
 Inclinasses eam in partem, propensius unde  
 Auri pondus erat, nam dum serit ille morarum  
 Innectitq; dolos, dumq; insidiosa susurrat  
 Disidij commenta, fidem & disiungit amicam,  
 Inspiratq; odium, & socialia distrahit arma.  
 De manibus fortuna meis elapsa recessit.  
 Nec tamen interea campo se comminus hostis  
 Opposuit, claususq; suis in moenibus hæsit:  
 Degeneres ueluti fouere cubilia siluis  
 Et latuere feræ. Nunc quæ mihi præcipis, illa

Exequar, extorrem trans & mare Saxona mittam:  
 Victorem & te Calisio præstabo recepto.  
 Tēpus erat, quo bruma rigēs graue frigus anhelat,  
 Threiciusq; solum Boreas atq; asperat undas,  
 Et quo constrictis durefcunt flumina crustis,  
 Calcanturq; rotis, insultantur pedum ni,  
 Congerie quo ligna focis coniecta cremantur,  
 Et uix horrentem defendimus aëra tectis:  
 Sed simul ac campis crispi fulsere dracones,  
 Et legio egressa est, quæ milite cingeret urbem:  
 Ipsa repens desauit hyems, frigusq; remittit,  
 Vernaq; temperies non sueto sordere ridet.  
 Ille sator rerum reducem qui temperat annum,  
 Qui nouat æstates, reuocat qui uerna serena  
 Qui rigidas hyemes, autumnum quiq; nocentem  
 Certa lege refert, mutauit fœdera rerum,  
 Atq; uices, properata tibi qui uerna reduxit  
 Tempora, & ante diem brumalia frigora soluit.  
 Hunc cæptis fauisse tuis non ulla fuisse  
 Aestatis tam certa fides, nec signa dedisset  
 Tam manifesta tuis, rigidas ac quando pruinas  
 Corpore semifero semper Capricornus anhelans,  
 Lenior incubuit terris, aurasq; niuales  
 Discussit, lætumq; afflauit ueris honorem.  
 Augurijs alijs quid opus præsentia diuim  
 Quænam alia explorare cupis mage fida fauētum?  
 An defixa polo solis rota clara, diemq;  
 Longius extendens, stantesq; experta iugales,  
 Certius affirmet rex numina rebus adesse  
 Fausta tuis horrenda gelu tibi bruma remisso  
 Ecce tepet, sternitq; tuæ placida æquora classi:  
 Et uenit ad partes ultro, inuitatq; morantes:  
 Frigora dedidit, tempestatesq; remouit.  
 Non tam præsentis potuisses noscere diuos,  
 Commoda legisses si tempora: militat æther  
 Auspicijs, Errice, tuis, mundi; sequuntur  
 Ipsa elementa deos, & coniuuata fauorem  
 Commodat insolito moles operosa sereno.  
 Hæc animos hosti frangunt: tibi cernit amicos,  
 Quos timet aduersos diuos: & sperat iniquos,  
 Quos æquos uidet esse tibi: præiudicat annum  
 In reliquum tam mitis hyems decurrere uotis  
 Tempora grata tuis siquid tentauerit hostis,  
 Obruet aut pelago naues nimbus Orion,  
 Aut hærebit iners legio pluuiialibus hædis:  
 Signa mouere loco nec erit, nec uellere plantam:  
 Aenea uoluenti, nec agetur machina curru.  
 At legio pugnam, cæli defessa procella  
 Si tentet, tibi terga dabit cædenda, neciq;  
 Marte tuo data sternet agros, & clade notabit  
 Profligata locum, serisq; nepotibus edet.  
 Visus, ut iusti, crebris stationibus urbem

Obsidet, Euripi quâq; unda reciproca cingit  
 Arcem, tormentis murisq; atq; aggere firmam,  
 Verbere crebra quatit: tum rauca tonitrua uicit  
 Murales torquens immani pondere glandes  
 Machina: fulminea non sic se lam pade uocore  
 Salmonæus iactauit ouans, talemq; frangorem  
 Non dedit, ethereos quando affeclauit honores.  
 Illicet ingenti muri pauere ruina.  
 Corripiunt aditum duo mox fortissima belli  
 Robora, restantem cupidi expugnare cohortem.  
 Strozius Aumalusq;, loco mox pellitur Anglus,  
 Cedit & arce: manu qui si contenderet hilum,  
 Mox maris illapsus uel nostros mergeret æstus:  
 Aut interceptos diuisosq; obice ponti,  
 Hosti maclandos miseranda morte dedisset.  
 Temporis hoc de te breue decernebat & hoste  
 Momentum: articulo hoc uictor uictusq; dabatur.  
 Propugnasset enim aduersa pro parte tunc scens  
 Pontus, & euerse labem sarcire ruina  
 Impressa fossa licuisset & aggere iacto:  
 Spes & adempta foret potiunde funditus urbis,  
 Si qua animo uirtus Anglo roburq; fuisset.  
 Horæ sextantem qui si durasset in hostem,  
 Vicerat: aduersum sed enim duo fulmina Martis  
 Strozius Aumalusq;, loco pepulere feroces,  
 Arceq; præcipitem exturbant, funduntq; fugantq;  
 Postmodò flagitij tanti, sed poenitet Anglum,  
 Præsidiumq;, animis pelagi feruore receptis,  
 Distractum medijs interlabentibus undis  
 A castris, tentare parat, pugnamq; laceffit.  
 Merferat Oceano rutilum nox humida solem:  
 Sublustri sed clara polo Diana micabat:  
 Illa acies seui mutata sorte pericli,  
 Sublimi è specula cœli concurrere cernit:  
 Qualis Olympiaca sedet olim in gymnade iudex,  
 Solennes referunt sacra cum quinquennia ludos:  
 Qui prius obsessi fuerant, obfidere certant.  
 Sed potior Francus quæ sita laude locoq;  
 Anglus at inferior concessa laude locoq;:  
 Saxone franci animos attollit adorea pulso:  
 Attamen irritant nihilominus acriter Anglum  
 Natiq;, uxoresq;, laresq;, aræq;, fociq;  
 Atq; abolere parat deserte dedecus arcis.  
 Illam multa uiri per noctem sortita miscens  
 Vulnera tormentis uolucris pila nulla quiescit,  
 Non ualidis excussa toris letalis arundo,  
 Liuida tartareo non glans explosa boatu,  
 Non tela aut ignes cessant, non mucro cornuscus,  
 Plura refers tamen Angle loco congressus iniquo  
 Vulnera, Francorumq; tui sub Marte manipuli  
 Multa cæde cadunt, uultumq; auertis ab hoste.  
 Interea prodit tenebris aurora fugatis,  
 Albescitq;

Albescens dies, refugusq; relabatur aestus.  
 Tum uero haud dextra Saxo defendere fissus,  
 Urbem, uelatis manibus, modo uiuere pactus,  
 Omnia vixtade diuina huminaq; dedit.  
 Regna ut captam mox nuntius attulit urbem,  
 Regalem laceravit amictum, & pectora planxit,  
 Perdita, damnauitq; diem, uesciq; negauit,  
 Et coetum auersata hominum penetrals petiuit  
 Multa gemens, diro peregrinas omine thadas  
 Exorans, pepigit quas nobilitatis iniquis  
 Insuperq; animis plebis, tum perfida misso  
 turatum uiolasse doleas interprete belli  
 Focis, & Hispanis interuenisse periculis.  
 Hic furis male sana uocat, quibus acta duellum  
 Inliciti uocat & Belloniam, Erebumq; chaosq;  
 Ingenti, miserum cupiens abrumpere uitam.  
 Tres illam perhibent secretam ex ordine lucas,  
 Et totidem noctes potu caruisse ciboq;  
 Ieiunis quarta uix faucibus admouet escas  
 Luce: quod at uita reliquum est exhauriat, optat  
 Nobilitas plebesq; & fontem deuouet Orco:  
 Quae rupto in faustum contraxit foedere bellum  
 Exterq; in ligens spretis connubia legit,  
 Regia ut Hispanis enuberet Anglica sceptris,  
 Contempta gente externo transcripta colono.  
 Saepius ista fremant: paulatim gliscere cruda  
 Seditio, & seuire animis ignobile uulgas,  
 Atq; gorbes glomerare, odijq; accendere causas,  
 Regibus & multis caesis gens illa cruenta,  
 Principis & superis consuevit morte litare,  
 Publica in exitium conuertens damna potentum:  
 Dedendam esse neci clamant, eiusq; piandam  
 lateritu cladem: hic quoru scelerata propinquos  
 Sustulerat, stimulos addunt, acuiuntq; furorem.  
 Dy facerent una caderent ut compare plaga,  
 Coniugio iuncti rex & regina sinistro:  
 Formeus ferrum cruor haud satis imbuet: ille  
 Accedat iugulus, quo foemina capta nocente est,  
 Ad bellumq; impulsat: caput luat illuo Iberi,  
 Quod parauit opus: Si non pote, foemina saltem  
 Calisto inferias funesto sanguine mittat.  
 Qui diuos, Errice, tibi pietate secundos  
 Tam meruisse potes, faciles ut uota quod ultra est  
 Donent? Calisum sat erat tibi Marte receptum:  
 Hoc cumulat meritum Angloru ciuilibus armis,  
 Et regine odio, Burgundum & foedere rupto  
 Exarant, prouum uinci minimeq; rebellem,  
 Consociet nisi castra, suo tueatur & auro  
 Anglus, qui socijs abscedet protinus armis.  
 Euentura loquor, firmabunt omnia diui.  
 Forté nouis ingens animo successibus Astur,  
 Brospora cui Letos tulerant aestiua triumphos,

Inferiora dijs ut non sentiret & ultro  
 Stellanti iaceret maledicta minacia caelo,  
 Ocia fallebat lusu, Francosq; proteruis  
 Vsq; iocis amens lacerabat, & usq; rogabat,  
 Nonne pruinosis gelidoq; sub aetheris axe  
 Hybernus positus algeret Francus? & eius  
 Stiria in impexis durefceret horrida barbis?  
 Quem uapor aestiuus dureq; offensus pugnae  
 Percal fecisset, glacies nonne ureret aequae?  
 Quinquam tum insolito uernabat sydere caelum.  
 Is simul ac captam, dum luderet, audiit urbem,  
 Perculsus stupuit, gelidusq; per ima cucurrit  
 Ossa tremor, steteruntq; comae & uox faucibus haesit.  
 Deim ad se ut redijt, discit ludicra, & agro  
 Pectore crebra gemens moestus suspiria duxit:  
 Et singultanti querulam uocem edidit ore.  
 Armis men? de positis deprensam & milite misso,  
 Improba destituis fortuna, atq; obijcis hosti?  
 Siccine de manibus nostris elapsa repente est  
 Laureae sic Francum nec belli incommoda frangunt,  
 Seu nec horrentis remorantur frigora brumae?  
 Meq; hycemq; pari traductos ille triumpho  
 Victor aget: non ex facili certamine laudem,  
 Non aequo petit ille iugo, qui tempora uictus,  
 Victoremq; parat communi clade notare:  
 Hisq; triumphatis memori se tradere fama,  
 Saxonibus quid dico? meae quid dico Britannae?  
 Quos ego composita felices ante quiete,  
 Inuitos placidam temerando rumpere pacem,  
 Iure profanato & diuum pietate coegi?  
 Ista manet merces illos, queis chara fuero  
 Commoda nostra magis, quam sanctu fasq; bonuq;  
 Relligio nostris quis uilior usibus? et quem  
 Inueniam posthac facili qui peieret auso,  
 Imputet atq; mihi uiolata pignora dextrae?  
 Iamiam perfidiae Parmensem poenitet actae,  
 Venit in Hesperiam si praepete fama uolatu,  
 Talia quae pernix momento remige penna,  
 Nuntiat aurora populis, solisq; cadentis  
 Qui Maura stridere globum nugantur in unda:  
 Nec paria euentis narrat, sed guttura mille  
 Soluit, & in maius damna omnia semper acerbat,  
 Etsi uix poterit lingua superare loquaci  
 Dedecum acceptum, & captae in fortuna sedis.  
 Haec pelago imponit frenos, haec cerula Nerei  
 Regia, ceratas cui fas parere carinas.  
 Imminet haec Flandro, in ceruice & faucibus urget,  
 Haec diti exuujs raptis ex hoste superba,  
 Primitijs delubra deum ditabit opimis,  
 Curuabitq; tholos, aedesq; relinquet inanes  
 Quaestori, & nostri miruet compendia fisci:  
 Auertetq; tuas lembis Antuerpia merces,  
 Praeda

Prædatrixq; diuidi dirimet commercia mundi:  
 Treicio ceu qui metatus littore sedem,  
 Angustum bouis accoluit de nomine pontum.  
 Huc & ab Hesperio qui sueti & cardine Eoo  
 Tendere nauigij: sistenti iter, atq; quiescet  
 Orbis opes solitus Flan dris portare cataplia.  
 Nec mihi consultum est exhausto sumptibus, unde  
 Pugnaces reparare manus ad prælia posim,  
 Venalesq; tuas Teuto conducere dextras.  
 Gens conducta meres aduersis hospita castris:  
 Quæq; gerunt alij pia, tu ciuilia bella  
 Sola facis, ferrumq; in ciuis uiscera condis:  
 Dumq; alijs uincis, tibi uinceris: atq; iuuentus,  
 Quæ melius sancta pro religione periret,  
 Lucro animâ impendit, pretioq; paciscitur hostem,  
 Testaturq; hominum nunquam se deesse furori,  
 Ausa pharetrato non comminus ire tyranno:  
 Virq; in Christicolas, in Turcam foemina pugnat.  
 Hec ille immani consumptus corda dolore:  
 At parte ex alia, festis gaudere choreis  
 Francorum populus, uittis innectere diuos,  
 Et celebrare deum delubra, & limina fronde  
 Spargere, & in cunctis ignes accendere uicis:  
 Lætitiamq; agitare epulis cantuq; iocoq;  
 Tum de te uisi quis non est grata locutus?  
 Burgundum quoties equitem memorare iuuabat,  
 Præcipiti dare terga fuga turmalibus alis  
 Antè coëgisses: Metis sub moenibus utq;  
 Ipse triumphalem fregisses Cæsaris axem.  
 Tu formidatum mundo, uinciq; negatum  
 Posse caput primus superas: Tu frangis equestres  
 Victor Scopolorum cuneos ad Rentia castra:  
 Te Belgæ timuere truces, te fortis Iberus:  
 Te prope Cæsarea fugit statione relicta  
 Carolus, ut trëpidus uidit nutare cohortes.  
 Tu quoq; in Hesperiam magnâ nor agmine magno  
 Per medios hostes penetras, & salua reportas  
 Signa domum, iusto luctatus cum hoste, tuiq;  
 Cum capitis sectore, fidem qui prodidit auro  
 Perfidus, & socium nudauit milite pacto.  
 Nunc etiam extrema restantem in calce Britannum  
 Littorei Belgæ, maiorumq; ora notantem,  
 Stigmaq; inurentè, atq; ut compede regna prementè  
 Gallica, dux ui Num trans æquora glauca remittis,  
 Impingisq; uadis patriæ, nunc naufragus Anglus  
 Eiectusq; miserq; suæ est illisus arenæ.  
 Qui iusti à nobis aberit discrimine ponti.  
 Præclare fines uisi regis arbiter æquus.  
 Sæpius hæc iterant, satias nec carminis ulla.  
 Nec fratrem, cui purpureo uelata galero  
 Tempora, prætereunt hilares, patriamq; beatam  
 Esse pari fratrum celebrant, quorum arma tubasq;

Alter obit, uictor patriæ decus atq; reparata  
 Consilij usq; toge præstantior alter  
 Errici reuelat curas, & corde capaci  
 Sufficit & musis, & rerum sustinet actus,  
 Partitumq; uigil tempus dispensat utrisq;:  
 Squallida Barbarico nec secula nostra ueterno  
 Esse finit, castas nec mendicare Camœnas.  
 Uisus hinc pergit, raptosq; citatius omni  
 Agmine, turritas ingenti mole Vmarum  
 Arces circumdat pluteis, & uerberè multo  
 Tormentorum, apices pinnasq; & moenia pessum  
 Dejicit, aggestumq; solo mox æquat aceruum,  
 Iunctus erat muro qui terreus, hinc tuba cantu  
 Signa dat, atq; acrem ciet ad certamina pubem.  
 Primus ibi ante omnes iuuenum comitante caterua  
 Infers, Andellote, gradum, atq; inuadis in hostem:  
 Et comes accedit Memorantius inclitus, ambo  
 Felices, si non desideret iste parentem,  
 Tu fratrem, indignos duri quos alea Martis  
 Importuna sero capiuos traderet hosti.  
 Hos rapidus Rhodanus, uitreis hos Sequana limphis,  
 Hos Liquidus Ligeris, fletunt hos marmora ponti.  
 Mox ruit his ducibus tanto impete seruida pubes,  
 Quantum Hyperboreis Aquilo prolapsus ab antris,  
 Incumbit pelago, campisq; natantibus instat,  
 Et possessa alijs sibi uindicat æquora uentis:  
 Quæq; dedit sonitum, maria inclinata propellit.  
 Non hostes sufferre ualent, metui efferus, ensis  
 Saxonaq; Hispanumq; truceq; ad barbara Belgæ  
 Sternitur omnis humus, cereali ut mergite posim  
 Stratus ager, frugum expositus per rura maniplis.  
 Vnus uix tanto è numero tu, Græcæ superstes.  
 Seruatum lucro quàm casum impendere sero  
 Maluit, & prædam quàm miles in sine cadauer  
 Optauit potius: tu saluus uindice nummo.  
 Ista bifrons expensa tulit tibi munera Ianus,  
 Atq; tuis annum ceptis, Errice, sacrauit,  
 Qui te tam large donauit pignore strenæ.  
 Successus urgere tuos & adesse fauori  
 Coelicolum sis quæso memor: nunc hostis inermis  
 Militibus caret & nummis: o: currere diuis  
 Quid lentus cessas fau oribus? anne relinques,  
 Quos faustos precibus uotis & emacibus ante  
 Optâsses, fibra & pecudum censuq; mereri?  
 Esse duces capiunt, comes hos ut possibus æquit  
 Ipse sequare, uide, tibi si, dum seua procella  
 In regnis grassata tuas euertet urbes,  
 Hanc aliquis diuum certò promitteret horam.  
 Credere uix posses: sed si tamen illa ueniret,  
 Hostis perniciem turares, contigit illa:  
 Inijcienda manus, ne mox præteruolet, hostis  
 Ille tuus ducit dum segnia tempora uictor,

# De capto Calecto.

1967

Se nunci sensit, lapsasq; resurgere partes.  
 Funestæ Latio mandrant sanguine Cannæ,  
 Et Pæni modios cumulauerat annulus auro:  
 Dum tamen ille sedet, dum cunctaturq; uocanti  
 Fortune præsto esse comes, Romamq; iacentem  
 Respirare sinit, diuim irrita munera sensit.  
 Nam uelut execto collo numerosior hydra,  
 Multiplicata suis damnis, uiolentior hostem  
 Creuit in aucter sum, decus illi & frondis honore  
 Eripuit, uictrixq; dijs solennia soluit.  
 Imperium est mundi iuuenis Pellæus adeptus,  
 Dum uictis instat, dumq; omni à parte timetur:  
 Creditur & tergis hævere fugacibus, & lum  
 Hostibus improuisus adest, nec nuncius illum  
 Aduentare serit rumor, uenisse sed hostis  
 Conspicit oppressus, nec fidit ad arma uocare.  
 Bellæ Dionæus quoq; fulminis ocyor alis  
 Caesar, ut excussus balearis uerberare fundæ  
 Gessit, nuncinduq; mora, fuit impete uictor.

AD HENRICVM II. FRAN  
 corum Regem inuictis. de  
 Calecto recepto.

NON parca fati conscia, Lubricæ  
 Non sortis axis sistere nescius,  
 Non siderum lapsus, sed unus  
 Rerum opifex moderatur orbem.  
 Qui terram inertem stare loco iubet,  
 Ac quor perennes uoluere uortices,  
 Cœlumq; nunc lucem tenebris,  
 Nunc tenebras uariare luce.  
 Qui temperatæ sceptræ modestiæ  
 Da, & proteritiæ frena superbiæ,  
 Qui lacrymis foedat triumphos,  
 Et lacrymas hilarat triumphis.  
 Exemplâ longe ne repetam: En iacet  
 Fructuq; & expes quem gremio suo  
 Fortuna sotum, nuper omnes  
 Per populos tumidum ferebat.  
 Nec tu, secundo flumine quem super  
 Felicitatis uexerat æquora,  
 HENRICE, uirtus, nescisti  
 Ambriferæ fremitum procellæ.  
 Sed pertinax hunc fastus adhuc premit,  
 Vrgetq; pressum, & progement sui  
 Fiducia pari tumeniam  
 Clade pari exagitat Philippum.  
 Te, qui minorem te superis geris,  
 Calpami, fletu diluis agnitam,  
 Mitis parens placatus audit,  
 Et solitum cumulat fauorem:

Redintegratæ nec tibi gratiæ  
 Obscura promit signa: sub algido  
 Nox Capricorno longa terras  
 Perpetuis tenebris premebat;  
 Rigeat auris brumâ niualibus,  
 Annæ acato constiterant gelu.  
 Deformis horror incubabat  
 Iugeribus uiduis colono:  
 At signa castris Francus ut extulit,  
 Ductorq; Franci GVISIVS agminis,  
 Arrisit argenti sub arcto  
 Temperies melioris auræ:  
 Hyems retuso languida spiculo  
 Vim mitigauit frigoris asperit,  
 Siccis per hybernum serenum  
 Nube caua stetit imber aruis.  
 Strauit quietis æquora fluctibus  
 Neptunus, antris condidit Aeolus  
 Ventos, nisi Francas secundo  
 Flumine qui ueherent carinas.  
 Per arua nuper squalida, & ignibus  
 Adhuc Britanni penè calentibus,  
 Cornu benigno comœatus  
 Copia luxuriam refudit.  
 Idem ut reductas condidit oppidis  
 Francus cohortes, mitis hyems modo  
 Se rursus armauit procellis,  
 Et positas renouauit iras.  
 Stant lenta pigro flumina marmore,  
 Canisq; campi sub niuibus latent,  
 Diuerberatum sæuit æquor  
 Horrifera Aquilonis alis.  
 Ergo nec altis cincta paludibus  
 Tulère uires moenia Gallicæ  
 Nec arcibus tutæ paludes  
 Præcipiti tenuere cursum.  
 Lorene Princeps præcipuo Doi  
 Fautore felix, præcipuas Deus  
 Cui tradidit partes, superbos  
 Ut premeres domitrice dextræ  
 Vnius anni curriculo, sequens  
 Vix credet etas, promeritas tibi  
 Tot laureas, nec si perauras  
 Pegasea ueherere penna.  
 Cessere saltus ninguidi, & Alpium  
 Inferta cælo culmina, cum pater  
 Romanus oraret, propinque ut  
 Subijceres humeros ruinae.  
 Defensa Roma, & capta Valentia  
 Coacta pacem Parthenope pati,  
 Fama tui Segusianus  
 Barbarica face liberatus.



Aequor procellis, terra paludibus,  
 Armis Britannus, moenia saeculis  
 Inuicta longis, insolentes  
 Munierant animos Caletum:  
 Lorena uirtus, sueta per inuia  
 Non usitatum carpere iramitem,  
 Inuicta deuincendo, famam  
 Laude noua ueterem refellit.  
 Ferox Britannus, uiribus ante hac  
 Gallisq; semper cladibus imminens,  
 Vix se putat securum ab hoste,  
 Fluctibus Oceani diremptus:  
 Regina, pacem nescia perpeti  
 iam spreta moeret foedera, iam Dei  
 iram pauet sibi imminentem,  
 Vindictis & furia flagellum.  
 Ciues & hostes iam pariter suos  
 Odit pauetq;, & ciuium & hostium  
 Hirundo communis, cruorem  
 Aequè auide sitiens utrunq;.  
 Huic luce terror Martius affonant  
 Dirèq; cædis mens sibi conscia,  
 Umbraeq; nocturnæ quietem  
 Terrificis agitant figuris.

La. B. Te.

AD FRANCISCVM LOTARINGVM  
 Guisiorum Principem, Epistola.

**A** Ut tu rem nobis conuulso cardine lapsam  
 Vnus restitues, primaq; in sede locabis:  
 Aut certè nullis unquam fortuna resurget  
 Gallica temporibus: sed humi despecta iacebit  
 Aeternum. Manet illa, manet te lauria, ductor  
 Maxime Francorum. Quis enim se comparat alter?  
 Quem uicè ducem potius Rex tanto opponeret hosti  
 illius expulso nuper genitore triumphum  
 Egisti: pulso ueniet par gloria nato.

Est illud uestro generi fatale, tu eq;  
 Virtutis proprium, magnos comperescere fastus  
 Burgundæ gentis: quæ nunc sociata Britannis  
 Rege nouo exultans, nostris in sinibus agros  
 Præsidij uacuos populatur, & oppida carpit.  
**U**t coniux peregrinè redeuntem casta maritum,  
 Ipsa domi longo cùm tempore sola fuisset,  
 Excipit amplexu tenero: uoluuntur aborti  
 Letitia lachrymæ perq; illius ora genasq;:  
 Haud minus aduentu Rex ipse Erricus, & omnis  
 Visa domus gaudere tuo: per rura, per urbes  
 Festa celebrantur plenis conuiuia mensis.

Ut Sol exoriens concussas grandine siluâs  
 Depressos & humi flores, languentiq; arua  
 Erigit, & cœlum radijs terrasq; serenat:  
 Sic percussa graui tu uulnere pectora plebis  
 Nobiliumq; animos reficis, spesq; arduus implet.  
 Et modò noster Eques seu concisus ab hoste,  
 Te rectore, diu non se fore sperat inultum.  
 Et spolia Hispanos ereptaq; signa reposcit.

Hæc hominum de te spes uulgo est: irrita ne sit  
 Illa, uide, Per multa potes numerare trophæa  
 Hostibus à domitiis, multos numerare triumphos:  
 Quos tamen una dies, unusq; euertere casus  
 Et fortuna potest: laudemq; abolere priorum.

Annibal & Pompeius item duo lumina gentis  
 Quisq; suæ, multas bello retulere coronas,  
 Collatis ausi toties decernere signis:  
 Victus uterq; fuit documento, quàm nihil usquam  
 Perpetuum solet in terris fixumq; manere:  
 Humanis quàm nulla subest constantia rebus.  
 Quid, domitorum Asia Cyrum, non una subegit  
 Fœmina, & abscissum caput illi sanguine mersit?

Nam cur ipse tuos exempla domestica ponam  
 Ante oculos? Cur Parthenopes tentata beatæ  
 Regna tuis atavis, infasto Marte, per annos  
 Centum continuos, Errici post quoq; Regis  
 Auspicijs, ductuq; tuo? Fuit exitus idem  
 Penè tibi: nisi quòd seruatus cum duce miles  
 Incolumis saluusq; domum patriamq; reuertit.  
 Hoc dueis egregij prudentia fecit, ut illos  
 Quos adeò seruare salus nec si uelit ipsa,  
 Posse uidebatur, cunctos seruaret ad unum.

Parua manus, sed enim grauibus defuncta periculis  
 Sæpius, & multos quondam perpeffa labores.  
 Nec tibi prætermissa tui pars muneris ulla,  
 Tantum displicuisse Deo mihi causa uidetur:  
 Aut nimia hæc iocum iam penè nagata per orbem  
 Ambitio, aut ciues aliquid peccauimus ipsi.

Si gaudet rerum uitibus Fortuna, diuq;  
 Stare loco nescit, si nos huc uersat & illuc,  
 Arbitrioq; suo spoliat, uel honoribus auget:  
 Idq; alijs belli ducibus si contigit antè  
 Innumeris, tibi si contingere posse putabis,  
 Noli præteritis nimium confidere factis,  
 Ne uicè feras cœlo caput altius, aut timidum cor,  
 Neu' metue euentus dubios, tristemq; futuri  
 Temporis inuidiam, leuis aut opprobria uulgi:  
 Sed quencunq; dabit finem Deus, accipe grato  
 Præsentiq; animo. Causas mortalibus esse  
 Ignotas uoluit: tua sit modò culpa, caueo.

Quid si nec populo, quæ tot uictoria uotis  
 Expetitur, Regi nec sæpe sit utilis ipsi  
 Impleuit uarijs Asiæ uictoria Romam  
 Delicij

# De capto Calecto.

1969

Felicijs; & quam non Punica bella tot annos  
 Continuat prius, non regis & arma Philippi  
 Contuderant, peregrina seueram perdidit urbem  
 Luxuria. hinc cades, & publica furta, rapina,  
 Direpta; & mbes, sociorum, & dira cupido  
 Regnandi in patria, ciuidia deniq; bella.  
 Insuauum capto duce nuper, & ubere campo  
 Felicis nimum populi, seadeq; peremptis  
 Heluetijs Francisco ausis concurrere Regi,  
 Flua damniq; maliq; accepit Gallia, capto  
 Quam post rege suo Ticini ad fluminis undas.  
 Imperium Francorum & gloria nominis aucta est:  
 Sed mores abire boni. Vix octo Loisi  
 Regis ab interitu numeramus lustra, fuisse  
 Dicis mille, uiris tantum distamus ab illis,  
 Prima quibus tum cura fuit seruare paternum  
 Prediolum, seruare larem uigilanter auitum:  
 Tum desiderijs fines adhibere, modumq;  
 Sumptibus, & proprio contentis, iam nihil ultra  
 Appetere, & nullas uicino intendere lites:  
 Castra sequi, & pulchra bello sibi querere laudē:  
 Raro in conspectum Regis procerumq; uenire.  
 Scire nec obsequijs animos captare potentum,  
 Nec blando sermone mereri premia Regum:  
 Scire famem perferre, sitimq;, & frigus, & aestum:  
 Scire equitem medio peditemq; lacecere campo.  
 Horum de numero procedat si quis in Aulam,  
 Horridus, & sudore fluens, & puluere plenus,  
 Quos istis auro fulgentibus, & bene lautis,  
 Commoueat risus: ut praeter sibila secum  
 Nil prorsus referat. Quid nos uictore putamus  
 Aequius imperium aut melius sub Rege futurum?  
 Pauci adeo Reges fortunam ferre secundam  
 Aequa mente sciunt: & iam securus ab hoste,  
 In sua Rex striditum conuertit uiscera ferrum:  
 Sepe uel incautos conficta calumnia Reges  
 Auribus apprehendit, turpisue inscitia rerum.  
 Arguitur sceleris, nullam qui forte propinquam  
 Mite habet, & uidit usq; sua quam Regis amicus.  
 Ornantur testes, miseroq; redempta parantur  
 Iudicia, o saltem redimat se Castoris instar  
 Castoreo, & salua taceat patrimonium uita.  
 Sed uiuis rerum dominis aliena tenere  
 Nec tuto se posse putant. Ea nos bona stulti  
 Ducimus, exitio multis quae sepe suere.  
 Mille cadit populis ducibusq; incōmoda uictis:  
 Nullò plura cadunt etiam uictoribus ipsis:  
 Interibusq; ferunt animorum & corporis unã.  
 Corruunt hominum felicia tempora mentos:  
 Avertuntq; Deo sensus, nec tollere caelo  
 Ora sinunt. Quis enim latius caelestia rebus  
 Cogitat aduersis, quam sit miseranda monemur

Conditio nostra, quam nullis & infima, uita.  
 Tum opus humane deieci presidio, spem  
 Vertimus ad Superos trepidi, ueniamq; precamur:  
 Mutamus mores, ea nos uia lenis in altum  
 Ducit, ubi sedes animis aeterna beatis.

Miramur si quando preces non auribus aequis  
 Accipit, aut hominum reddit contraria uotis  
 Saep̄ Deus durumq; inclementemq; uocamus.  
 Ut pater infanti puero si dira uenena,  
 Siue micans ferrum, aut aliud quid forte petenti  
 Mortiferum, tamen ille negat: tibi durus & asper.  
 Non patrio indulgens potius uideatur amor?

Ergo tu referre putas nihil, hostibus utrum,  
 An gesti nobis accedat gloria belli?  
 Non ego. Sed primum iubeo nos querere pacem:  
 Si pax nulla datur, nec conditionibus aequis,  
 Contestare Deos inuitum accingier armis:  
 Auxilioq; uoca. non illi tempore longo  
 Numina passuri sua sunt contempta iacere.  
 Si necdum melior belli fortuna sequetur:  
 Rursus & auersi placanda est numinis ira.  
 Nec pecundum fibris, sed pura mente litandum est.  
 Syncerisq; arum: Cum sit Deus optimus ipse,  
 Non amat ille preces, non impia uota malorum.

Tu plenus stupri, plenusq; libidinis intus,  
 Et furax, & auarus, & ambitiosus honorum,  
 Impetrare putas aliquid te posse, priusquam  
 Ablueris sacra uiui te fluminis unda:  
 Quem foribus templi sapiens aree sacerdos  
 Debuit, atq; reos inter plorare iubere.

Tu prima si luce genu curuaueris ara  
 Ante Deum, tibi dem de putas extrema licere  
 Omnia: rideri non uult Deus, & uidet intus  
 Quid teatum uel fronte geras, uel pectore clausum:  
 Et fictas odit lacrymas, simulatq; uerba.

Iactabat Legi studium Pharisaeus, & ore  
 Decantata suo Moysi mandata ferebat,  
 Displicuit Domino: Marceps, quia turpia coram  
 Lucra fatebatur, uenia donatus abiit.  
 Nos etiam aduersa nuper cum nuntia pugnae  
 Fama repens nostras inopinaq; uenit ad aures,  
 Constrnati animis, quibus arma uiriq; deessent  
 Cumq; putaretur portae iam proximus hostis,  
 Ad delubra Deum confugimus, & prece multa  
 Suppliciter pacem ueniamq; poposcimus illos.  
 Continuit se quisq; dies nix quatuor, hostis  
 Cum subito regredi, uel non procedere, fertur.  
 Illicet excussa formidine protinus omnes  
 Ad uomitum redeunt, & uita probra prioris.  
 Ut pueri lulum repetunt abeunte magistro.  
 Nunc peccant homines peiora prioribus illis,  
 Nec dilata putant, sed tempus in omne remissa

Supplicia: elusisq; Deis impune, iocantur.  
 Hostis abit. Qui scis an uere incunte redibit  
 Fortior & melior nobis sunt omnia uictis  
 Inferiora. Ducis Roma Latioq; remissi  
 Non ferat aspectum Germanus miles: & ora  
 Veriet ob os illius. Ea spe ducitur omnis  
 Gallia. nec quisquam est alius, quo fidere tantum,  
 Quo uis magis ductore animos attollere possit.  
 Verum multa cadunt inter duo tempora, multae hos  
 Ne duce pugnetur possunt exsistere cause.  
 Aut quisnam Superum satis iraq; resistat  
 Mutemus mores igitur, ueniamq; precemur,  
 Imprimisq; Deos & tota mente colamus  
 Et totis animis: exim nos inter amemus.  
 Sit bene facta uelut multorum gratia fratrum:  
 Nec minor alterius quam nostra cura salutis.  
 Quae si fixa animo penitus mandata geremus,  
 Mortes, exilia, atq; fugas, & damna bonorum,  
 Quaeq; solent alia aduersis accedere rebus,  
 Haud magni faciemus. erunt neq; tristia nobis  
 Aspera, nec uel amara nimis, uel dura ferendo.  
 Scilicet extinctos merces uberrima caelo,  
 Et promissa manent aeternae praemia uitae.

DE CALETI ET GUINAE, O P.  
 pidorum proximo hoc bello captorum,  
 expugnatione, Carmen  
 longè doctissimum.

**S**ic mutat Fortuna uices, & ludit atrocem  
 More suo ludum, nunc his, nunc equior illis.  
 Nos adeo fusi, & magno certamine uicti  
 Nuper ab Hispanis, fortes modo uicimus Anglos:  
 Ereptas patribus tandemq; recepimus urbes:  
 Oceano in medio iussis regnare Britannis.  
 Illi cum lacrymis terra caesere retenta,  
 Possessaq; suis atavis iam tempore longo.  
 Namq; erat in satis redditurum haud ante Caletum  
 Ad ueteres dominos, quam se Regina marito  
 Traderet externo, ueterumq; propagine Regum  
 Posthabita, nouus hic succederet aduena regnis.  
 Ipse, ualesina uenturum è stirpe nepotem,  
 Merlinus uates multo praedixerat ante,  
 Sanguinis ultorem nostri, eladusq; futurum  
 Crescetae, cecidit qua Francica penè iuuentus  
 Omnis, & extinctae sunt longa in tempora uires.  
 Non magis ille suis (quanquam uerissimus auctor)  
 Creditus est, Troiae Priami quam filia Regis.  
 Quinetiam tantum his animi uictoria duplex  
 Addiderat, tantus nostri contemptus, ut arcis  
 In foribus summis legeretur marmore duro  
 Incisum Carmen (halet id sermone Latino)

TVM DEMVM FRANCVS PROBAT  
 OBSIDIONE CALETVM,  
 CVM FERRVM PLVMBVMVE NA  
 TABIT SVBERIS INSTAR.  
 Barbara uox, supraq; hominum fiducia morem.  
 Sed neq; tot circum ductae, fossae, paludes,  
 Totq; obiecta uias passim castella per omnes  
 Praesidijs, inaccessa uirum, potuere morari  
 Nostrorum turmas equitum, peditumq; cohortes.  
 Ipse ferus secum diuersis partibus orbis  
 Adductos rapiens comites, sublimis in alto  
 Lotareus equo, prius est conspectus ad urbem  
 Designare locum castris, & cingere uallo,  
 Quam miseri ciues illum potuisse putarent  
 Angustos aditus, arctosq; euadere calles.

Hic labor exoriturq; nouus, maiorq; priore,  
 Murus erat latere è coelo firmissimus, alta  
 Incinctus fossa, uerum post aggere nullo  
 Subnixus, lapidis iactu uix equore distans.  
 In medio litus, Nerei quod proluit unda,  
 Bisq; die refluxo terris illabatur aestu.  
 Tum me lucentem nemo, conchasue legentem  
 Viderit, at siccam postquam mare liquit arenam  
 Discedens, pedibus tamen hic consistitur egre.  
 Nec patiens onerum locus est: & saepius alie  
 Subsidet, micatq; fatiscit pondere tellus.  
 Hac regione, leui subiectis cratibus alno,  
 Exponenda fuit tamen omnis machina belli.  
 Ingens praeterea, suspectaq; ardua turris  
 Missilibus portumq; globis, litusq; premebat.  
 Omnia quae tam multa ferax incommoda nostrae  
 Miles, & unius uicit ducis incluta uirtus,  
 Expugnata prius turris, mox Regia muro  
 Iuncta domus, primos aditus patefecit in urbem.  
 Armatis data pax, & inermibus: urberelicta  
 Illesi ciues alio concedere iussi.

At tu Guina ferax, Domini clementis & aequi  
 Audires potius leges, & mollia iussa,  
 Quam Rex experiare, manu quid possit & armis.  
 Non tua nunc euersa, soloq; aequata iacerent  
 Moenia: non domibus lapsis inducat aratrum  
 Agricola, inq; nouo sementem praeparat aruo.  
 Quis furor, aut quenam rabies haec, strage uiros  
 Non contenta, simul nisi totas hauriat urbes, (rum  
 Integraq; additis cum ciuibus oppida sacret  
 Dijs Erebie Nuper Teruonam uidimus urbem  
 In Morinis, Eamq; superbam uidimus arcem.  
 Vix in utrisq; locis hodie uestigia parent  
 Teclorum, quae sint fortassis in hoste ferenda.  
 Id uero, manibus proprijs sua moenia ciues  
 Deicere, incensaq; facies supponere lectis,  
 Parcere nec patriae, uictor cui parceret hostis,  
 Quae

Quale fuisse putas, hominum magis, anne ferarum?  
sed nostris ducibus præclaro munere Diuum  
latentata prius caelo uictoria uenit.

Cum mare cum glacialis hyems, et cum uetus urbis  
Gloria, cumq; recens aduersæ infamia pugnae,  
Et nimium Fortuna diu contraria, possent  
Talibus, audaces quamuis, abducere captis:  
Mens Errice tamen semper tibi constitit una:  
Te solum referunt animos firmasse tuorum.  
Scilicet ut Regum caelesti numine mentes  
Impelliq; trahiq; Deis quo cunq; uidetur,  
Et quo mortales nequeunt pertingere sensus,  
Addiscant homines, mirari cur ita fiant  
Plurima, factorumq; absistant querere causas.

Ac Deus is, quicumq; tibi fuit istius author  
Consilij, monstrauit iter, ducibusq; præiuit  
Idem Errice tuis, donec res ordine gesta est.  
Idem, multorum cum posceret æra dierum  
Miles inops, et signa sequi se posse negaret,  
Exhausto penitus belli per tempora fisco:  
Hunc animû in patriâ dedit hæc tibi Carole mentē,  
Vt tu uas, sponsorq; rei communis, in urbe  
Parisiâ, bido omne bonis à ciuibus aurum  
Acciperes: quæ mox diuisa pecunia fratri  
Morigeros comites, et ad omnia iussa paratos  
Reddidit. His opibus pulsi cessere Britanni  
Littoribus nostris maria ultra cærule Ponti.

Quas, ergo, tot opumq; Deo, tantq; datori  
Letitiæ, nobis fas est persoluere grates?  
An delecta boum, pecudum uel corpora centum  
Illius ante pias grati mastrabimus aras?  
An letum Peana canemus, loq; triumphæ?  
Quodq; solet dici uictorum carmen honori:  
Vsurpata malis cultoribus ista Deorum.  
Nos hanc gloriolam potius, laudemq; sinamus  
Imitæ, fortiq; Deo: turgentia Regum  
Colla superborum qui proterit, et pede calcat:  
Subiectos, humilesq; ipsiq; accepta ferenteis  
Omnia, tollit humo supera ad conuexa polorum.  
Qui nos successu nimio, rebusq; secundis  
Inflatos, idè castigat more paterno  
Casibus exercens uarijs, ne nostra putemus  
Que nos ille frui secunda mente sinebat:  
Vt rerum et columen nostrarum, spemq; salutis,  
Priuari, Regesq; Deo ponamus in uno:  
Nec fracti nimiam, dura cum sorte grauamur:  
Nec rursum elati, ueniunt cum prospera nobis.

IN REDITVM FRAN-  
cisici Lotareni Guisiorum  
Ducis.

Te coronati, festinoq; agmine Ciues:  
Ite, nouis quam mos Regibus ire uiam.

Ite Magistratus cum fascibus, ite ministri  
Sacrorum: ite minor turba, Senator, Eques.  
Omne forum fileat: clausæ sint urbe tabernæ  
Artificum: locus hoc nullus honore uacet,  
En uobis erit ad primum, lapidæmue secundum,  
Obuius in niueo dux Guisianus equo:  
Victor ab indomitis qui nunc redit usq; Britannis,  
Quâ maris angusto cogitur unda freta.  
Multos ille armis populos, multa oppida cepit:  
Gallorum fines protulit Oceano.  
Quis Guinam potuisse capi, potuisse Calectum  
Credat, ut aduersus stet genus omne uirum et  
Ipsa suis opibus fidens, et Rege marito,  
Hoc longè ueniens spreuerat ante malum:  
Arguerat uaniq; suos Regina timoris:  
Nulla sed inuitis sat loca tuta Deis.  
Aspice, nec gemmis uolitat, nec splendidus auro,  
Captiuos hominum nec trahit ille greges.  
Et tantis spolijs, prædæq; ingentis aceruo,  
Nil tulit, hunc albo corpore præter equum.  
Hunc tamen, ut quoties gradætur, nobilis huius  
In patriam toties sit nemor officij.  
Cetera pro meritis socios diuisit in omnes,  
Contentus laudis præmia ferre domum.  
Ergo prætereunte uiro bona dicite uerba,  
Et manibus plausum congeminate pijs:  
Atq; Deos orate, sinant hunc, Principe nostro  
Incolumi, longos ut superesse dies.  
Hoc ego nec flauos metuam rectore Britannos,  
Nec Bataue gentis Vangionumq; mixtas.  
Sperem etiam magni superato flumine Rheni.  
Lilia Pannonico fixa uidere solo.  
Talibus inceptis moliri, Errice, decebat  
Regna tibi satis debita, spemq; nurus:  
Imperiumq; tuum media regione subacta,  
Extremis hominum continuare Scotis.

IN REDITVM EIVS  
dem Ducis Ioachimus  
Bellaius.

Vt quondam in patriâ retulit cum signa Camillus,  
Spectandum niueis se dedit altus equis:  
Guisius è domitis nuper sic ipse Britannis  
Signa refert, niueo sic quoq; uectus equo.  
Aequo præda duci prædæ melioris auaro  
Albus cessit equus: cetera miles habet.  
Hec ille ex capto retulit spolia ampla Calecto,  
Hanc prædam uicto uictor ab hoste tulit.  
At non parua tulit uirtutis præmia, uictor  
Hostis qui redijt, uictor et ipse sui.  
Multorum præda est, miles quam quisq; reportat.  
Vnus est magni præda sed ista ducis.

AD CLARISSIMUM VIRVM  
M. Hospitalem, Hel.  
Andreas.

Sint emissa licet suppresso nomine patris,  
Continuo agnouit pignora quiscumque tua.  
Incessu grauitas, procero in corpore candor,  
Cumque sale ardua mens, ingeniumque piura.  
Dotibus est amplius, clarusque Philoxenus istis:  
Talis musa recens edita clam, ergo tua.

DE THEAVILLA CAPTA,  
Mich. Hospit. Carmen.

VT grauis et senio confectus miles ad arma  
Cum patrie res poscet, inutilis ipse, uocatus  
Florentis alios quantum contendere nixu (bit  
Et laterum et uocis poterit, seseque paratum  
Ostendet ferro patriam defendere et armis,  
Amissem quondam superent in corpore uires:  
Sic ego, cui tenuis puero, uel nulla facultas  
Ante fuit, nullus scribendi carminis usus,  
Et si quid fuerat, ueniens tamen abstulit aetas,  
Hortari assidue nostros haud desino uates,  
Argumenta sibi praeclaris sumere digna  
Quemlibet ingenij, patriamque ornare, uirosque,  
Siue pares illis, seu non uirtute minores,  
Quos aut Virgilius, quos aut cantauit Homerus.  
Ni Danaos ea maior erit laus, mille profectos  
Nauibus a patria, decimo uix segniter anno  
Vnam Asia cepisse dolis et fraudibus urbem:  
Aut magnum Aeneam Rutulos superasse colonos  
Fretum opibusque suis sociali que agmine fretum  
Arcadis Euandri, tria quam fortissima bello  
Oppida ter denis (summum) expugnasse diebus.  
Nec uero Phrygio constatum milite molli  
Praesidium intus erat. Sed defensore Britanno  
Guina tenebatur, celsique, arx alta Caleti.  
Hic quoque plus operis, Theauillam namque paludes  
Undique cingebant, gelidique profunda Mosella  
Flumina, delictumque, ex omni milite robur,  
Praesentisque uiros incluserat urbe Philippus:  
Quum Meli fabricas et abenea multa parari  
Audisset tormenta, pilasque, ex aere, simulque  
Ingentem ualde numerum mixti sale nitro  
Sulphuris, haec secum haud frustra prouisa putabat.  
Hinc, uelut claustris sperabat, et obice tali  
Nostra moraturum se, iam gradientia campo  
Agmina: dum uocat ipse suos male parcus eunteis  
Tardius, et segnes cogit sub signa maniplos.  
Obsessi interea media plus parte suorum  
Amisissae, cum murum hostis turremque teneret,  
Nostrorum (superest uia quando haec una salutis)  
Permisere ducum fidei res, arma, uirosque.

Omnia, quae illorum precibus concessa benigna  
Et medici morbos curareque, uulnera iussi.  
Pertulerant toto ciues quae plurima bello:  
Adiutique, inopes et equis et nauibus, utrum  
Carpere iter mallet: tum si quis in urbe manere  
Vellet et in patria, non aegre facta potest.  
Haec demum insignis pietas, ea regia uirtus,  
Ut bello premere armatos, sic parcere uictis.  
Nec tam se fortes animi generosaque monstrant  
Pectora, dum uertunt imis a sedibus urbes  
Complent eade uias: nec tantum laudis ab illa  
Strage domum referent: quam cum miserabile uulgus  
Illesum seruant, illibatumque pudorem  
Virginibus, trahit haec quamuis aliena stupentum  
Corda uirum, et suos clementia mitigat hostis,  
Ipsis saepe suum facinus uictoribus, ipsis  
Displicet, hoc iterum quam nolint uincere pacto:  
Aut quis Marcelli, quis non audiuit inanes  
Corneli genitus, admittitque gaudia luctu:  
Dum duo diuersis regionibus oppida uertunt  
Maxima, nec cohibere ualent iam militis iras,  
Quin ruat, et rapidis permisceat omnia flammis  
Ipse ferus quamuis caedique, assuetus Achilles  
Vix, puto, uix teneat lacrymas, si uersa uideret  
Pergama, si pulchris subiecta incendia tectis,  
Ante uirum matres, et matrum ante ora puellas  
Prostitui, capita illi diu puerilia muris,  
Si nullo aetatis, nullo discrimine sexus  
Per uicos passim proiecta cadauera cernat.  
Et capta si quid grauius tum contigit urbi.  
Nos unum et commune quibus nomen dedit una  
Religio, ritusque pares, moremque, sacrorum,  
Quamquam diuisis caelo, terra, marique,  
Quamquam sub Regum positus ditio duorum,  
Nos: tanquam fratres uno genitore creati,  
Complures, nos unius quasi corporis artus,  
Indorum uel more Scytharum bella geramus  
Qui neque dicuntur pueris, senibusue caducis  
Parcere, nec tenera quamuis aetate puellis.  
Ipsa (nefas dictu) captorum uiscera torrent  
Ignibus, et diuis epulanda apponere mensis  
Haud dubitant. Quin haec potius crudelia, fratres  
Bella relinquamus, nostris contraria uotis,  
Bella aduersa Deo, quae si quandoque coacti  
Suscepimus, bellum nobis cum fratribus esse  
In mentem ueniat, quibus aequum, lege, parentumque  
Ac nobis, ipsi praestare iubemur amorem.  
Haec animo reputans, nec pacem poscere, duces  
Turpe: nec oranti pacem concedere, turpe.  
Ergo nec patria, nec Regis nomine quicquam  
Indignum fecit, puero qui nuper eunti  
Traditus ad matrem ductor custosque, fidelis,  
Conuentum

# De capto Caletō.

1973

IOAN. AVRATI REGII  
Græcarum literarum Pro-  
fessoris, Poemata.

IN EVISII DVCIS RED-  
tum ex Italia.

**S**oluant Camœna tristu silentium,  
Solvant: & acri Guisidæm lyra  
Content, remoto iam Britanno  
Mœnibus à patrijs inuultu.  
Nuper secundus dum terere Annibal  
Fastus superbos tenderet Alpium,  
Ausu feroces tum Britannis  
Gallica sunt penetrare rura  
Orbata tanto præside, tot uirum  
Cum cesa fœdè millia, proh nefas  
Tot uincta ductorum pudendis  
Brachia nobilium catenis.  
Iam gloriari quidlibet insolens  
Iactabat Anglus, celsa Lutetia  
Se templa fundo diruturum  
Sacrilægis spoliata dextris.  
Sed Guisiani fama ferociam  
Gentis superbe contudit ocyus:  
Vix ductor auditur redire  
Guisius, & fugitant Britanni,  
Ut fortè uiso cum cane Thessalo  
Immanis ausu conscius aufugit  
Agnæ lupus laxis remissa  
Faucibus horribiliq; dentè.  
Nec mirum, agebat non stimulus ducent  
In bella simplex: mixtus erat dolor  
Acer pudori, capta signa  
Gallica, se reuocatum ab ausis.  
Ut pœnus olim, Scipio cum ureret  
Arces Elisæ, iam Capitolio,  
Cuncto timente iam Senatus,  
Signa domum reuocare iussus.

DE CALETVM VRBE NV-  
per à Gallis Guisio duce rece-  
pta, Carmen alternum  
Aurati.

Loquuntur inter se

NVNTIVS ET VVLGVS  
GALLICVM.

**C**lamate Galli nunc ter io io.  
Que leta Gallis instat ouatio?  
N. Capti Caletes. V. Multa paucis  
Digna nouo memoras triumpho.

CCC 5

N. Victor

Conuentu in medio sermonem iniecit honestum  
Eterna de pace prior: nec protinus hosti  
Plus aliquid iusto tribuit, fassus uè timorem est.  
Nempe aliud potius quid poscat & optet, ab illo  
Rege suo ueniens alijs qui regibus antest  
Omnibus, & pietatis habet cognomen in illis  
Præcipue, quæ nox potuit magis ulla decere  
Pontificem: nimis ille serox audiusq; fuisse  
Sanguinis humani legatus ab urbe uidetur  
Ad Pœnas Fabius, qui cum mandata senatus  
Efferi iussus Tyrijs præsentibus esset,  
Facto è uoce sinu, bellum hic pacemq; tenemus:  
Sumite de medio uobis utrumlibet, inquit:  
Tu, uerò acclamant, utrum placet elige. Bellum  
Effuso simul ille sinu se tradere, dixit.  
Mallem equidem pacem, non tot post nominis Afri  
Italiciq; malo perissent millia letho.  
At non est nostri sermo reiectus ab hoste  
Pacificatoris. Quid nos ignauius arma  
Cepimus, eiecti spe pacis, an acrius, ipsos  
Auxilio nobis sperantes affore Diuos?  
Semper enim superi reges ocêre superbos.  
Supplicibus parcunt, pacemq; petentibus ultro.  
Quid? qui præsidium capta dimisit ab urbe,  
Emisit ciues tum matribus atq; puellis  
Saluos incolumesq; fidem seruauit. & omne  
Præstitit officium charis quod a seruit amicis,  
Non tibi maior erit, quam si iugulasset inermes  
Armatosq; simul, uenium aut captiua dedisset  
Corpora, & in cinerem uertisset tecta domosq;  
Quare magnificis fratrua celebrandus uterq;  
Laudibus, ille quidè mihi semper & omnibus horis  
Huic seruatori patriæ, finesq; regenti  
Frangorū ueteres, uos d quibus aurea pleno  
Egregij uates fundit se copia cornu,  
Concunite æternos meritis pro talibus hymnos.  
Nec tu Rex Henrice, tenax & parcus honorum  
Erga illum fueris, tibi qui diuersa trophæa  
Hostibus à uictis statuit duo maxima, paucis  
Mensibus. Hic te Rege fuit dignissimus uno:  
Hunc fortuna ducem meritis tua, respice quantum  
Terrarum dititione tenes, quas finibus urbes  
Ille tuis, qui rura uel agros addidit: omnis  
Oceanus tibi seruit, & omnis ripa Moselle  
Proxima Treueris, Germaniq; hospita Rheni.  
Hoc duce, præterito recreati corda timore  
Incipimus sperare etiam, nos posse recentem  
Aspersam maculam Quintimo abstrigere bello,  
Dy te longeuum nobis Henrice, ducemq;  
Hunc tibi longeuum seruentur & ipse requiras  
Rixinclum nunquam, te nec desideret ille.

N. Vicere Galli, sed duce Guisio:  
 V. Io triumphe, nunc ter io io.  
 N. Vicere uictores Britannos:  
 V. Nunc ter io, ter io triumphe.  
 N. Annos ducentos serua Britannia  
 Vrbs libertata est. V. Nunc ter io io.  
 N. Migrate iam prisca coloni.  
 V. Nunc ter io, ter io triumphe.  
 N. Illinc Philippus pulsus Ibericus.  
 V. Pulsus Philippus ante Valesius.  
 N. Ut nominum, sic fata rerum.  
 V. Nunc ter io, ter io triumphe.  
 N. Rex pulsus Anglis ante Valesius:  
 Rex nunc repellit ecce Valesius  
 Henricus Anglos. V. Est nepos, est  
 Vltus auos: ter io triumphe.  
 N. Medi feroces Ecbatana ob sua.  
 V. Angli minaces ob sua Risbana.  
 N. Sed capta Grecis illa, Gallis  
 Viribus hæc. V. Ter io triumphe.  
 N. Non iam Britannos ardua moenia  
 Seruant Caletum. V. Nunc ter io io.  
 N. Non æstuarij fossa clausi.  
 V. Nunc ter io, ter io triumphe.  
 N. Quæ nuper Anglus oppida Gallica  
 Trux a silibus liberior uagans:  
 Hac a silibus nunc Gallus Angla.  
 V. Nunc ter io, ter io triumphe  
 N. Nunc præda prædo factus. V. io io.  
 N. Victusq; uictor. V. Nunc ter io io.  
 N. Nunc prouocator prouocatur.  
 V. Nunc ter io, ter io triumphe.  
 N. Henricus author tam subiti boni,  
 Qui Guisium cum fulminibus suis  
 Misit Caletes territurum  
 Igne suo. V. Ter io triumphe.  
 N. Hispanus hostis non semel hunc ducem  
 Sensit ualentem. V. Tuncne Valentia est  
 Cum captus? N. Et ad Rantina castra,  
 Atq; Mosellica. V. io triumphe.  
 N. Olim puellæ uis Lotharingicæ  
 Pellebat Anglos (mira, sed acta res)  
 A Gallia: nunc Gallia Anglos  
 Vis iterum Lotharinga pellit.  
 V. Fatale quoddam ius Lotharingie est  
 Gallos ab armis asserere Anglicis  
 Quondam puellari, uirili  
 Marte recens: ter io triumphe.  
 N. Rex, æne dux est ipse beator?  
 V. Ambo beati, Rex duce, Rege dux.  
 N. Ambobus ergo ambo canamus:  
 V. N. Nunc ter io, ter io duobus.

AD HENRICVM VALE-  
 sium Regem inuictis.  
 DE CALETICA VICTORIA,  
 Alternis loquuntur duo de  
 plebe Gallica.  
 GALLVS I.

Audax Iberus coniugio nouo,  
 G. II. Dotals audax imperio insula,  
 G. I. Henrice te tentat ultro.  
 G. II. Nunc times ante tuos Caletes.  
 G. I. Sic ultro Atridem uoce laceffere  
 Ausus superba uxoris ille Phryx:  
 G. II. Sic mox laceffitum refugit  
 Coniugis in gremium recurrens.  
 G. I. Iurgauit uxor tunc reducem Parin:  
 G. II. Iurgabit uxor nunc reducem uirum:  
 G. I. Quod turpiter cessisset ille:  
 G. II. Quod modo turpiter iste cessit.  
 G. I. Ergo (inquietabat tunc Helene suo)  
 Victus redis tu semiuir à uiro:  
 G. II. Ergo redis tu (dicit Angla)  
 Victæ uiris uir ibere Gallis:  
 G. I. At non eras id pollicitus tuæ:  
 G. II. Non, sed subactæ iura Lutetie:  
 G. I. Et sceptræ regni Gallicani:  
 G. II. Pollicitis leue pondus amplis.

DE REGE HENRICO IN EQVO  
 ueredo ad Calètes uecto,  
 Duo Viatores.

V. I. Qvem tam citato fert leuis impetu  
 Sublimem in auras Persea Pegasus?  
 V. II. Henricus est quem fert uolantem  
 Nunc equus ad domitos Caletes.  
 V. I. Nunquid reseræ Gorgonis in manu  
 Colla, & cruentæ exuias quatit?  
 V. II. Non colla sed raptum Medusæ  
 Ille quatit spoliū Britannc.  
 V. I. Quis iunctus illi purpureo uolat  
 Fulgens galero, & purpurea stola?  
 V. II. Non tu sacrum noscens galorum  
 Mercurij, similesq; uultus?  
 V. I. Num Perseo iste Mercurius dedit  
 Falcatum & ensē, & uerba salubria?  
 V. II. Quidni? dedit sed fratris ensē,  
 Ipse suos monitus salubres.

DE DVCIS PARMENSIS CO-  
 pijs à Ferrariano Principe nuper  
 fulsis fugatis.

DVM Guisiani seruet adhuc recens  
 Plausus triumphis, plausus adest nouus:  
 Ferrarij

# De capto Calecto.

1979

Ferrari quem dextra nuper  
 Martia Marte tulit secundo.  
 Ergo trophæum dux geminus duplex  
 Vno excitauit tempore, de domo  
 Vna: iugalis namq; tædæ  
 Vna duos sociat penates.  
 Ferrarianam Laurea filiam  
 Duplex coronet: quam meruit suus  
 Illinc uir, hinc frater, receptis  
 Ille Caletibus, hic Iberum.  
 Cæsis uirorum tot modo millibus  
 In montium radicibus, oppidum  
 Ad Rhegij: quos infidelis  
 Parma ducis malè protegebat.  
 Ferrariani ô ferrea dextera:  
 Que tot cruores sparsit ibericos  
 Vno sub icu: ut lata campos  
 Sanguinis obrueret procella.  
 Quis frementi murmure proruid  
 Torrens supinis collibus in cauas

Valles: ut horrendum propinquum  
 Diluuiem trepident coloni.  
 Vnis beata ô Gallia sat nouis  
 Effes opimis: sed cumulat Deus  
 Peane Peanem, rependens  
 Damna lucris tua sceneratis.  
 Hic expiabit annus (ut incipit)  
 Anni prioris dedecus: accipe  
 O Gallia omen: sed Deum quis  
 Vestra trophæa Duces ligauit?  
 Idemne qui uos antè ligauerat  
 Connubiorum nexibus aureis,  
 Nunc ferrei iunctos triumphè  
 Infragili religat catena?  
 Tam forte quæ uis soluere uinculum  
 Possit? quis illud diruere impetus?  
 Est magna uis affinitatis,  
 Maior erit socij trophæi.

FINIS.

DAVIDIS GEOR-  
 GII HOLLANDI HÆRESIARCHÆ VITA  
 ET DOCTRINA, QVANDIUI BASILEAE EVIT: TVM  
 quid post eius mortem, cum cadauere, libris,  
 ac reliqua eius familia actum sit.

PER RECTOREM ET ACADEMIAM  
 Basiliens. in gratiam Amplissimi Senatus eius  
 urbis conscripta.

AD AMPLISS. CHRISTIANAQVE  
 PROFESSIONE CLARISS. COSS. ET REIP.  
 Basiliensis Senatum, Dominos nostros cle-  
 mentiss. Rector & Acade-  
 mia Basiliensis.



I, quod Socrates optasse uideatur, Amplissimi uiri, hominū pectora esse  
 aperta: aut ita facta, ut quemadmodum in uitreo globo, si quid inclusum  
 sit, ac si inclusum non esset, ab omnibus cernitur: nullis imposturis, nullis  
 fucis & dolis, ne simplicissimi quidem homines circumueniri possent.  
 Nam, si ita esset, omnes animorum habitus, siue boni, siue mali: tam digni  
 laude quam uituperatione, statim abs quouis perspicerentur. Atque in hunc modum,  
 neq; improbis laudes præmiarūq; bonorū: neq; bonis ignominia, pœnarūq; malorū: quod  
 sepe numero etiā ab equissimis iudicibus accidit, statuerentur. Verū, secus humani ge-  
 neris auctori atq; parenti Sapientissimo uisum est: ut in hominibus prudētia, quæ lōgō  
 usu rerū malarum ac bonorū, coniecturisq; colligitur, locū haberet: & hoc, uni sibi refer-  
 uaret: uidelicet, intimos mortalium sensus peruidendū atq; ut Vates loquitur, corda re-  
 nesq; seruet: hominibus aut inter se, prauū, ut idē Vates ait, & inscrutabile, cor homi-  
 nis esset. Quod aut in hac uita interdum & bonis malè, & malis bene sit, id altissimo Deo  
 Sapientissimo



Sapientissimi cōsilio fit: ut ipsum metuamus ab ipsoq; non à nostra prudentia pendeamus: qui hæc omnia temperat, & ab hominum insidijs, si ei ita uideatur, tueri, crueriq; potest solus: utq; cogitaremus futurum aliquando iudicium, in quo omnia aperta forent: omnibusq; merces factis condigna tribuenda sit: ita ut bonis bene, & malis male, cum illi ad beatam uitam, hi ad sempiternas misérias, Iesu Christo, cui pater omne iudicium dedit, sedente, transferentur. Quamobrem, prudentissimè à uobis factum est, Magnificentiss. Domini, quum placere uobis significastis, ut Davidis Georgii mores, uitæ, mortem, & quæ post eius mortem acta sunt, colligeremus: ut quando hominum peccatorum, quod Socratem optasse diximus, fenestrata non sunt, huiusmodi exemplis mortalitatis animi ipsi fierent perspicaciores, attentiusq; aduigilarent, ne mala pro bonis: & contra pro malis bona, specie aliqua falsi deceptiq; probarent, & agnoscerent. Votis uestris annuimus, Amplissimi uiri, & quod uestræ pietati placere intelleximus, dedimus operam quantum in nobis fuit, ut perficeretur. Itaq; ab aduentu eius hominis in hanc urbem, usq; ad huius tragœdiæ exitum, quicquid potuimus, utileq; putauimus, breuissima narratione complexi sumus. Vos autem, uestra diuina sapientia iudicabit, an omnia ex uestra sententia, perspicaciq; iudicio executi simus. Voluimus quidem, sed quantum præstiterimus, uestrum erit iudicare.

## DAUIDIS GEORGII

## HISTORIA.



DAUID Georgius, qui se postea Ioannem à Bruck uoluit appellari, Delphis quod est Catanorum oppidū in Hollandia, natus esse fertur. Is cum quadagesimum ferè ætatis suæ annum in Germania illa inferiore, sectæ suæ annos aliquot principis egisset, anno Christi M. D. XLIII. Cal. Aprilis Basileam cum aliquot comitibus uenit. Ibi de toto Ciuitatis statu edoctus, (sciscitatus enim à quibusdam diligenter erat) singulisq; perspicaciter laudare, summopere & commendare cœpit: suas calamitates prædicare: se patrijs sedibus Euangelij causa profugum esse: nusquam tutum locum inuenire: cupere se Basileæ quasi in tutissimo portu, familiam suam satis copiosam, omnesq; fortunas collocare. Quibus uerbis cum sibi iam aliquorum animos conciliaffet: tum ad Senatum supplex accessit: petiuitq; ut CHRISTIÆ atque eius Euangelij causa, in ciuitatem reciperetur. Quod si facerent, scirent Deum huius hospitalitatis rationem habiturum: se præterea paratos fore pro ciuitatis Reiquæ publicæ salute & commodis, non modo fortunas, uerum etiam uitam ipsam impendere. Hac oratione miserabili, atq; ut uidebatur, æquissima, pijs & ad hospitalitatem propensus Senatus, commotus, respondit: se bonis, honestis, & pijs uiris, qui sincera religionis causa, ad se uenirent, nolle ciuitatē suam denegare. Itaq; facere ipsis potestatem, quando cunq; eis uideretur, Basileam commigrandi, suosq; adducendi. Quid enim faceret? Erat homini dignitas quædam, & species liberalis, qualis esse probis uiris solet: corpus quadratum, barba flaua, oculi glauci & micantes, sermo grauis & sedatus: totius corporis, motus, incessus decens, & ad omnem (ut uidebatur) probitatem compositus. Accedebat eius: & comitum ornatus, quodam cum splendore moderatus. In summa, magnum aliquem & honestum uirum, apertum, & candidum diceret: tam appositè omnia inter se consentiebant: causa, persona, sermo: animus ipse alto in recessu latebat: ante acta uita ignorabatur: patria procul erat: quæ narrabat, uerisimilia esse apparerent, præsertim cum quæ sibi accidisse dicebat, eadem multis alijs bonis & notis uiris, quotidie accidere, constaret. Senatus igitur & ciuium optimorum uoluntate perspecta, eiusdem anni VII. Calen. Sept. adest Ioannes à Bruck (sic enim diximus se tunc appellari uoluisse, qui in secta David Georgius diceretur).

eretur) cum satis numerosa familia, uxore, liberis, clientibus, & seruis, reliquo  
 que comitatu: sacramento de more obstricti, in ciuitatem recipiuntur: quo fa-  
 cto, domicilium in urbe, extra urbem arcem & prædia quædam opima coëme-  
 re: cõnubia contrahere: amicos humanitate, effabilitate, alijsq; rebus sibi com-  
 parare: magistratum colere: in ciuium consuetudinem, qua possent sese insi-  
 nuare: nihil nõ facere, quo boni & religiosi uiri uideretur. Nam quamdiu qui-  
 dem ipse Basileæ uixit, ita se cum suis, omnium oculis auribusq; ciuium proba-  
 re conatus est, religionis ritus seruando & obeundo, ægenis benefacendo, æ-  
 gros consolando, calamitosos subleuando, reliquaq; huiusmodi officia præ-  
 stando, ut nemo de eis sinistri quicquam suspicari posse uideretur. His igitur  
 multorũ animos sibi conciliare, efficereq; ut talis ac tantus à plarissq; credere-  
 tur, qualis & quantus uideri uolebat, atq; à suis habebatur. Hanc falsam de eo  
 præciosæ res, quas secum aduexerat, quotidiequæ ex inferiore Germania ap-  
 portabantur: præterea regalis propè apparatus & splendor, et rei familiaris ma-  
 gnifica quidem illa, sed composita & tranquilla administratio. Sic namque  
 erant singulis officia in tam ampla familia distributa, operæq; ut singuli quid  
 sibi agendum esset, scirent: nec quisquam ultra uires, & præter uoluntatem ad  
 aliquid obeundum faciendumue cogebatur. Dum ita uiuerent, remq; suam  
 communem administrarent, quò magis magisque sectam suam perniciosissi-  
 mam celarent, ac tegerent, tria sibi perpetuò seruanda proposuere: primũ  
 ne Dauidis Georgij nomen quisquam proderet in uulgus: deinde, cuius nam  
 in patria conditionis extitisset: hinc factum est, ut aliq; eum quempiam claro ge-  
 nere uirum existimarent: aliq; magnum aliquem mercatorem qui terra mariq;  
 per quosdam suos procuratores negotiaretur: ex quo ei tantæ opes proueni-  
 rent: aliq; alia de eo opinarentur: cùm nihil certi uel ab ipso, uel à suis familiari-  
 bus & domesticis sciri cognosciq; posset. Postremò, illud summo opere caue-  
 rent, ne dogma suum apud quæquam Basiliensem, sed ne Heluetium quidem  
 ullum, effutirent: aut ad sectam suam pellere tentarent. In quo nobis uidetur  
 uir. Ille Martes Mustelas ite imitatus, quas ferunt, eorum parcere gallinis, quo-  
 rum utantur hospitio: hanc nimirum gratiam suis hospitibus referentes: nisi  
 potius ea de causa abstinent, quo tutius habitent, habeantq; latibula, ad quæ  
 sese, cum alijs nocuerint, recipiant. Sic iste suam sectam in Germania inferiore,  
 alijsq; longè remotis locis, literis, libris, & nuncijs fouere: atq; augere nõ cessa-  
 bat: Helæcios nõ tentabat, ne si fecisset, aliqua ratione proderetur. Nam cùm  
 annos circiter undecim hinc in summo uixerit ocio, ne unus quidẽ inuentus est,  
 illius implicitus secta: aut ullo eius errore imbutus: tam alto omnia sua silen-  
 tio potuit occultare. Verũ, qui alienorum iudicia tantopere uitare studuit,  
 domesticorum subterfugere non potuit. Nam fuerunt inter eius familiares &  
 affines, qui de ipsius doctrina & secta ambigere cœperunt. Quod cùm ad au-  
 res eius peruenisset, unum ex eis quem antesignanum semper existimauerat:  
 cuiq; ob fidem singularẽ aliasq; dotes multum tribuebat, accersit, quem ubi in  
 conspectum eius uenisset, non sine stomacho rogat: quid illi in mentem uene-  
 rit, ut de re compertissima incipiat dubitare? An non persuasum habeat, se ue-  
 rum illum esse Dauidem à Deo missum, ut extremis hisce temporibus regnum  
 Israël restituat: Iacobiq; tabernaculũ instauret: atq; in hanc sententiã alia, quæ  
 longum esset recensere. Hic ille, ut est uir eloquens, & animosus, nihil iam ce-  
 sare, sed mentem suam aperire, aperteque fateri, Israëlitici regni restitutionem,  
 atque alia quæ Vates de Dauide & Christo prædixere, omnia per IESVM  
 CHRISTVM esse perfecta: se alium nullum Messiam Christumue agnosce-  
 re, siue is Dauid, siue alio quouis nomine uocetur. Hoc ille tam aperto respon-  
 so com-

so commotus, hominem indignabundus dimittit, dira minatus, ni ab illa pro-  
 uerfa opinione discederet. Id cum quidam ex propinquis uideret, uentura  
 in deterius abiret, à Domino impetrarunt, ut rursus ille ad amicum congrega-  
 tum admitteretur. Conueniunt igitur in certum locum, ubi habebant amonitum  
 sum secessum: ibi de Dauidis Georgij doctrina & libris aliquandiu est dispu-  
 tatum, præsertim super opere quodam magno, quod Mirabilium Opus appel-  
 latur, in quo capita ferè omnia peruersissimi dogmatis continentur. Verum diu  
 altercando nihil plus effectum est, quàm ut ille diceret tandè, si qua eo uoluntate  
 ne complexus sit, quæ difficiliora atq; altiora uideantur, quàm ut abs quouis in-  
 telligi queant. Deo, à quo essent profecta, cõmittenda: atq; illinc ita discessum  
 est, ut sua cuiq; salua religione conuiescerent. Sunt qui affirmant, illi qui eius  
 dogma in dubium uocare ausus esset, ab eo cõgressu, à reliquorũ consortio, &  
 familia, ob pertinaciam exclusum fuisse: nec ullam postea cum Dauidicis con-  
 suetudinè habuisse: quin etiã ipsum literis absentes, et suscepta peregrinatione,  
 multos monuisse, eis errores indicasse ut sese à perniciosissima secta, quam pri-  
 mum liberarent: & ad uerũ Christum Iesum: nimirũ Dei & Mariæ uirginis cle-  
 mētissimũ filiũ, redirent. Hęc autẽ eius tã coniuncti uiri cũ uxori ab eo defectio  
 primũ mutata fortunæ signũ haberi potuit. Secuta sunt & alia eius non modo  
 inclinata fortunæ, uerũ etiã instantis mortis prodigia. Nã & domus uana (bi-  
 nas enim ædes in urbe habet) Basileæ fulmine tacta est: itemq; altera quàm in  
 pascuis magnificè extruxerat, cũ preciosa suppellectile conflagrauit: non mul-  
 to etiã post, Domus in qua ipse habitabat tabulatũ repente concidit: Sed nihil  
 ei accidisse grauius ferũt, quàm quod ex inferiore Germania Basiliensibus, Da-  
 uidẽ uerũ fide atq; auctoritate præstantẽ, qui eiuib. quibusdã Basiliensibus, Da-  
 uidẽ ipsum totamq; eius familiã descripsisset: unde facile se prodi paulatim uir  
 acutus cognouit. Hoc audito nuncio primũ eius uxor, mox ipse quoq; in mor-  
 bum incidere: ex quo prius ipsius coniunx, interijt: non multo post, & ipse,  
 qui se Christo Iesu diuiniorem maioremq; fecerat, & immortalem, mortuus  
 est, anno salutis Christianæ M. D. LVI. octauo Cal. Septembris, atq; solito Ci-  
 uitatis more, atq; pro ea, quam tunc gerebat, persona, honorificè in Diui Leon-  
 ferus eum eluuium utriusq; sexus multitudinẽ. Atq; ita tandem Deus Opt. Max.  
 non modò hanc ciuitatem, uerũ etiã ecclesiam suam totam, hoc mōstro, ex-  
 tincto, et paulò post etiã, (ut dicimus) patefacto, liberauit. Illius morte ualde  
 percussis sunt eius discipulorum animi, qui eum nunquã moriturum existima-  
 rent. Quamquam eorũ spes sustentabatur, quod ab eo dictũ ferũt, se triũ anno-  
 rum spacio, reuicturum: eaq; perfecturum: quæ tam ampis promissis, respon-  
 derent. Eiusdẽ quoq; interitũ, eorũ confirmata sententia est, qui iam antea illius  
 dogmata non modò suspecta habere, uerũ etiã explodere paulatim & refutare  
 coeperant. Itaq; uehementius instant, ut & alij eadem diligentius expendant,  
 & excutiant, ut quæ cũ filij Dei doctrina & oraculis certissimis nõ consentire  
 uiderent, ea cũ ipsis exploderent, ac destruerentur. Quæ adhortatio, à quibusdam  
 cerant enim inter eos qui Dauidica illa non plane intelligerent: nec latens se eius  
 rei diligentiore cogitationem in aliud commodius tempus rejicere. Coeperat  
 interea fama mutati nominis (de quo antea dixi) & suspectæ religionis, quæ  
 ad id usq; temporis uisa erat intra priuatos parietes delitescere, latius euagari:  
 atq; inter doctos uirios dissipari: & paulatim ita augeri, ut pleriq; eũ qui se sal-  
 sò Ioannẽ à Bruck & ab arce quam Basileæ emerat Ioannẽ à Binningen, sectæ  
 sabat, Dauidem Georgium illum esse impostorem perniciosissimum, sectæ  
 omnium quæ unquam esset impostorem perniciosissimum, & principem: qui se  
 regem, & Christũ, magna atq; inexpiabili ueri Christi cõtumelia, faceret. Hac  
 fama

fama atq; huiusmodi sermonibus Senatus Basiliensis pietate & prudentia singulari admonitus, sibi non cunctandum esse putauit: quare pro Dei & Christi filij ipsius Iesu Christi gloria & maiestate afferenda, cōsultationē grauissimam suscipit. Existimabant enim homines prudentes, rumoribus non esse temere credendum: sed de tanta re, certis testimonijs, indicijs & argumentis, atq; ad eōsorum Dauidicorum confessione, esse cognoscendum. Itaq; IIII. Idus Martij, anno Christi Seruatoris M. D. LIX. Ioannis à Binnigen iam mortui, filij, generi, & quotquot erant uirilil sexus, in tota familia, quidā etiam extra familiam clientes & amici, iussu magistratus, in curiam se ipsos sistere iubētur: parēt illi. Quos, ubi in Senatū sunt omnes simul intromissi, sic Tribunus Pl. est allocutus, ut diceret: Eos non ignorare, quemadmodū ante annos aliq̄t ex inferiore Germania uenissent: asserētes se Euangelij Dei causa patria pullos esse, atq; idcirco supplices rogasse, ut eos Senatus pro sua clementia in ciuitatem recipere dignaretur: quorū precibus, cum fidē senatus haberet, misericordiā uehemēter affectus, & ex parte etiā nūc comperitū habere, eos aliam ob causam, nimirū intellexisse, & ex parte etiā nūc comperitū habere, eos aliam ob causam, nimirū propter Sectam Dauidicā, qua tunc impliciti essent, & nunc etiam sint, huc se recepisse: quā ita dissimulauerint semper, ut in speciem, non alicuius Sectę, sed uerę Iesu Christi religionis esse uiderentur. Hoc exordio præmissō, interrogat eos, an Ioannes à Bruck esset uerum eius uiri nomen, quod ueniens primū dederat ciuitati. Nam quod Ioannes à Binningē postea uocatus fuerit, cū sit notum, uerū & antiquū eius nomen esse non posse. Deinde, an unquā siue priuatum, siue publicē docuerit: & quę eius doctrina quęque institutio fuerit. Adhortatur: q̄ est eos pius Senatus, ut quicquid illud esset fateri nō uerentur, se patere cū eis acturum. Ad hęc Senatus rogata, respondent, quidā quod ueniētes, dixerint, se propter ueritatem patria profugos huc uenisse, quo liberē possent in uera religione uiuere, id uerū esse: quod autē obijceretur, propriam esse Sectā & religionem habere, id uerum non esse: Ita q̄ sperare se, clementē Magistratū hac respōsione fore contentū: idēq; se ab eo petere, atq; obsecrare: Sin uerū aliud quidpiam eos agere uelit, rogare se, ut ex Dei uerbo, quid illud sit, præscribat. Fuere etiam qui responderent, se propter Euangelicam, cuiusmodi hęc religio tenere. Quod autem ad Domini sui nomē attinet, se nullum aliud eius uiri nomen nosse, quam quo hic palam uocaretur: quod à patria, ubi illenatus erat, accepisset. An autem unquam clam palam docuisset, se ignorare, nisi quod inter suos domi cohortandi magis & admonendi, quam docendī causa interdum, aliqua diceret. Ea uerō non alia esse, quam quę in templis à concionatoribus traderentur. Solitum namq; fuisse illos hortari, ut ad concionas sacras & publicas diligēter adirent: utq; innocentię integritatiq; studerēt. Hac cū audisset Senatus, eos paulisper secedere iubet: paulo antē post, singulos reuocat, & rursus pro se, singulos audit: Sed cū uideret, eos in sentētia persistere: nec paternis admonitionib. se quicquā efficere: iussit omnes (undecim enim erāt) ē curia in carceres abduci, atq; in uinculis haberi, donec melius de tota causa cognosceretur. Interea Senatus undiq; argumēta & signa conquirere, quibus sperat ad ueri confessionem eos adduci posse: & quoniā scripta nō parum momenti in huiusmodi reb. habere iure cęsetur, Senatus ad hoc idoneos deligit qui scripta diligenter inquirant: atq; inuenta in Curiam illico componari curent: & singulis scribas comites attribuit, qui omnia quę exportarentur monumenta, in tabulis notarent. Hi ergo eodē tempore diuersi ad omnia eorū domicilia: nā diuersis in locis habitabant, etiam si ad unū locum arcem nimirū Binningensem, ubi Dominus ipse consueuit habitare, receptū haberēt) de imagine p̄uiso eunt: inquirunt: magnum librorū & literarū cumulum auferūt, cū imagine

gine ipsius, quæ eo usuo depicta fuerat. Quæ omnia senatus delectis ex Theo-  
 logorum & Iuriconsultorū uiris eruditis & probis diligenter inspicienda atq;  
 excutienda tradit: ut quicquid ad religionem spectare uiderent, secernat: & in  
 his, si quid sacrosanctæ receptæq; religioni aduersari compererint, aut alioqui  
 suspectum, diligenter notent: atq; ad senatum referant. Munus demandatū ob-  
 eunt summa cura & attentione, delecti uiri: atq; ad senatum quæ inueniēte Da-  
 uida referunt: quibus senatus instructus, ulterius progreditur: ac pro Reip.  
 Basiliensis more, septem uiros rerū capitaliū ad eos mittit, qui ab eis aliquā co-  
 fessionem elicere aut etiam extorquere, si opus sit, conctur. Ab his summa uer-  
 borum seueritate interrogati rei, pleriq; eorum idem quod Senatui responde-  
 rāt: & hinc respondēt. Verū cū quidā inter eos in sua responsione uisi essent  
 non nihil titubare, exquisitori quæstioni locum dederunt. Quare iterū conqui-  
 siti, coeperunt quidam fateri, qui Ioannes à Bruck siue à Binningen diceretur,  
 eum Dauidē illū Georgium fuisse, cuius nomine tot & tantæ turbæ in Germa-  
 nia inferiore fuissent excitatæ. De doctrina uerò & sectæ decretis quibusdam  
 propositis capitibus interrogati, responderunt, se talia ab eo nunquam audi-  
 uisse, nec in eius scriptis animaduertisse, aut eo modo intellexisse. Cæterū, se hu-  
 iusmodi doctrinam, cuiusmodi illis capitibus contineretur, tanquam pernicio-  
 sam & ab inferis excitatā, nō ē cœlo demissam, detestari, & omnib. modis ex-  
 crari. Quod si aliquo modo tamen errarint, uel nūc etiam errent, uentam depre-  
 cari: cupereq; in quo errent, rectius institui. In his tamen unus fuit inter primos  
 Dauidis Georgii amicos, cuius nomini parcendū esse ducimus, qui se aliquan-  
 do eius sectæ fuisse ingenuē confessus est: uerū agnitū errorē diuino benefi-  
 cio, olim iam damnasse: et nūc quoq; damnare, atq; ex animo tanquā pestiferū,  
 unā cum tota secta, detestari. Fuerunt etiam inter eos, qui eum Dauidem Geor-  
 gium tantū Basileæ nouissent, sanctē affirmabant se nunquā talia ab eo audiuis-  
 se: & hinc quoq; dogma quod proponebatur tanquam impium atq; in Christi-  
 lesum contumeliosum reſciebant. Hæc ad senatum septem uiri illi Quæstio-  
 res, singula distinctē ut erant, referūt. Senatus ergo audiens, esse inter eos, qui,  
 si errent, culpā deprecantur, atq; ad sanitatem redire cupiant, certos ex concio-  
 natorum & Theologorum ordine mittit ad carceres, à quibus singulorū fides  
 diligenter exploretur. Quod, si quid erroris in quibusdā reperirent, id sincera  
 institutione tollere omnibus modis conarentur. Adeunt uiri p̄i, & Christiana  
 lenitate pleni, utros captiuos: et coram duobus de Senatu ad hoc destinatis, cū  
 eis accuratē & amanter de fide & religione agunt: rogant, audiunt, nihil aliud  
 auditū est, quā quod auditū erat, cum à septem uiris conquirentur: se uidel-  
 cet illud dogma, quod certis capitibus cōprehensum, tanquā Dauidis Georgii  
 inuentū, proponebatur, tanquā à sincera Iesu Christi religione alienū, damna-  
 re: & eam doctrinæ formulam, quæ Basileæ traditur, sanctiq; symboli Aposto-  
 lici fidē, sincera animi persuasione complecti. Idem quoq; cū mulieribus ciui-  
 dem familiæ omnibus fieri uoluit pius Senatus. Verebatur enim ne & illæ ali-  
 quo errore irretitæ tenerentur: quas pro sua pietate, atq; paterna in omnes soli-  
 citudine, in uiam reduci cupiebat. Adeunt igitur illas cū selectis uiris concio-  
 natores ac Theologi: quæ singulæ eadē ferē attestatione usu sunt, qua uiri: ni-  
 mirum se nihil tale, quale proponebatur, nec ab ipso Dauide Georgio, nec ab  
 alijs unquā accepisse: se autem simpliciter in ea fide persistere, quam Basileæ in  
 publicis concionibus didicissent. Addunt preces, quibus & se & uiros & fra-  
 tres suos profluentibus etiam lachrymis, commendēt: Senatum orent, cū ipsis  
 pro solita clemētia agere uelit. Interea temporis, rumor in Ciuitate percrebuit,  
 Ioannem à Bruck siue Dauidem illum Georgium in sepulchrum elatū non es-  
 se: uerū pro eius cadauere, porcū, aut uitulū, aut hircū, quidpiam uē aliud  
 feretro inclusum fuisse. Verū autem ipsius cadauer, conditum occultari ab  
 hæredibus

haredibus & singulari ueneratione coli. Sed falso eam excitatam fuisse fatuimus, postmodum re ipsa, sicut mox patebit, compertum est. His rebus, uti re-  
 enim ciuitas tota huiusce expectatione iudicij suspensa. Hoc uidens Senatus,  
 rem maturare cogitauit. Itaq; ne quid temere facere uideretur, atq; ut, quantum  
 in ipso erat, hominum calumnias euitaret, cum Basileæ non sit contemnendus  
 eruditorum & piorum uirorum numerus, quæ Dauidicæ doctrinæ capita quæ-  
 dam à delectis uiris (ut antea diximus) collecta erant, ea Academia & concio-  
 uocato per Rectorem Academiae consilio unâ cum concionatoribus omni-  
 bus, in Collegium ueniunt: & super singulis capitibus, singulorum iudicium  
 sententiamq; exquirunt. Illi, singulis accuratè auditis, lectis, & expensis, uno  
 die atq; una uoce pronunciant: quæ illis capitibus proponerentur, ea esse à re-  
 cta fide Christi aliena, sacrosanctis literis prorsus aduersa, perniciosa, contu-  
 meliosa, in Dei & Iesu Christi Maiestatem, atque à tota Christi Iesu Republica  
 exterminanda. Quod cum Senatus intellexisset, de captiuis primum agere cõ-  
 stituit, post, de ipso seductore. Ergo, quandoquidem uidet captiuos partim ni-  
 hil apertè cõfiteri, quod dicerent, se eius dogmatis ignaros esse: partim in uiam  
 rediisse: omnes autem una uoce Dauidicam hæresim detestari. Quinto Idus  
 Maij omnes è custodia in qua iam alterum ferè egerunt mensem eximi ac di-  
 mitti decreuit, ea tamen lege: primum ne qua in posterum extra urbis mœnia  
 bona, & possessiones coemant sine senatus consensu & autoritate: peregrin-  
 os nullos ex inferiore Germania hospitio accipiant, ne consanguineos qui-  
 dè: sed si qui uenerint, ad publica diuersoria mittant. Dauidicos libros omnes  
 siue typis, siue manu scriptos, qui uillo modo Dauidicum fermentum redole-  
 ant, quos apud se habeant, mox domum reuersi, in curiam ferant: librum nullũ  
 in lingua Batauica conscriptum, apud se retineant, habeant uè: nihil ueræ ac rece-  
 ptæ in publicis ecclesijs nostris religioni contrarium unquam scribant. Libe-  
 ros suos nulli præterea nisi Basiliensi scholæ, erudiendos tradant, cum nullo  
 nulla uè ex inferiore Germania, qui quidem nunc in eorum sunt familia, cõnu-  
 bia contrahant. Familiam præterquam ex hac regione acceptam, nullam domi-  
 ni prædij uè, habeant. Multam pecuniariam, si quam Senatus interrogauerit (id  
 quod optimo iure potest) pendant, & persoluant. Ac demum, se cum mulieri-  
 bus, & familia reliqua certo die in summo urbis templo, sistant: ibiq; coram Ec-  
 clesia, ueram Christi Iesu religionem confiteantur: atque ex aduerso, Dauidis  
 Georgij sectam uniuersam, eiusq; decreta distinctè damnent, ac detestentur:  
 ita ut cum eius sectæ hominibus nullam, in posterum communionem, aut fa-  
 miliaritatem habeant. In his omnibus, atq; alijs honestis & licitis obsequentes  
 se præbeant: & uti bonos ciues decet, se ubiq; gerant. Hæc illi se præstituros  
 esse, religiosè promittunt, gratias multas prudentissimo Senatui agentes sub-  
 mittuntur. Biduo post, quæ dies fuit eiusdem anni tertia Idus Maij, iudices re-  
 rum capitalium, de Dauidis Georgij cadauere, in sepulchro existente libris, &  
 reliquis ad eum pertinentibus in arcam productis, extremum iudicium insti-  
 tuunt. Itaq; ubi iudices confedère, qui fisci nomine causam agebat, ita accusatio-  
 nem aduersus eum intendit, ut primum obijceret, eius in urbem hanc aduentũ  
 Euangelij prætextu, cum tamen ob suam perniciosam ac turbulentam sectam,  
 doctrinamq; ex inferiore Germania profugisset: ob quam non parua multitu-  
 do utriusq; sexus, tum etiam propria eius mater uita multati fuerat, tum totius  
 temporis quo hic fuit, simulationem ueræ religionis: tãmeti clãm ibidè suam  
 sectam, editis etiam libris qui coram essent, fouerent, eorum qui etiã num Da-  
 uidicæ uocètur. Ad hæc mutati nominis crimen, ut qui Dauid Georgius antea  
 DDD uocaretur,

uocaretur, postquā huc migrasset, Ioannes à Bruck, palām uoluerit appellari.  
 Atq; ita recitatis aliquot, eius peruersi dogmatis, locis, quib. summa ferē eius  
 doctrinā continebatur, quos iussu Magistratus antea collectos diximus, atq;  
 ab Academia uniuersa condemnatos, petijt Actor, ut de eius dogmate iudi-  
 ces, quid iure agendum censerent, pronunciare uellent. Ad hanc Actoris po-  
 stulationem, iudices censuerunt eius scripta omnia ubicunq; inuenirentur,  
 eiusq; dogmata, tanquam in diuinam maiestatem impia, & pestifera (ut sunt)  
 flammis absumenda esse. Hanc ubi latam sententiam audiuit Accusator, po-  
 stulauit secundo loco, quid de eius imagine, domi eius inuenta, quæ hominem  
 ad uiuum mirifice exprimeret: deq; eiusdem cadauere, quod in Diui Leonhar-  
 di inter Christianorum corpora conditum esset, faciendum statueret: præser-  
 tim, cū nefas esset, tam impij seductoris, & totius uiolatæ Sacrosanctæ reli-  
 gionis, rei, corpus in eo loco quiescere, ubi tantum, qui ueram Christi fidem  
 confessi sunt, iure conquiescunt. His auditis, iudices de Davidis Georgij ima-  
 gine & cadauere ita decernunt: quoniam David Georgius perniciosissimæ  
 sectæ author & fautor extitisset, quicq; Maiestatis diuinæ, & uiolatæ religionis  
 Christianæ reus, ut eius cadauer, siue ossa, & quicquid reliquum in eius sepul-  
 chro fuerit, effodiendum: extra portam Lapidæam in locum ubi de condemna-  
 tis extremum supplicium sumitur, unā cum libris & eius effigie in hasta altē, ut  
 erant, suspensa, curruī imposita à Carnifice, trahantur: atq; omnia simul rogo im-  
 posita, in cineres redigantur, haud secus ac eum ipso Dauide Georgio ex iure  
 Accusatoris postulatione audita, censent omnes, impij hominis bona, quæ  
 cunq; & ubicunq; sint, esse publicanda, atq; in ærarium publicum inferenda.  
 Hoc iudicio more Maiorum, omniq; Cæsarei, & municipalis iuris forma ser-  
 uata: proclamatum est: Si quis cōtra rectissimum hoc iudicium uerbo factioū  
 Georgij memoria in uniuersum damnata, atq; deleta est. Mox curruis cum li-  
 bris, imagine, & effosso cadauere, in locum destinatum per carnificem produ-  
 ctus, & rogo impositus: ubi à carnifice loculum solatum est, cadauer ipsum, ut  
 erat, apparuit: quod carnifex humeris & capiti subiecta in latus tabulæ, ita ere-  
 xit, ut ab omnibus, qui Dauidem uidissent uiuum, agnosci facile posset. Nam  
 satis adhuc integrum erat, præsertim barba, quæ ut erat flaua, satis hominem  
 indicabat. Erat autem ornatus in hunc modum. In capite uillosum ē serico pi-  
 leum purpura suffultum habebat, & ē rosmarino corollam: caput puluini non  
 ignobiles fulciebant: ipse undulata toga, quod camelotum uocant, uestitus: ac  
 sindone munda inuolutus. Hoc enim modò illum heredes sepellendū adorna-  
 runt. Sic positus inter sua impia scripta, subiectis flammis, exustum est Davidis  
 Georgij, qui se regem & Christum fecerat, corpus, biennio & sesqui ferē post-  
 quam est mortuus. Ad hoc spectaculum tanta confluit mortalium utriusque  
 sexus multitudo, ut uix tanta in urbe tota esse crederetur. Permirum enim erat  
 & nouum, hominem, qui tanta cum dignitate & uixisset apud eos, & sepultus  
 esset: nunc ex ipsa terra effossum, ac publico iudicio maxime in Deum & Chri-  
 stum impietatis condemnatum, comburi. Fuit certē David Georgius, quod  
 negari nō potest, magno ingenio uir, licet fordidis natus parentibus nimirum  
 (ut aiunt) patre Ludione ipseq; in prima ætate pingendi uitri artē sit sequutus,  
 sed, ut nobilis historicus de Catilina scribit, malo prauoq; id quod ex eius scri-  
 ptis plurimis, quæ sua, hoc est Hollandica lingua scripsit (nam Latinæ linguæ  
 & omnium aliarum nisi patriæ, prorsus fuit ignarus) qui intelligit, uidere pos-  
 sur, plerunq; solet accidere: ut dum alijs præstare uolunt, in maximos errores  
 incidant.

incendant: id quod omnibus ferè sectarum autoribus euenire uidemus. Quare, saluberrimum est Diuini Pauli consilium, ne uidelicet, animo elato nimis, si- nus: sed timeamus ne cum superbiæ parente illo, de cælo deturbemur. Iam tempus est ut narrationis huius extremum actum, qui cum Dauidicis, in tem- plo fuit, persequamur. Ergo pridie nonas Iunij, quatuor urbis pastores in con- cione diem indicunt. VIIII. Idus Iunij, quo die Dauidici, sectam sint palam ab- iuraturi: et ueram Iesu Christi fidẽ doctrinamq̃ professuri. Erat autem non sine causa ea delecta dies: nam primùm ea est publicis totius ciuitatis ad Deum pre- cibus dicata: Deinde, pridie eius diei conuenerant uniuersi ex agro & ditone Basiliensi pastores, ad synodum siue cõuentum celebrandum, ubi de Ecclesia- rum disciplina agi solet: idq̃ factum quò plures tam celebris atq̃ piæ actionis postredie essent testes: pluresq̃ erudirentur. Eo igitur die benè mane, confluit ex omnibus urbis regionibus multitudo tanta, ut uix amplissimo templo ca- peretur. Ad fuerunt etiã nõ postremi Dauidici ipsi, uiri & mulieres omnes cir- citer triginta: una mulier defuit que propter aduersam ualetudinẽ partusq̃ ui- cinitatem, adesse non potuit. Tum Ecclesiæ illius Basiliensis pastor, consenso suggestu piam admodum & doctam concionẽ habuit, de bono pastore. Con- cione finita, & consuetis precibus, Psalmus 130. canitur: mox pastor ipse se ad mensam, è qua Dominica cœna ministrari solet, confert. Adstat pastori ex sena- torio ordine primarius ecclesiasticæ disciplinæ censor, uir grauis & cordatus, testis & moderator omnium quæ agerentur. Ibi pastor Dauidicos nominatim appellat, atq̃ adesse iubet: ut, an quisquam forte desit, recognoscat. Vbi autem uidet omnes, præter eam quam dixi mulierem, adesse, clara uoce, ut à tãta mul- titudine exaudiri posset, sic actionem ipsam exorditur. Quod si omnium rerũ agendarum exordia à diuini numinis precatione ducẽda sunt, quo eius auspicio cuncta rectè atq̃ ordinè peragantur: multò magis ad hoc tam serium & gra- ue negotium, pijs atq̃ ardentib. uotis & precibus est pater ille cœlestis inuocã- dus: credendumq̃ ipsum quod tam saepe promisit, nobis affuturũ: & pijs pre- ces nostras audirum: præsertim cum nomine Iesu Christi eius filij simus con- gregati. Oratione igitur Dominica precibusq̃ petitis, de Ecclesiæ & magi- stratus ciuillis officio, sermonem intulit: ut diceret. Cum Deus ueram religionẽ incorruptãq̃ ueritatis doctrinam, tanquam bonum semen hominibus dede- rit, sine quo nec iustitia, nec uita ipsa constare queat, propagationẽ eius custo- diamq̃ pijs Doctoribus Pastoribusq̃ eum credidisse. Itaq̃ Paulum eos docto- res & episcopos requirere, qui sint ueritati contradicentes, ad refellendum in- structi: Magistratus uerò, Ecclesiæ Dei nutritios Esaiam diuinũ Vatem appel- lare: non solum ut eam nutriant, sed etiam ut malorum sint depulsores, synce- rãq̃ iudices religionis. Vtriq̃ aduigilandũ esse, ne qua in parte muneris suo defuisse inueniantur, tum quando reddenda erit patrifamilias suæ administra- tionis ratio. Multa, eaq̃ grauiã infligi subinde ecclesiæ uulnera, quibus sanan- dis debeant incumbere, & futura cauere. Eam ob causam, tantam multitudinẽ conuenisse, ut singulare ecclesiasticę disciplinę exemplum spectaret: In medio esse, & coram omnibus astare uiros & mulieres erroris & impietatis in Deum traductos, propter quos actio illa instituta esset, eaq̃ Coss. & Senatus Basilien- sis decreto, cui uisum sit, pòst longam diligentemq̃ inquisitionem & reorum confessionem, quia spem de eis non abiicit, ut toti Ecclesiæ publica hac con- fessione, satisfiat. Rogare igitur se uniuersos & singulos, ea quæ agenda es- sent, & agerentur, religiosa animi attentione perciperent. His dictis errorem, de quo ageretur, & impietatem patefacit: originem à Catabaptistis ductã esse, Dauidẽ Georgio per inferiorem Germaniam authore & duce. Atq̃ hoc loco capita aliquot eius hæreseos recitantur: quæ ut ex eius libris partim æditis, par- tim manu uiscriptis, desumpta fuerant, hæc sunt.



1. Omnem doctrinam hactenus à Deo per Moysen, Prophetas, ipsumque Christum Iesum, eiusque Apostolos ac discipulos, traditam, esse mancam, uero perfectam & inutilem ad ueram & perfectam consequendam felicitatem: atque in eum tantum usum traditam, ut homines quasi pueros adolentes uerue coaceret ad hoc usque tempus, atque in officio contineret. Dauidis autem Georgij doctrinam perfectam esse atque efficacem ad hominem qui eam susceperit, beatum, ita quo se oblectet pater: natum non ex carne, sed Spiritu sancto, & Spiritu Christi Iesu: qui Spiritus Christi, carne eius in nihilum redacta, quodam in loco sanctis omnibus ignoto, hactenus seruatus, nunc Dauidi Georgio totus est traditus, atque in eius animam infusus.
  2. Se igitur esse, qui domum Israël, uerosque Leui filios, (nimirum eos qui dogmata sua suscipiunt, eumque sequuntur) unam cum uero Dei tabernaculo, sic Spiritu instauraturus: non cruce, rebus, aduersis, aut morte, quemadmodum ille alter Christus, sed clementia & Spiritus Christi amore & gratia, qui sibi à patre sit datus.
  3. Se ea potentia præditum esse, qua salutem tribuere, & condemnare peccatum mundum iudicaturus.
  4. Christum Iesum in hoc à patre missum esse, atque in carnem uenisse, ut sua doctrina & sacramentorum ceremoniis, homines ueluti pueri & paruuli, nondum perfectæ doctrinæ capaces, in officio retinerentur, donec Dauid Georgius adesset, qui perfectam & efficacem illam doctrinam proferret in lucem, que homines perfectos redderet, repletumque cognitione Dei, & filij sui Dauidis Georgij.
  5. Hæc autem omnia non humano more crasse esse peragenda, ut olim per Christum Iesum, sed Spiritu & abscondite: quæ nemo intelligit, nisi qui Dauidi Georgio fidem habuerint: eiusque sequentur institutum.
  6. Ad hæc probanda, ut etiam ad alia omnia, autoritatibus & testimoniis sacrarum literarum abutitur: quasi Christus & Apostoli non se, & omnia Ecclesiæ tempora, sed Dauidis Georgij aduentum illis quæ citat proferendis, spectassent.
  7. Itaque si ratiocinatur: Si Apostolorum & Christi doctrina uera illa & perfecta fuisset, Ecclesia quoque quam sua doctrina excitauit, & formauit, necessario permanisset, neque perisset: quia aduersus ueram Ecclesiam, ne Orci quidem portæ, (ut Iesus ipse ait) quicquam ualent. Iam uero constat, per quosdam Apostolorum doctrinam & structuram funditus euersam esse: ex quo, consequi uult necessario: Apostolorum doctrinam & ædificationem, mancam & imperfectam fuisse: eam demum ueram perfectamque esse, quæ Dauid Georgius instituit & profert.
  8. At etiam, se Ioanne Baptista, cæterisque omnibus Sanctis, qui olim ante eum extiterunt, excellentiorem esse, quoniam ipse minimus ille sit in regno Dei, de quo Christus ait: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. At, qui minimus est in regno Dei maior est illo. Immo ultra etiam progreditur, ut dicat, se uero esse Spiritu sancto cœlestem Christum, natum & unctum.
  9. Omne peccatum in Patrem & Filium, remitti & condonari asserit: ut Christus ipse testatur: quod autem in Spiritum sanctum, hoc est, in Dauidem Georgium commissum fuerit, nunquam neque in hoc, neque in altero seculo remittendum. Ex quo satis constare ait, se Christo esse præstantiorem.
  10. Matrimonium liberum esse: eoque neminem uni mulieri obstringi: liberorum procreationem communem esse, ijs qui Dauidis Georgij Spiritu renati sunt. Capita hæc sunt à pastore proposita.
- Sunt & alia multa nefanda in Dauidis Georgij libris & operibus: uerum his paucis gustum tantum lectori præbere placuit, alijs consulto suppressis. His esse (ut in iudicio publico cum condemnaretur fuerant) coram Dauidicis, totaque Ecclesia

Ecclesia lectis, interrogat Dauidicos Pastor, nū rectē perceperint omnia quæ lecta & pronunciata fuerant: qui cum respondissent, se optimē omnia percepisse, tom subiunxit pastor: Cum igitur ita sit, hic piorum & eruditorum in hac Ecclesia et Academia, Ecclesieq; totius præiudicia grauissimafq; sententias nō commemorabo, quod uobis ignota esse non possint: sed uos singulos appello, ut hic coram Ecclesia Dei liquidō & liberē profiteamini, utrum hæc omnia, aut aliquid eorum, aut quicquid eiusmodi farinam redoleat, siue iam prolātū, siue latens, amplectamini, credatis, probetis, & tueri parati sitis. Et hic eos admonuit, ut cauerent ne quid reluctante cōscientia ullius rei metu responderēt: sed omnia candidē, uti sentirēt in corde, proferrent. Stare eos coram Deo ipso, qui intima hominis uidet, coramq; eius Ecclesia: ubi mentientes, non homini, sed Deo & Spiritui sancto mētirentur, & scelus inexplabile committerent. Cogitare eos debere, Deum futurum ludicem & uindicē seuerum, si quouis modo fallere studerēt. Porro, si quid scrupuli in ipsorum animis, aut omnium, aut aliquorum, resideret: aut omnino aliquid uerum existimarent, eorum rationes se cum cæteris fratribus & collegis, patienter audirēt: & pia institutione eos edocurū. Se nō esse, qui eos perditos, sed sanatos cōseruatosq; Domino maxime cupiant. Itaq; se uelle ex eis audire, quid de singulis singuli sentiant: an potius ea quæ propolita sint, & alia eius secte decreta omnia, tanquam impia, (ut sunt,) fugienda ac detestanda esse, seq; ea detestari & execrari fateri uelint. Atq; iterum admonet, priusquā respondeant, attentius cogitent secum, & perpenthoritati. Ad hæc illi respondēt: quæ illa summa audiuerint, esse planē impia, & execranda, atq; à Dei Spiritu & institutis profus aliena: tallaq; quæ à Christianis de & ex animo coram Deo totoq; eius catu fateri. Hanc sententiam & singuli ordine rogati, secuti sunt. Fuit etiam inter eos qui diceret, se iam pridem eiusmodi detestatum esse. Hoc audito responso, Pastor symbolum Apostolorum, ut summam Christianæ religionis Dauidicis dogmatib. opponeret, proponit. Itaq; primum omnium quærit, num credant unum solum Deum æternum, immensæ potentia, infiniteq; sapientia, genuisse ab æterno filium unigenitum, se, & gubernare: per eundem, patres illos ueteres, Moysen & Prophetas, Spiritu sancto illustratos uerā, solidam, nullaq; ex parte mancā salutis uerē doctrinā tradidisse: quæ nullo modo in Dauidē Georgium ut Christū Dei, & Messiam spectaret. Credāt ne filium hunc, uerbū, splendorem, uerā & expressam imaginem Patris, alteram in diuinis personam ē patris substantia ante secula genitū. An firmiter teneant, eundem Dei patris uerbū filium definito tempore corpus ex uirgine, semen Dauidis lesseidē uerum assumpsisse: atq; ita diuinam humanamq; naturam coniunxisse, ut Deus & homo sit una in eo persona, unus Christus Iesus in omnia laudandus secula.

Credant ne eundem ē Spiritu, origineq; cœlesti, non carne tantum, sed Spiritu Dei Virginem fecundante, conceptum, & natum, neq; ullum hoc maiorem aut præstantiorem fuisse, aut esse nunc, aut futurum: ut in quo uno diuinitatis plenitudo ab ipsius origine, & nunc, & in æternum habitat corporaliter. Idcirco impium & nefarium esse, si quis teneat, plenitorem seu efficacitorem diuinitatem, spiritum uē in Christo Dauide, Georgio, quam in Iesu Nazareno crucifixo, Dei & hominis filio: huncq; solum esse Messiam & Christum seruatore, de quo Moyses & Prophetæ prædixere: eundem solum esse, de quo pater dixit: Hic meus est charissimus filius, quo mihiq; placeo.

An non etiam persuasum habeant, hunc Iesum summi, ueri, æterniq; sacerdotis munere perfunctum, doctrinam ex Patris sui uoluntate absolutissimā,

uite sempiternę uerbū, quod fide amplectentes, perfectē beet, & seruet in re et nū: itaq; scelestū esse, dicere, q; Dauid Georgius fecit, Christum eiu; q; Apolos imperfectā & mancā, pueriliq; etati accommodatā tantū, sapientiā tradidisse.

Eundem uerē quidem mortuum, attamen carnem corpus uē ipsius non euabuisse, seu in nihilum interiisse: sed se ipsum patri suauissimam hostiam exhibuisset, ad expianda mundi peccata: & sanguinem sudasse suum, quo credentes obliuaret, & sanctificaret.

Hoc crucis Christi fundamento, niti ueri Israēlis Ecclesiam: quę & ipsa magistri sui uestigia sequens, sub cruce gemit, probatur, & confirmatur, idq; tam diu quam diu in mundo est. Quemadmodum Dominus ipse docet, cum alii Qui uult me sequi, tollat crucem suam. Item eius uerus discipulus Paulus. Qui uolunt piē in Christo uitam agere, calamitates patientur.

Proinde sentiant uanum & nugatorium esse, quod Dauid Georgius tradit, uerum Dei tabernaculum & Ecclesiam in hac uita sine cruce & calamitatibus esse constituendam, njs qui Dauidis Georgii Spiritu pręditi fuerint.

Fateantur ne ex animo, Christum Iesum tertia die ā morte, cum suo uero corpore, quod ex Virgine natum, in Cruce perpendit, & sepulchro conditum fuit, uerē excitatum esse, non Spiritū tantū & mysticē, ut Dauid Georgius affirmat.

An uelint firma persuasione confiteri, Christum Iesum Deum & hominem uerum, die quadagesimo postquam ē sepulchro excitatus est, sublatum Deum & hominem omnes cęlos, ad Dei Patris dexteram confedere, solum regum regem, & dominatorum dominum super omnia: ac pręter eum neminē, neq; in cęlis, neq; in terris, regnare & dominari.

Eundem ipsum, Cęleste in hoc mundo Regnum habere, sed non ex hoc mundo: quod regnum uerbo, sacris Symbolis, & Spiritu administrat, & regit.

Hunc solum proprio iure, natura & officii pręrogatiua, potestatem habere remittendi retinendiq; peccata, quę in Dauide Georgio nullo modo sit.

Hunc ipsum uenturum esse ad iudicandum uiuos & mortuos, cui soli pater omne iudicium tradidit: ad cuius tribunal omnes mortales sistendi sint, ipseq; Dauid Georgius causam dicturus coram ipso, atq; eius grauissimam sententiam uelit nolit auditurus sit, tamen si impie sibi hanc uniuersalem iudicii potestatem ausus sit arrogare.

Credant ne Spiritum sanctum tertiam in diuinis personam ab æterno patre filioq; procedentem: quo Spiritu patris et filij, non Dauidis Georgii omnia uel ad salutem consecrantur.

Num confiteri uelint, unitatē diuinitatis in Trinitate personarū, & Trinitatē personarum, in unitate substantię, uenerandam & adorandam, sicut Athanasius docet.

Tenere ne uelint & fateri, peccatum in Spiritum sanctum esse, quum pater, pater, pater agnitāq; per Spiritum, ueritati, studio & pertinacis animi proposito, reipugnat, eodemq; malicioso infestatur: nullo autem modo peccatum in Spiritum sanctum esse, in Dauide Georgium aut eius Spiritum, peccare.

Sola nos fide in Christū Iesum iustificari, ut uitam æternam gratia, nō meritis & beneficiis, consequamur: Neq; in Dauide Georgium aut ullā creaturā, credendū esse. Spiritum sanctum ita per Apostolos locutum, ut eorū doctrina non modō omnis erroris sit expers, uerū etiam lux quæ dā perfecte in Christo doctrinæ: cuius auscultatione & lectione, Ecclesia pasci debeat: ut qui ei imperfectionem tribuat, is in Christum Iesum, eiusq; Spiritum letaliter delinquat.

Vnam esse Catholicam, quę unum caput & dominum agnoscit Iesum Christum crucifixum, nunc ad patris dextram regnantem, quę per ipsum Mediatorem, preces suas ad Deum fundit: eius solius doctrinam audit, sacramentis utitur, eius

tur, eius institutione Spirituq; gubernatur. Quare, quicumque alius se Christo ostentat, uerum Christi munus sibi arrogare sacrilegus audet, eum Antichristum esse affirmat, & execratur.

Vt extra Iesu Christi nomen nulla salus est: sic extra eius nomen agnoscen- tem, predicantem, & sequentem nullam ecclesiam esse, nullam salutem.

In hac una Ecclesia remitti peccata per Christum Iesum, non per Dauidem Georgium, credentibus quandoquidem, alioqui omnes sint impuri, iraq; filij, ac proinde, morti obnoxij.

Firmiter ne credant, huius nostrae carnis, & corporis ueram, certam, minimeq; allegoricam resurrectionem fore, non aliquorum, sed omnium hominum qui fuerunt, aut usq; in diem illum futuri sunt, ubi uox filij Dei Iesu Christi, & tubae Dei sonus e coelo, in extremo die audita fuerint, ut ipse filius Dei affirmat.

Malos spiritus non homines tantum esse, sed Diabolum cum suis admini- stris, qui a Deo catenis potentiae Dei uincti ad supplicium reseruantur. Ange- los uero bonos, Spiritus & ipsos esse, Dei qui salutis sunt hereditatem adituri.

Spiritum sanctum ut promisit Christus Iesus, quotidie dari credentibus, ut mysterium salutis in Christo Iesu cognoscatur, & apprehendatur ad uitam: non in angulo coeseruatam, usq; ad haec tempora, ut in unum Dauidem Georgium sese insinuaret, ut ipse mentitus est.

An non credant, coniugij uinculum, quod ex duobus unum facit, diuinitus in paradyso institutum: deinde Mosis lege, & Christi Iesu auctoritate confir- matum, sacrosanctum esse: idcirco perperam asseri, in statu quodam perfectio- ni, quem Dauid Georgius somniauit, eius iura, & religionem solutum iri.

Postremo, num doctrinam, quam Basileae hactenus in concionibus audif- sent, & Basiliensis ecclesiae formulam amplecterentur: in eaq; acquiescerent.

Vbi haec & alia quaedam pronunciaisset Pastor, quaerit ab eis an omnia quae proposuisset, recte intellexerint: qui ubi se probe intellexisse affirmarent, iterum eos admonet, apud se diligentius cogitent & reputent, priusquam responde- ant: ne multitudini placere itudeant, secusq; quam sentiant, aliquid fateantur.

Corde enim credi ad iustitiam, oris autem confessionem fieri ad salutem. Itaq; se rogare, nihil coelent: sed liberè animi sui sententiam proferant. Si qua in re am- bigant, modeste quaerant: se omnibus ut satisfaciat, conaturum. Hic inter alios unus respondebat, haec esse capita uerae & sincerae religionis: seq; non solum hoc uerum iri. Reliqui omnes in eius sententiam terunt, idemq; se credere asseruerunt.

Alius item ex ipsorum numero inquit, se nunquam aliter credidisse, nec Christia- num esse qui aliter credat. Deinde Pastor: qui impia condemnatis, inquit, & uera religionem confessi estis, superest, ut cum noueritis ex hac secta horribilem offen- sionem, nostrae Ecclesiae & alijs quam plurimis, oblatam esse: cumq; tres uestri in custodia confessi sitis, uos falsa opinione deceptos errasse: & reitui, ut uel sanguine, uel affinitate, uel familiaritate coniuncti eidem consortio impliciti fue- ritis: requiro, ut si libeat, priorum omnium delictorum a Deo eterno Patre, per Iesum Christum unicum mediatorem filium Dei Dominum nostrum, pietatis gra- tiam & misericordiam omnes: & insuper ueniam ab Ecclesia quam offendistis, supplices postuletis, quo inferi denique in Christi corpus, & in Ecclesiae sinum reci- pi queatis. His prolati, omnes simul in genua procumbunt: Orat unus eorum subleuatis manibus. Deum Patrem per Iesum Christum, quum eius promissiones do- ceant, ipsum nolle mortem peccatoris, sed salutem & uitam, per fidelem ad ipsum con- uersionem, se suppliciter toto cordis affectu precari, ut condonet omnem offen- sam: & Ecclesiam, quae Christum refert sponsum, se & alios rogare, ut uelit clemen- ter ipsos suscipere, gratias interim agendo, pro immensis erga se beneficijs: pa- trores item, hoc est, patres Ecclesiae, ut Christi seruos rogauit, ut ipsis ignosce-

tent, & orationibus suis eos Deo commendarent, quo in uera fide Christi san-  
 dati, persistere usque ad finem possint. Eadem & reliqui sentire & petere uer-  
 bis, nutu gestibusque testabantur. Hac oratione finita, Pastor inquit, Non du-  
 bium esse, quin, siquidem ex fide petant, apertum sit Gratia Dei ostium: nec  
 Ecclesiam fore erga poenitentes supplicesque difficilem: reliquum esse, ut con-  
 testatione promitterent, idque ipsi Deo per Iesum Christum & Ecclesiam eius, in  
 manum Censoris Ecclesiastici, & suam se deinceps religionem, quam coram  
 eo coetu professi sint, ueram & Catholicam, religiosam & sanctam seruaueros, &  
 eo coetu professi sint, ueram & Catholicam, religiosam & sanctam seruaueros, &  
 professuros: & quocumque possint studio, quauis uigilantia & fide, propagatu-  
 ros. Deinde omnem falsam doctrinam & hanc Dauidicam, ceu pestem nocen-  
 tissimam uitatueros, relectueros, & damnatueros. Eandem quoque, si quibus in scri-  
 ptis extare nouerint, eiusmodi uenena redolentibus hic aut alibi, abolitueros:  
 tum hac impietate infectos homines sic ubi intellexerint, sanatueros pro ipso-  
 rum uirili & in uiam reuocatueros: idque si promittant iureiurando conceptis  
 uerbis praestito, & perfide aliquando egerint (quod Deus auerrat) manum Dei  
 uindicem habituros. Sin uero fideliter seruauerint omnia, paratam Dei gra-  
 tiam & misericordiam. Porrigunt singuli dexteram, primum censori, deinde  
 Pastori. His absolutis, Pastor, ut seruus Iesu Christi & Ecclesiae eius minister,  
 Hac professione facta, inquit, quam ex animo esse profectam, sibi ex charita-  
 tis lege instinctuque praesumat, gratiam & remissionem peccatorum omnium eis  
 annunciare: & post hanc uitam, aeternam, in nomine indiuiduae Trinitatis pa-  
 tris & filii, & Spiritus sancti, idemque eos in Ecclesiae societatem & consueti amo-  
 ri uinculum eiusdem nomine recipere, quod felix & faustum esse uelit, qui si-  
 bi hanc suo sanguine acquisiuit. Adhortatur praeterea ipsos, meminerint, quid  
 eo die factum sit, cogitentque non sine singulari Dei prouidentia & misericor-  
 dia in eum locum actumque deductos, ut saluti nimirum ipsorum consulere-  
 tur. Propterea gratias agere debere Deo Patri per Dominum Iesum Christum,  
 Magistratum item religiosissimo huius Ciuitatis Basilienis, cuius sint clemen-  
 tiam non uulgarem experti, dum clementer conseruantur: Ecclesiae quoque Ba-  
 siliensi, & eius ministris quod charitatis uiscera erga eos, tam humaniter decla-  
 rarint. Deinde meminerint, ante omnia sibi ad uigilandum esse in uerbi Domini  
 ni, sacrorumque symbolorum frequenti usu, & orationibus ardentibus assiduisque  
 quo per uirtutem Spiritus Christi Iesu ab omni errore & impietate conseruati  
 tur, eorumque actiones & studia in rectam uiam ueritatis, ad ipsius nominis glo-  
 riam, dirigantur. Ad haec, ut religiosam omnes seductionum occasiones uitent:  
 tum ne patefaciant per uitae impuritatem Sathanae fenestram ad quatuor offien-  
 discula, id quod in non paucis nostris temporis hominibus peruersa mens  
 deprehensum sit, qui ab erroribus & uana conuersatione liberaui, postea in lu-  
 xus profusionem, uicis que epicuream delapsi sunt. Et quia haecenus in ipsis an-  
 maduersum sit pacis studium, benignitas in pauperes, conuictus ab ebrietate,  
 & sermo a deiterationibus & obscenitate alienus: idem ut deinceps praestare  
 pergant, sicut deceat, eos qui Christum profitentur. In summa, dent operam,  
 spiritu, anima, & corpore ut inculpati seruentur in diem Christi: sic enim futu-  
 rum, ut uulnus hac luce uitae puritateque tanto efficacius, citiusque sanetur. Postre-  
 mo ad Ecclesiam totam, conuertit orationem: Ac, uos omnes, inquit, Charissimi in  
 Christo, animaduertitis facile, quid & quomodo hoc loco et tempore actum sit  
 cum his praesentibus fratribus, idque pro ea ratione, quam Christus Ecclesiae comen-  
 dauit, ut haud quaquam prophanum, sed religiosum & sanctum extitisse huius  
 actum existimare debeatis. Quocirca, non solum religiosi animis uos haec  
 causa haec omnia acta sunt. Sumus enim omnes ex eadem massa conflati: & no-  
 strum in perniciem restuat diabolus, qui etiam inter filios Dei reperitur, maximeque  
 in eos


in eos fertur infestus. Idcirco memores esse debemus dicti Christi: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: tum quod modò his fratribus inculcaui, uobis commendatissimum esse cupio, quo profligata in peccatis securitate, & scelerum dominatu, uos animi submissione & reuerentia uobis Euangelici saluteriq; uebi patefaci, & pietatem illibatam Domino approbare insistatis, & amplecti filium aeternũ & unicum liberatorem nostrũ, ne breui exardescat ira eius in nos, ut contra contumaces & ingratos, & pro incorrupta ueritate, seducto Ecclesiã in uadat, aut eosmet singulos inficiat. Vlciſci namq; Dominus solet ingrati animi pertinaciã: ut Christus, Apostoli, & exempla, cum uetera, tum recentia, docent. Deinde quum supplices hos præsentes fratres uideritis ipsi, haud quam pertinaces erroris sui assertores: & eosdem non solum pietatis sincere, fideiq; capita nobiscum professos, sed insuper cõtrarias doctrinas detestatos esse & abiurasse, superest, ne quis uestrum ipso Christo, Apostolis, & uera Ecclesia Dei durior esse uelit, sed eos, posita offensionis memoria ut fratres & sorores, Christiana charitate complectamini, officijs fouere, ac tueri in Domino studeatis. Nam, qui stat, inquit Paulus, uideat ne cadat: cogitet quisque, labi, aberrare, & decipi, esse humanum: & ( ut Augustinus testatur ) nunquam errare angelicum, perseverare aut in errore, diabolicum. Sic enim exemplum seruatoris Christi referetis, & Ecclesiam plurimum promouebitis, si charitatem & mansuetudinem Christi ouibus dignam, declaraueritis. Hæc & alia plura in eam sententiam cum dixisset oratione Dominica precari iterum iussit, & actionem, bene eis precando, clausit. Benefaciat uobis Deus, & custodiat uos. Illuminet Dominus faciem suam super uos, & misereatur uestri, ut pacem cum Deo, pacem cum sanctis eius habeatis, per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, qui uiuit & regnat cum Deo Patre & Spiritu sancto, in omnem aeternitate, Amen. Inde cantatum est ab Ecclesia Symbolum Apostolicum, & in pace dimissus cœtus.

F I N I S.

## TERTII BELLI DESCRIPTIO QVOD MAGNVS RVTENORVM IMPERATOR CONTRA LIVONES GESSIT ANNO

1558. quo ciuitas & prouincia Torpatensis à Principe

Moschouitarum expugnata, uicta & subiugata est.



**A**TRON & memorabile præliũ gesserunt Liuones contra Rutenos anno Domini 1500. sub Ordinis Teutonici Magistro D. Vualtero à Plettenburg, excelsi animi & magnæ industria uirò. Nondum falsa doctrina aut uilla hæresis eos à Catholicismo transuersos egerat, sed priscam uitamq; religionem summa pietate & fide colebant. Igitur cum Teutonice Magister cum Rutenis configere statuisset, publica telonia & solennes Litantia triduo seruandas indicit paulò post Natalem uirginis matris, ut communibus uotis diuinam opem & prosperum prælij eventum obtinerent. Conscribit deinde Magister Præfectos & Commendatores uniuersos cum nobilibus totius Prouinciæ, quibus copias & auxilia sua coniungit quatuor Liuoniæ Episcopi, Rigensis, Torpatensis, Riualiensis & Habselensis. Rigensis mille Germanos equites adducit. Torpatensis, quingentos. Riualiensis & Habselensis, itidem quingentos simul, ita ut Magister Teutonice septem haberet Germanorum equitum millia, et quinque millia Curonum, qui

DDD 5

qui populi sunt Liuonia. Hoc exercitu Magister Rutenorum fines inuadit,  
 arcesq; & oppida quædam expugnat. Inde ipso exaltationis Crucis die ad ur-  
 bem Plescouiam tendunt. Iuxta hanc sita est planities duorum miliariorum am-  
 plitudine, in quam ubi deuenere, obuiam illis procedit Rutenorum Imperator,  
 cum centenis millibus armatorum, qui in duodecim acies distributi erant. His  
 adiuncta erat ingens Tartarorum manus triginta millia conficiens. Itaq; Teu-  
 tonicus Magister, ubi aut turpiter fugiendū, aut ingenti cum animo aduersus  
 tantum exercitum, barbarie & armis formidabilem, procedendū uidet, neque  
 quam de uictoriæ spe remittens, fortunam belli tentare statuit, & paucis suorum  
 animos cõfirmat. Præclaram sanè uictoriã, inquit, o milites hodie nobis ob-  
 uenturam de numinis benignitate & uestra omnium fortitudine facile mihi  
 promitto. In causa iustissima, Dñi non possunt non esse propitij. Vos tantum-  
 modò pristinae strenuitatis & constantiæ memores, existimate uos, decus, glo-  
 riã, patriam, libertatem, & religionē, in dextris uestris portare. Alios fortasse  
 ingens barbaræ gentis multitudo animo deijceret. Vos uerò milites dum con-  
 sidero, & cum uestra facta æstimo, quibus parentes, patriam, aras, & focos, au-  
 tari eititis, eandemq; ad extremum uitæ, armis & sanguine uestro uindicare cu-  
 rati estis, magna me spes uictoriæ tenet, animus, ætas, uirtus uestra hortantur. Hęc  
 ubi dixit non multò post utrinq; signa canuntur, Teutonicus Magister glan-  
 des ferreas & globos tormentarios uelut crebra continuatq; tonitrua in Tarta-  
 ros contorquet, inde maximo clamore infestis signis utriq; concurrunt, gladijs,  
 lanceis omniq; telorum genere res geritur. Tartari & Moschouij arcibus & sa-  
 gittis assueti, densissimo creberrimoq; telorum iactu æthera obumbrant, quæ  
 tamen uniuersa penè irrita aërem uerberant, donec ultrò in terram decidit. In-  
 gens ibi sonitus, ad cælum attollitur, bombardarum fulmina, armorū fragor,  
 uulneratorum gemitus, pereuntium clamor, tympanorum sonitus, equorum  
 hinnitus, omnia & Martem & mortem referebant. Tartari ubi prælio fusi fu-  
 gatiq; succedunt duodecim Moschouiorum acies, animis & uirtutes recentes.  
 Teutonici cælis Tartaris ubi bellum recrudescere sentiunt, quanto maiorē ho-  
 stium uim prioribus succedere conspiciunt, tanto maioribus animis in hostes  
 irruere, & uelut ab integro noua uirtute resumpta, ingenti cum fremitu cæsim  
 punctimq; confli gere, sauciare, confodere, uergente iam ad uesperam die qui  
 ex Moschouijs supererant, furtim se Plescouiam subducunt. Prælio ita direm-  
 pto, compertum est ex Teutonicorum agmine unum duntaxat interemptum,  
 Moschouiorum uerò & Tartarorū circiter centena millia trucidatos, ut duo-  
 bus miliaribus cadauera passim dispersa iacerent. Memorabilis hic erat trium-  
 phus & singulare uirtutis & fortitudinis exemplum, ac dignum quod sempi-  
 ternâ memoria donatum, nisi quam aboleatur. Moschouiorum Imperator, (qui  
 ipse in aciem non prodierat) cum summo stupore admiratur sãtum exercitum  
 tam exigua manu, tam turpiter cæsum & prostratum, atq; ilicò pacē quinqua-  
 ginta annis cum Teutonibus firmat. Quæ inita, omniq; bellico tumultu com-  
 gans, uti unum quempiam ex ferreis illis militibus (Ruteni Teutones ferreos  
 uocabant) qui tantã Moschouiorum multitudinē fuderant, ad se mittat, se unã  
 cum legato obsidem mittere, ferreum illum uirum non inhonoratum indona-  
 tūq; ad suos reuersurū. Magister Teutonicus haud inuitē unū ē militibus cata-  
 phractū equitē Moschouia uersus destinat, quē ubi Moschouia Princeps ad-  
 uentare accipit, cõfestim uniuersis Ducibus, nobilibus, & Prefectis suis denu-  
 tiã, uti præscripto die Moschouiam cõueniant, nouū uisūq; dignū spectaculū  
 eos habituros. Destinato die cataphractus in apertã planitiã iuxta uulã Princi-  
 pis, numerosa (ut fit) populi corona, circūstãte, procedit, & huc illucq; obsequi-  
 tans,

ans, petasum è capite cuiuspiam circumstantis abripit, eumq; in hippodromi centrum projicit. Illic pleno cursu lanceam in petasum dirigit, eumq; dicto citius cuspide arreptum terra subleuat. Moschouius Imperator eam equitis agilitatem conspiciens, urli in morem (solent id facere Moschouij admirantes) barrit. Rursum cataphractus demissa paululum lancea, in oppositi parietem perniciosissimo cursu fertur. Ac tamen si parietem inuasurus uideretur, ille tamen protinus intacto muro hastam reducit, & equum retrahit. Illud spectaculum denuò Principis omniumq; circumstantiū admiratio subsequitur. Resumpta iterato lancea plenissimo impetu in parietem fertur, hastamq; circumuolitantibus undiq; fragmentis, confringit. Hæc ubi omni dexteritate expedite gessisset, cataphractus, uocatur ad Principem, & accepto insigni munere ad Teutonicum Magistrum remittitur.

Vbi iam quinquagesimus à pace firmata ageretur annus, uidelicet anno 1550. ut pacis induciæ propediem essent expiratæ. Reuerendissimus Princeps D. Iodocus à Reck, Episcopus Torpatensis magnæ uirtutis, & pietatis uir, magnis impendijs & sumptibus denuò quinquennales induciæ à Rutonorum Imperatore impetrat, talibus cõditionibus, si templa Moschouiorum Rigæ, Riualix & Torpati diruta, restaurarentur: Præterea si è prouincia Torpatensi, tributa quæ exigebat, penderentur, & alijs, si quæ essent, quærelis, satisficeret. Quæ omnia si præstarent, pollicetur Moschouius quindecim annorum pacem deinde concessurum. Igitur anno 1555. hac quinquennali pace iterum expirante, Teutonicus Magister, & Episcopus Torpatensis Hermannus rursum legatos ad Moschouij Principem ablegant, pacis expetendæ causa. Quisquid Moschouius Dux respõdet, nullam se pacem Germanis indulturū, quandoquidem basilicas suas non reedificassent, nec tributum persoluissent. Cæterum intercedentibus Moschouij Ducis Consiliarijs, triennales induciæ prouincia Torpatensi, proximo triennio euerfa phana restauraturos, & exco persoluturos, exceptis Catholicæ religionis sacerdotibus quos ab hac præstatione eximebat. Hæc si facturos se promitterent & sigillo restaurentur, triennem pacem in gratiam Consiliariorum ac Ducum suorum concessurū pollicetur. Subsignant legati, maxime quoniam Episcopus Torpatensis mandarat, ut saltem quouis modo pacem referrent. Erat autem consuetudinis, ut & Moschouix Princeps legatum ad Episcopum mitteret, qui firmandæ & stabilien-dæ pacis causa crucem quandam osculabatur. Legatus ubi Torpatum uenit, recusat crucis osculum, nisi Episcopus & ciuitas Torpatensis idem quod legati Torpatenses subsignauerant, suo quoq; sigillo communirent. Habebat id temporis Episcopus Torpatensis Cancellarium Lutheranis dogmatibus impense fauentē, qui & postea anno 1558. expugnata ciuitate Torpatensi, Habitæ in carcerem coniectus, tandem ut facinorosus ignominiosa morte uitam clausit. Is Episcopo suadet, ut securè quod petebatur, subsignaret, ac postea spem Moschouiorum eluderet, Liuones eius esse roboris & potentia, ut Moschouius Princeps haud facile eos bello esset appetiturus. His ita peractis, Moschouij legatus ad Principem suum reuertitur. Interea nihil eorum quæ postulatæ & pacta erant, præstant Liuones. Elapso igitur triennio, bellum hunc in modum exoritur anno 1558. circa Epiphaniam.

Habebat id temporis Teutonicus Magister sex militum Germanorum uexilla, quos aduersus Regem Poloniæ in aciem produxerat. Igitur anno 1557. circa ferias Michaëlis ueredarium ablegat Teutonicus Magister ad Magnum Moschouix Ducē, sciscitatur an legatos ad se mittere debeat pacis diuturnioris firmandæ causa, an uerò pace recusata bellum eligat. Respondet Moschouius, Magistrum adhuc sex militū habere uexilla, quos si seruare proponat, nihil opus



hilopus esse legatis, nolle se inducias compelli: sin eos dimittere paratus sit, mittendos esse legatos, & de pace sancienda tractandum. Hoc responso accepto, omnes Liouoniae proceres congregantur, & quid faciendum consultant. Quidam aetate grandiores suadent retinendum esse militem, facile adiuuatur, Moschouium Principem bellum meditari, quandoquidem, conuentiones initas Liouones non praestitissent: nequaquam igitur dimittendum exercitum, sed totidem signa denuo conscribenda, eaque in finibus Rutenorum collocanda. Teutonicus uero Magister cum alijs quibusdam respondit, non esse dandam Moschouio belli occasionem, dimittendos esse milites. Si quid deinde moliat Moschouius, superesse adhuc uiros & uires, quibus illi aduersum iri possit. Haec sententia praualuit, & ilico exercitu dimisso paulo post Martini ferias Teutonicus Magister legatos cum centum equitibus, magno cum fastu, splendore & apparatu ad Moschouium mittit, quibus Satrapam suam coniungit Episcopus Torpatensis. Vbi ad Magnum Moschouia Principem uentum, Princeps atrium suum auro undique resplendens ingreditur, aureum solium occupat, corona regia & sceptro insignitus. Apponitur mensa deaurata, seniores Consiliarij numero duodecim lateri sinistro assident, qui uniuersi ex recepto more, quoties consilium agitari contingit, uestes Leuiticas aureas induti: Magnus uero Dux palla choralis seu sacerdotali circumdatus. Assumit praeterea Magnus Dux duos interpretes qui Germanicam simul & Rutenicam linguam callebant. Interrogat Moschouius an pacem expeterent: Afferunt illud Liouones, simulque scyphos deauratos a Torpatensi Episcopo & Ordinis Teutonici Magistro Principi Moschouio missos, offerunt. Recipit eos Moschouius, & in proximum triclinium deferri iubet. Moschouius principio recenset eorum perfidiam, qui toties pactas conuentiones elusissent, nec quicquam eorum quae sponsoerant, & sigillis confirmauerant, praestitissent. Maiorum praeterea pietatem fidem & heroicis uirtutes refert, a qua ipsos plane degenerasse ait, cultum diuinum a maioribus acceptum abrogasse, basilicas euerisse, sacerdotes & monachos profligasse: denique nullum pristinae pietatis, & uirtutis uestigium retinuisse, non illos esse Ecclesiasticos Principes, sed quouis barbaro magis profanos, qui tam in omne uitiorum flagitiorumque genus propendeant, eoque pacem nullo pacto illis concedendam. Ad haec Teutonici respondent: Se ex maiorum dationibus & computu bene subductis, deprehendere nullum tributum Moschouio deberi, quod autem pacem deneget, id Romano Imperatori se quaesturos Respondet Moschouius, quas illi quaerelas Imperatori offerre instituerant, qui mandatis eius Imperialibus, quibus praeeperat, ne templa aut monasteria demolirentur, tam procaciter & obstreperè derogassent? His ita peractis legati discedunt ad pandochium, equos instruunt, Moschouium Principem rogant, ducem itineris concedat, qui in Liouoniam eos reducat. Ceterum dati a Moschouio duces, per ambages ac deuia legatos fraudulenter circumducunt, ita ut in patriam terram non reuerterentur ante principium Quadragesimae. Interea Magnus Moschouiae Dux missa ad Liouones epistola, bellum indicit, cuius tenor hic erat:

VVILHELME LIVONVM MAGISTER, Archiepiscopo Rigen-  
sis, Episcopo Torpatensis, ceterisque Episcopi, & uniuersi Liouones. Mis-  
sistis ad nos legatos uestros, uiros bonos, Iuanum Bockhorst, Othonem  
Grothuis, & Volmarium Vurangel, cum reliquis adiunctis, ut capite co-  
ram nobis inclinato, peterent Teutonico Magistro, Archiepiscopo Rigen-  
si, Episcopo Torpatensi, cunctisque Liouoniae populis, hanc a nobis gratiam  
fieri, ut dato ad Praefectos nostros Naugardiae & Pleskouiae mandato, pax  
cum Liouonibus iuxta ueterem morem sanciretur. Nos uero Praefectis no-  
stris

## Belli Liuonici.

1993

Atque mandauimus, nullam uobiscum propter uestram iniustitiam uindicare. Caterum legati uestri Iuanus Bockhorst cum suis collegis eam pacem à nobis exorarunt, ijs conditionibus, Vt Magister Teutonicus, Archiepiscopus Rigensis, & Episcopus Torpatensis, cunctique Liuones, quicquid iniuste contra nos moliti sunt, id restituant & resarciant. Præterea illico nostris negotiatoribus concedant, cum suis negociari mercatoribus, omnisque mercium generibus, utpote ceræ, seui, loricarum, & armorum mutationes facere. Item ut Episcopus Torpatensis conquirat tributum omnium præteritorum annorum, & uniuersa debita ex tota diocesi Torpatensi, de unoquoque capite marcam Germanicam, tertio pacis firmatæ anno mittendam. Atque hoc nostrum tributum deinceps singulis annis dare debeat Episcopus sine dilatione, omnibus quoque seruitium aut ministeriū præstare uolentibus, ex quacunque natione ueniant, citra ullum impedimentum liberum in nostras regiones accessum & commercium concedant. Regi quoque Poloniae & Magni Duci Lituaniæ, aut si alius quis in Regem Poloniae, aut Magnum Ducem Lituaniæ surrogetur, nullas supplicias & auxilia ulla in referant. Quicquid præterea literæ super pace firmatæ cõfectæ, quæ multoties descriptæ sunt, & quarum nomine crucem coram omnibus uobis osculati sunt, continent, ea omnia rite legitimeque præstetis. Insuper & præfecti nostri Magnæ Naugardie & Plescouiæ has de pace iniunctas literas, ad uos per nuntium suum Melardum Torpiko miserunt: Teutonice quoque Magister, Archiepiscopus Rigensis, Episcopus Torpatensis, ceterique Episcopi loco & uice omnium Liuonum super his literis, crucem exosculati sunt, & dexteras porrexerunt: octo etiam sigillis easdem Melardo Torpiko communiuerunt, & per eundem Melardum nuntium ad nostros præfectos ita communitas transmiserunt, eum in finem, quod iuxta literarum tenorem omnia nos & præfectos nostros concernentia, iuste & legitime exequi uelletis, prout in literis scriptum continetur, in hunc usque diem. Horum omnium nihil adhuc præstitistis. Interea nos ne Christianus sanguis temere effunderetur, sæpe numero per literas uos monuimus, ut hæc pacta iuxta contentum literarum de pace conscriptarum iuste & recte exequeremini. Similiter per legatum uestrum Gerhardum Flemmingk, & nuntium Valentinum, item per Melchiorum cum suis adiunctis, itemque per Henricum Vuinter uobis nuntiauius, ut à uerbis iniustis & minimè ueracibus temperaretis, utque probos & integros uos præstaretis, in omnibus causis, iuxta literas pacis & crucis osculum, uestramque culpam agnosceretis, ne sanguis innoxius effunderetur. Vos uero nostram clementiam spreuistis, & literas liberi commestus à nobis postulastis, ea solum de causa, ut res longius protelaretur. Et quoniam legem diuinam omnemque ueritatem postposuistis, nec de crucis osculo quicquam cogitatis nostramque gratiam & clementiam aspernamini, ea propter meditamur inuocato diuino auxilio iustitiæ nostræ ergo, & uestræ iniustitiæ quædam in crucem Altissimi designastis, uos ulcisci, & uestram præuaricationem vindicare. Deo igitur nobis auxilium præstante & alterutrorum sanguinem profundente, certum erit eum non nostram ob culpam, sed uestram iniustitiam profundi. Hoc scitote, nos non minus ac uos esse Christianum principem, nec unquam gratum nobis fore spectaculum, si ullius sanguinem innocentem à nobis profundi uideamus, siue Christianus ille sit, siue gentilis. Vt autem iniustitiam uestram agnoscat, decreuimus nunc magnificam & præpotentem nostram uirtutem hac epistola, qua bellum uobis indicimus, ad effectum deducere, quam epistolam per hunc nostrum ministrum ad uos destinamus iubentes ne inuitum illum detineatis, sed liberum ad nos regressum concedatis. Datum in nostro dominio aula & urbe nostra Mosko, anno 1557. Mense Nouembri.

Nec

Nec multò post Epiphaniam anno 1558. trecentena millia militum confu-  
bit, atq; in Liuoniam mittit, ut ferro & incendio uniuersam prouinciam Torpa-  
tensem hostiliter uastent.

Moschouius ingentem exercitum longo tempore sustentare potest. Ne-  
que enim militibus suis stipendia largitur, sed agros exiguo illis prætio elocat  
quo beneficio operam ipsorum demeretur. Conscripti autem milites coram  
magno Principe comparent, & nummum, quem uocant *cyndinnick*, æstima-  
tionis unius stuferi brabantici Principi numerant. Reuersi ex bello eundem  
nummum reperunt. Occisorum autem numismata retinet Princeps, atque ita  
cognoscit interfectorum numerum. Hic igitur tam uastus & barbarus exer-  
citus, octauo post Epiphaniam die Torpatensem dioccesin inuadit, duorum-  
quæ miliarium latitudine incedentes omnia uastant, diripiunt, despoliant, de  
prædantur, ædes, & pagos, & cuncta obuia incendio, homines & pecudes gla-  
dio sustollere, iugulare, trucidare, euertere, sursum deorsumq; omnia iactare,  
non ætati, non sexui parcere, non gemitu, non luctu, nō clamore & ululatu pe-  
reuntium emolliri, omnia ibi cædibus, sanguine & incendio inundare, confli-  
& uigessimum annum constituti, Tartaris uelut mancipia uenduntur: qui utge-  
simum superabant, uniuersi nulla miseratione trucidantur. Greges armenta  
& iumenta, quæ nec assumi, nec abduci in Moschouiam poterant, uniuersa ma-  
ctantur: pagos, uicos, ac domos priusquam incendio uastant, prædatoria ma-  
nu despoliant, omniaquæ uisibus suis accommoda diripiunt, ita ut ingentem  
frumentorum, pecorum, aliarumquæ rerum prædam auherent. Quadragin-  
ta dies hanc tam immanem truculentiam barbarus ille populus exercet, uni-  
uersam Torpatensem prouinciam miserè & crudeliter scedans, diripiens ac  
deuastans, paucis arcibus & una Torpatensi ciuitate exceptis, in qua quotquot  
erant undique nihil præter flammam & fumum conspiciunt, luctu, clamore,  
& eiulatu campi & sylui reboant. Ac tantum aberat, ut Moschouij Liuones  
restituros metuerent, ut iuxta ipsam ciuitatem Torpatensem ædificia penè con-  
tigua succenderent.

Maximè autem Moschouius exercitus in Germanos saulebat, quos ubi de-  
prehendissent, miserè & immaniter afflictabant. Viros brachijs truncant. Mu-  
lieribus ubera abscindunt, alios in frustra dissecant, & membra tremantia, huc  
illucq; disseminant. Crudelè profectò & plusquam belluinum spectaculum.  
Heu cadit in quenquam tantum scelus? Igitur Moschouijs tam inhumaniter  
& supra omnem modum desoluentibus, & cuncta obuia depopulantibus, tam  
mensa nobilium & plebeiorum multitudo in ciuitatem Torpatensem cum  
uxoribus, liberis, & quas habebant facultatulis, ueluti ad asylum confugiunt  
non è uicinis duntaxat pagis, sed qui ultra decem & uiginti miliaria degebant,  
quorum omnium numerus exiguo temporis momento in tantam excreuit  
multitudinem, ut plateæ, cæmiteria, & pomæria undiq; & ubique scaterent.  
Et cum ciuitas tam immensam hominum copiam ambitu suo capere non pos-  
set, ultra decem millia cum mulieribus & liberis in fossas ciuitatis confugiunt.  
Magna ibi calamitas & miseria conspicitur, inopes, nudi & inermes sub dio  
passim sternuntur, cum gelu, glacie, frigore & niuib; omnia horrent, aspe-  
ritate & horrore stupentes enecantur. Alij fame, siti & inedia consumpti,  
uix ossibus hærentes, afflictam animam exhalant: Alij frigoris & inedia  
paulò patientiores, omni miseriarum genere cooperti, omnibusquæ uitæ ad-  
miniculis destituti, quoad possunt ægrè uitam protrahunt: sed nec tantis æ-  
rumnis ac doloribus superatis, sperato potiuntur effugio. Superueniens ex-  
nim Moschouiorum exercitus, in ipsas fossas, ubi infelix hæc plebecula  
diuiter

curiter & miserè latitabat, præcipites ruunt, gladijs, lanceis, sagittis, omnique armorum genere eos inuadunt, fauciant, fugulant, confodiunt, plagis & uulneribus opplent, ibi noua calamitas, luctus, clamor, ululatus, miseræ miseris ac cumulantur. Oppidani tantam hostium uim ac truculentiam cõspicientes, metu & formidine præsentanei discriminis anxij, nullas res qui foris erant suppeditas ferre audent, sed intra uallum & incenia se continent. Quando igitur prociâ instructis, glandes & globos tormentarios in hostes iaculantur, ita ut Moschouij tandè à ciuitate recederent. Igitur prouincia Torpatensi funditus deuastata, in ditionem Teutonici Magistri per territorium Leidense proficiscuntur, ibidemq; uti antea fecerant, uniuersa depopulantur, ut ne tugurij quidem unum incolume permaneret. Inde in ditionem Neruiensem, Teutonici quoque Magistri dominio subiectam, progrediuntur, itidem omnis deprædantes & eueruentes, ut res non belli, sed rapinæ potius & latrocinij speciem haberet. Ingressus erat exercitus Liuoniam ea parte, qua Episcopus Torpatensis arcem habebat Nyenhafen, rursumq; circa Quadragesimæ principium per territorium Neruiense ingentibus spolijs in Ruteniam regrediuntur, quæ ab inuicem plusquam quadraginta miliaribus distant. Inter eâ per uniuersam illam Liuoniæ prouinciam grassantes, sedecim miliarium latitudinem peragrarunt, nihil saluum & incolume relinquentes. Prima hæc fuit id temporis Moschouiorum in Liuoniâ irruptio, in qua nec Teutonicus Magister, nec Episcoporum ullus, hostilibus illorum uastationibus, rapinis & incendijs quicquam resistere.

Tanta clade accepta, uniuersi Liuoniæ proceres circa Dominicam Oculi, in Quadragesima, in ciuitatem Vuendensem conueniunt, quid in rebus tam deploratis consilij captandum sit, consultant. Eodem tempore Torpati ingens ac terribilis cometa conspicitur, oblongo & formidabili ratio uniuersa suspicientibus horrorem incutiens. Proceres dum consilia inter se conferunt, principio discordare, alij conscribendum militem suadent, & post serias Parochales finitima quæq; Moschouiorum, ferro & incendio depopulanda, suorumq; innoxium sanguinem pari crudelitate uindicandum, toties barbarum illum tyrannum, fuscum fugatumq; à maioribus, non tantum uirium aut roboris illi accessisse, quin & nunc uinci superariq; possit. Alij bellicas impensas & hostis potentiam considerantes, consulunt, sexaginta aut septuaginta dalerorum millia ad Magnum Moschouiz Ducem mittenda, pacemq; redimendam, iniustam emptamq; pacem legitimo bello, hac tempestate præferendam, difficulter pacem sint impetraturi. Qua sententia tandem communibus suffragijs recepta, Teutonicus Magister ilicò circa medium Quadragesimæ uerecundatum ad Moschouium Principem ablegat, petens quadrimestres inducias, & liberum accessum in Moschouiam pro firmanda pace. Moschouius petita inducias, cæteraq; omnia concedit. Igitur circa octauam Paschæ diem Teutonicus Magister quosdam deligit qui legationem ad Moschouiz Principem obeant. Iudem Episcopus Torpatensis suos legatos adornat. Et quoniam cõpertum habebat Moschouium nonnullis, propter cognitam eorum in rebus nouis molendis audaciam, plus satis infestum, destinat legationi perferendæ D. Vuolfgangum Zager, Metropolitana Ecclesiæ Torpatensis Decanum uel rum antiqua pietate, doctrina, & uirtute præstantem, qui & nouennio, publico Ecclesiæ munere perfunctus erat, priusquã D. Philippus Olmen huius historiz spectator ad idè munus ascisceretur. Erat strenuus Catholicæ religionis uindex, & collegij cui præerat p. sua uirili penè 20. annis optimè gubernârat, ita ut nouæ factionis sectatores eû Liuoniæ Papatam appellarent. Verùm quinquaginta Ruteniæ ditionis miliaribus emensis, morbo correptus, uitam

morte

morte commutat. Erat præterea duobus à Torpato miliaribus quidam eque-  
 stris Ordinis uir, primæ aptud Liuones nobilitatis, qui itidem cum familia &  
 subditis in Catholica Religione perstabat. Hic Decano in legatione peruenit,  
 da adiungitur. Legati postquam ad Magnum Moschouia Ducem peruenit,  
 pecuniam paci redimendæ destinata adferentes, perturbati in festumq; Du-  
 cis animum comperiunt, nec ullam pacem ullasue inducias impetrant. Causa  
 hæc fuit. Habebat Teutonicus Magister oppidum in Rutenorum confinio si-  
 tum, cui nomen Neruia, atque ibi arcem. Habebat quoque Moschouius Dux  
 iuxta Neruiam illam oppidum, itidem Neruia appellatū, & castro insignitu-  
 ritū. Hæc duo oppida adeo erant confinia, ut uno tantū fluuiolo interlabente  
 distinguerentur. Magistri ciuitas Germanica Neruis, Moschouius Rutenica  
 Neruis uocabatur. Ordinis Teutonici Magister in sua Neruia præter quædam  
 & centum quinquaginta equites præsidij loco aduersum Rutenos collocarat.  
 Rebus Ecclesiasticis tum in templo, tum in arce Lutheranum concionatorem  
 præfecerat. Moschouius Dux in sua Neruia tria milia Rutenorum constitue-  
 rat. Vbi quadrimestrium illarum induciarum, de quibus paulo ante dictum est,  
 unius mensis præterisset, & legati iam compluribus diebus in itinere fuissent,  
 (distat enim Moschus ciuitas à Torpato centum quinquaginta miliaria Ger-  
 manica) contigit, ut Commendatoris ministri è turribus prospicientes, uiderēt  
 ingentem Rutenorum turbam in Rutenica Neruia obambulantem. Illi conse-  
 ptim seu proteruia seu largiore potu stimulante, duos colubros puluere tor-  
 mentario grauant, in Rutenos dirigunt, & ferreas glandes in mediam turbam  
 iaculantur. Cæteri Cōmendatoris ministri, & milites qui in uicinis propugna-  
 culis & turribus præsidium agebant, pactas cum Rutenis inducias expirasse  
 putabant, nec mora grauatim nitro instructisq; tormentis, certatim eisdem Ru-  
 tenos creberrimis globis ac telis inuadunt, ut plurimi eorum occumberēt, sed  
 tenis religio erat uiolare inducias, eoque nullum in hostes telum retorquent, sed  
 confestim emissarium ad Magnum Moschouia Principem ablegant, nuntian-  
 tes quàm perfidē, & iniquē Liuones pactas inducias rupissent, plurimosq; Ru-  
 tenorum nullo bello legitime denuntiato, præter omnium opinionem telis &  
 eodem tempore quo Liuonum legati Moschum peruenierant, ad Magnū Du-  
 tracturi. Princeps recenti suorum clade & Liuonum scelere nuntiato eōmo-  
 tus, indignabundus exprobrat legatis, quàm perfidē Neruienses inducias uio-  
 lauerint, Rutenos cōtra ius & fas ex inopinato oppetuerint, obruerint, inter-  
 fecerint, impiam esse doctrinam, quam paucis ab annis susceperint, pudorem simul  
 gione profligata, omnem illos uirtutem, fidem, constantiam, pudorem simul  
 exuisse. Minatur insuper se tam insignem perfidiam ferro & flamma seuerè uin-  
 dicaturum, frustra cum illis de pace tractari, quorum animus rapinis, libidini-  
 deant, pecuniam Magistro referant, se paulo post secururum.  
 Legatis in Liuoniam reuersis, magnus Moschouia Dux ingentē exercitum  
 cum prægrandibus bombardis & machinis Neruiam Germanicam uersus mit-  
 tit, ciuitatem obsidet, armato milite & tormentis muros inuadit. Octauo obsi-  
 dionis die, ignem in ciuitatem iaculantur. Ignis nutrimentum nactus, cōtinuò  
 inualescens, totam per urbem grassatur, ipsasq; portas comburēs, hostibus in-  
 gressum patefacit. Ruteni patefacto aditu, in ciuitatem irruunt, omnia depopu-  
 lantes, Oppidani cum auxiliarijs in arcem confugiunt, sed paulo post com-  
 meatu destituti, Præfectus seu Commendator deditionem facit, hæc conditio-  
 ne, ut ipsi cum omnibus Germanis militibus liberum abitum concedant. Hoc  
 impo-

impetrato, castrum Rutenis deditur. Commendator cum suis militibus, omnibus, quas auferre sperauerant, facultatibus exuti, dimittuntur. Ciues in ius & imperium Magni ducis concedunt, eiq; sacramento se obstringunt. Expugnata Neruia, Moschouiorum exercitus arces, pagos, uicos, domos ac uillas undique quindecim milliarium latitudine circumiacentes diripit, & uastat. Notua ibi calamitas, noua ærumna & lamentatio exoritur, factumq; ita ut quotquot ibi agricolæ Teutonico Magistro antea parebant, nunc ab eo desciscunt, in Moschouij ducis iurisdictionem & imperium concederent. Direpto igitur & uastato Neruiæ territorio, circa natalem Baptistæ Rutenicus exercitus in prouinciam Torpatensem progreditur, ac tertio, post Baptistæ natalem, die primariam episcopi Torpatensis arcem, cui nomen Nienhusijs, octodecim à Torpato milliariibus distantem, obsidet. Rutenorū non pauciores erant, octoginta milliibus. His adiuncta erant ænea tormenta plurima & maxima. Prius quam huius arcis expugnationē referamus, memorabile facinus, quod olim in ea contigisse ferunt, interponemus, ut animus ab his bellicis tumultibus, ceMoschouia dux, Anno 1381. cui oppugnationi ipse intererat unā cum trecentis militum milliibus. Ac tandem post diutinam & pertinacem obsidionem cum hostium assultum diu sustinuissent, tandem solis uiribus humanis diffusi, diuini numinis clementiam & auxilium quotidianis ardētibusq; uotis expoſcunt. Præfectus ut in bellicis rebus reliquis præstabat, ita hoc quoq; in negotio, cæteris feruentior erat. Igitur quadam nocte Veneris diem proximè antecedente, in somnis peruigilat, ante aram quandam prosternitur, orat, ut in tam deplorato rerum statu Deus apparere dignetur, felicemq; tam grauis obsidionem sibi promitterent, exorto sole, cum Ruteni certam iam arcis expugnationem ferrea acuminataq; cuspidē in Dei nomine in medium Rutenorū exercitum e fenestra emittit. Fauent conatibus superi, uolat missile ferrum, & ipsi numq; ruentem suscipiunt. Ille manu moriens, telum trahit, ossa sed inter ferreus ad costas alto stat uulnere mucro. Ruteni magno cum ululatu Principis, & Imperatoris sui tam funestum & luctuosum casum deplorant, arreptumq; funus in Moschouiam perferunt. Liuones hoc mirabili memorabilicq; modo liberati, arcum perpetui trophæi loco in Basilica, quæ ibidem in castro extructa erat, ad altare suspendunt. Solebat in eo templo cultus diuinus quondam magna pietate ac deuotione peragi: nunc uerò peruersis dogmatibus receptis, nullum pristinae pietatis uestigium conspiciebatur. Arcum ibidē suspensum, uidit uenerandus uir D. P. Olmen, quondam Metropolitanae Ecclesiae Torpatensis stipendiarius Canonicus, nunc Ecclesiastes Ressensis.

Teutonicus Magister cognita arcis Nienhusen obsidione, duo Germanorum equitum millia adducit, & unā cum Episcopo Torpatensi, qui trecentos habebat equites (equester enim Ordo Rutenica depopulatione opibus fortu- nisq; omnibus exutus erat) obsessis auxilia ferre meditatur. Vbi sex adhuc mi- liaribus à Rutenico exercitu abessent, propè castrum Episcopi Torpatensis cui nomen Kieriepe, sua tentoria figunt, ibidemq; ad dies uiginti quatuor mo- rantes, omne tempus quieti & luxuriæ concedunt. Obsessi, quum præter pau- cos accolas qui in arcem confluerant, & sexaginta præsidarios milites, nul- la haberent auxilia, diutina obsidione fatigati, nullaq; suppetiarum spe afful- gente, & rebus accisis deditionem faciunt, ea cōditione, ut ipsi cum foemineo comitatu securi abscedant. Cæterum duo milliaria progressi, in aliud Rute- norum agmen incidūt, qui raptis uirginibus & foeminis, illos nudos, omniq; argenteo

argento spoliatos dimittunt Teutonicus Magister de ditionem factam intelligens, ira simul ac dolore exacerbatus, Castrum Episcopi Torpatensis Kieriepe igne succendit. Præclarum hoc fuisset & gloria dignum, si facinus istud in hostem designasset. Expugnata igitur arce Nyenhufen, & præsidio munita, Dux exercitus Rutenici cum uniuerso agmine ad Teutonicum Magistrum pergit, prælium cum eo committere constituens. Magister re intellecta, ocyus fuga arrepta, desertoq; Episcopo, è Torpatensi prouincia penè ad uiginti quinque miliaria secedit.

Ruteni equites numero triginta millia pergunt in Torpatensem prouinciam, obuios quosq; Germanos trucidant, alios plebei ordinis homines, quotquot parati erant, magno Moschouia Ducis subijci, illi parere & iureiurando obstringi, hos in gratiam recipiunt. Imperator Rutenorum, quoniam ipse bello non intererat, præfecerat exercitui Ducem quendam Moschouium, cui nomen Petro Sifegaleider, à septem triremibus Galeaceis, quib. in mari præfuerat, & piraticam exercuerat, ita appellatus. Hic cum uniuerso exercitu, uidelicet, quatuor agminibus Rutenorum seu Moschouiorum, uno Tartarorum quorum erant triginta millia, & altero tormentariorum seu sclopetariorum quoduo decim millia constituebant, machinis quoq; & tormentis æreis prægradibus, tanto, inquam, cum exercitu, ad obsidendum Torpatum progreditur. Interea quosdam Germanos deprehendens, uiros brachijs truncat, foeminis ubera & nares abscindit, hos tam miserè & crudeliter deformatos. Torpatum præmittit, denuntiat ut ciuitatem dedant, in Moschouij principis imperium concedant, nisi faciant, omnes eadem & grauiori pœna plectendos. Rutenicus exercitus sex miliaribus à Torpato castrametatur. Vniuersus militum numerus, ut ferebatur, trecentena millia constitutebat. Ciues Torpatenses & reliqui equestris Ordinis, cognita obsidione, Cathedralē Ecclesiam claudunt, præcipientes ne quisquam Missæ sacrum in ea peragat, præuaricantibus extremum supplicium interminantur. In gens sanè & horreda populi cæcitas dicamne an impietas in tam præsentaneo discrimine, rebus ita nutantibus hostico exercituumurris imminente, nec ulla humana ope ullam salutis spem promittente, diuina præsidia tam profanè aspernari, ridere & execrari.

Interea dum hostes sex miliarium interuallo castrametantur, quotidie sex aut septem Rutenorum uexilla ad urbem emicant. Cancellarius Torpatensis, cum quibusdam consiliarijs & nobilibus, Episcopum accedunt, simulat se urbe egressuros, & cominus cum hoste conflicturos. Illi portis emissi, deserto Episcopo, derelicta ciuitate, perfidi & profugi Rigam omni celeritate se recipiunt. Ciuium quoq; bona pars, opes & merces suas Rigam & Riualiam migrassante, plurimi sublati erant, ut pauci admodum, qui urbem defensarent, superessent. Hi erant Cathedralis Ecclesiæ Canonici & sacerdotes, cum Episcopo & paucis nobilibus, & plarisque qui in Catholica religione perseuerantes, intra immunitatem (ut uocant) Ecclesiæ Cathedralis habitabant: neque enim senatus aut ciues ullum in ciuitate tolerabant, qui religionem Catholicam non abiurabat. Septima mensis Iulij Centurio quidam Groningensis cū sexaginta militibus Torpatum uenit, ab Episcopo in præsidium suscipitur, inde ex opificibus & plebeis adhuc centum alleguntur. Vndecimo Iulij Rutenicus exercitus, Torpatum ad obsidendam urbem pergit. Tunc omnium Torpatensium animos ingens metus & formido inuadit, ut quid inceptare, quid moliri deberent, dubij, anxij & trepidi rerum, haud satis definire possent. Canonici assumpto duce Groningensi & plarisque nobilibus, in ciuitatem ad forum descendunt, hortantur & obsecrāt ciues, ut resumptis animis, uiriliter hostium impetum sustineant, se, uxores, liberos, & patriā, aduersus hereditarium Christiani

Christiani nominis hostem fortiter & fideliter tutenur, faciliē hostes posse propulsari, si unanimes, concordibus animis & armis, pro aris & focis dimicent. Ad hæc Consul. Si Episcopus Hermannus & Canonici Romano Pōtifici renuntient, Euangelium amplectantur, uelle ipsos ciuitatē serio & uiriliter tueri. Respondent Canonici graue hoc & exitiosum tum sibi, tum ipsis futurum, quandoquidem animaduertant post assumptam illam nouam doctrinam omnia illis aduersa fuisse, nunquam tantā à Moschouio cladem accepisse, quam post religionis mutationem pertulerint. Tandem Satrapa pronuntiat, ut quilibet sua in fide ac religione permaneat, nūc non de fide, sed pro patria, patriamque & liberis decertandum. Illud consiliū cum omnibus probaretur, sacramentum præstant, nunquam se Rutenis urbem dedituros, sed ad extremum usq; halitum pro communi omnium salute fortiter dimicatuos. Confectim tres ciuitatis portas muro obstruunt, ænea tormēta in turribus & propugnaculis collocant, ipsi undequaq; in mœnibus & speculis præsidia & excubias agitare. Vndecima Iulij die quæ in feriam secundam incidit, manē ante urbem obsidere comperiunt. Castra ante portam sanctæ Andrææ ad Orientem fecerant, eaq; uallo muniuerant. Densissimæ erant ea nocte tenebræ, ac tametsi sol tertia hora matutina exoriretur, tamen propter nebulam mirè spissam parū aut nihil prospici poterant. Torpatenses obsidione cognita, æneas glandes & tormentarios globos ea parte qua strepitum audiebant, eiaculantur, sed neque in quenquam collimare, aut quid proficerēt, scire dabatur. Sclopetarij seu sagittarij sexaginta quotidie bis ex urbe emicant, & leui pugna Rutenos adoriuntur: sed quoniam rari erant, parū efficiebant. Nebulæ densitas per Lunæ, & Mercurij diem continenter durabat, ut uix paucis passibus prospicerent, certoq; pateret, obsidionem illam à Deo ex certo uindictandi proposito permissam. Mercurij die equites Torpatenses omnes, hi ex multis æneis & plumbeis glandibus trañciunt. Speculatores quoq; & qui in turribus præsidium agebant, tormentarios globos in Rutenicum agmē iaculantur, tanta ui & copia, ut uelut flammis & incendio ciuitas sepra uideretur. Equites cum ad horas duas acriter cum Rutenis dimicassent, & hostibus unxat suorum amisso, equis uerò sagittis ac telis Rutenicis grauiter uulneratis. Ferebatur tunc in urbe, aliquot Moschouiorum millia grauioribus tormentis interfecta, conspiciebantur quoque passim equi deiectis sessoribus circūquaque procurrentes. Feria quinta Moschouij machinas ac tormenta sua instruant, non tamen in mœnia ipsa dirigunt, sed in altum leuāt, ut globi, (quos uix duo lecti uiri eleuassent) in ædium tecta pro ciderent, quorum pondere parietes, tecta ac ligna collisa ac diruta, pueros, foeminas, passimq; omnes inquitte nos repente præter expectationem opprimebant. Tantus erat ea die ac nocte intus & foris bellicarum machinarum fragor ac sonitus, ut uix alterius sermonem exaudiret.

Ruteni proxima nocte quæ Veneris diem antecedebat, ad portam D. Andrææ, fossam ingentem sub mœnibus fodiunt, & sex uasa pulueris tormentarij substituunt, ut ui pulueris eam mœniorum partem dirumperent, & subuenterent. Sequenti die circa horam nonam matutinam, denuò Ruteni terribili tormentorum fragore oppidanos inuadunt. Foeminae tum natura, tum præter tam miserabilem miseriam. Consules undiq; conspicientes, ad Cathedralē Ecclesiam ascendunt, deploratum ciuitatis statum Episcopo exponunt, dediturionem se facturos aiunt, quoniam tantam suorum calamitatem, luctum &



ærumnam ulterius coram uidere ac sustinere nullo modo queant. Episcopus  
 monet, ut meminerint deditioem sempiternæ ipsis turpitudini & ignomi-  
 niæ futuram, deinde perspectam illos habere Moschouiorū & barbariem &  
 tyrannidem, fidemq; ac religionem in Deum ac Diuos blasphemam, tum ab  
 uniuersa Ecclesia totoq; terrarum orbe dissentaneam. Expendat, ne pecudes  
 quidem à Christianis tam immaniter tractari, ut homines à Moschouijs. Con-  
 siderent quantum truculentiam & plusquam ferinam barbariem in uirgines  
 & fœminas Christianas exercuerint. Eadem & grauiora, fortassis ipsis immi-  
 nere, si spontè tam crudelis domini iugum intolerabile subeant. In hanc senten-  
 tiam cum ad perseuerantiã hortaretur Episcopus, nihilosecius pertinaciter de-  
 ditionem urget Senatus, quo factum, ut ingens dissentio in urbe exoriretur.  
 Nec multo post eodem die circa horam duodecimam legatum ad Moschouij  
 exercitus ducem mittunt, supplices rogāt, ut ab obsidione desistat, paratos se  
 fore, si uitam & facultates saluas ipsis promittat, Pōtifici & Imperio Romano  
 renuntiare, & præstito Sacramēto in ius & Imperium magni Moschouij Du-  
 cis concedere, ac deditioem facere. Exercitus Rutenici Dux accepta legatio-  
 ne, certam pacem illis promittit, si propositas condiciones inire uelint. Hoc re-  
 sponso solide gauisus Senatus, duos ex Senatoribus ad Ducem ablegat, qui  
 omnium nomine iusiurandum præsent. Ea fama ubi per urbem diuul-  
 gatur, ingens tumultus & seditio exoritur. Militum præfectus cum sua co-  
 horte, & Cathedralibus Canonicis, reliquisque Catholicis, nullo pacto ad sa-  
 cramentum Moschouio Principi præstandum induci sustinet, sed nec deditio-  
 nem facere, uerum armis, uita, & sanguine uitam Religionem, libertatem, &  
 patriam uindicare parati sunt, impiamq; & nefariam Senatus defectionē gra-  
 uiter redarguunt, salua esse adhuc mœnia, com meatum prælargum ac suffici-  
 cientem, præsidarios tamen non ita multos, tot tamen ac tales, qui & urbem  
 protegere ac defendere possint, eaq; fortitudine animiq; præstata præditos,  
 ut uitam prius & spiritum, quam urbem & libertatē amittere uelint. Senatus  
 nihil à proposito declinans, & fidem & religionem cunctaq; uitæ posthaben-  
 da arbitratur. Atq; ut culpæ ac defectionis socium haberet. Episcopum cuius  
 instantiam exploratam habebat, accedit, ipsumq; ad arcis cuiusdam & qua-  
 draginta Cathedralis Ecclesiæ Cantores, & Canonicis, hac defectione nequic-  
 quam à pristina constantia dimouentur, sed mutuam fidem ac tutelam inui-  
 cem stipulantur & promittunt, sanguinem prius profundero, quam patriam  
 prodere, uitamq; religionē abiurare, statuunt. Hæc feria sexta contingebat.  
 Postero die Moschouij exercitus Dux, cognita oppidanorum dissentione, ut  
 urbe potiretur & obsidionem conficeret, nuntiat obsessis, neminem se coactu-  
 rum ut abnegato Imperio Romano, in magni Moschouij Ducis ius & Impe-  
 rium sese dedat. Vrbe se uel uolentibus, uel inuitis oppidanis omnino potiri  
 uelle. Qui Moschouio Duci sese dedere ac iusiurandum præstare detrectent,  
 illis liberum fore, ut per uniuersum Rutenorum exercitum securè in Germa-  
 niam secedant. Qui uerò parati sint in Moschouij principis Imperium conce-  
 dere, illis uitam & facultates saluas fore. Carteris qui neutrum horum faciant,  
 extrema minatur. Ad sequentem Lunæ diem circa septimā matutinam portas  
 apertas fore, interea deliberent, & quid facturi sint constituent. Milites præsi-  
 diarij cum Cathedralibus nihilosecius armati duas subsequentes noctes per-  
 uigiles ducunt, quando quidem & Senatum cum ciuibus & Moschouios ad-  
 uersos habebant. Interea plaricq; nobiles, ciues, & fœminæ Catholicissimi reli-  
 quis paulò obseruantiores, ad Cathedralis concedunt, & uoluntarij exilium  
 unã cum ipsis eligunt, atq; ita numerus secedentium excreuit in 200. armatos,  
 & 200. fœminas ac uirgines. Die Lunæ portis adaperitis, egrediuntur Catho-  
 lici,

lici, quos Rutenici exercitus Dux, per uniuersum agmen iuxta datam fidem, dimittit. Ingens ibi luctus & eiulatus exoritur, maritus ab uxore diuellitur, fratrem foror deserit, liberi à parentibus, cognati à propinquis secedunt. Alij sereno, morbo, alioue incommodo grauati tam longinquum, ignotum, plenumq; discriminis iter suscipere nequeunt, alij bonorum facultatumq; appetentiores, Pontifici & imperio Romano renunciant, & Moschouij principis iugum subeunt, Catholici urbe, patria, ac domo profugi, omnibus derelictis, plurimæ etiam matres prolibus onustæ Riualiam contendunt. Dum per Rutenicum exercitum gradiuntur, Tartari quorum erant triginta millia, Liuones inuade re parant, eos in prædam sibi datos asserentes, arcus instruunt, & nouo eos in speratoq; prælio appetere instituunt. Fœmineus cœtus præsentaneum periculum conspicens, protinus in clamorem & eiulatum, ut fit, soluitur. Cate diebus pluerat, nec octiduo post pluebat. Nihilò secius in tanta serenitate, ingens ac formidabile tonitru in medium Tartarorum agmen quinquies im mittitur, tanto fragore ac sonitu, ut terra commoueretur. Tartari quoque in star pulueris huc illucq; dispergebantur. Nec multo post Moschouij exerci tus Dux lituo quem gerebat, designat, ut liberè dimittant Liuones, indicat præterea per interpretem, deducendos eos securè per mediâ castra & uniuersum exercitum, ingentemq; equitum cohortem ipsis adiungit, quò securius euadant. In ipso progressu plæriq; ob æstus uehementiam, & pulueris, quem equitatus ille concitabat, densitatem, languidi & emortui miserabiliter concidebant. Moschouij agminis Dux præsens huic ductui cum aliquot equitum millibus intererat, uinctumq; habebat Episcopum, quem ad abbatiam Val kenadensem ducebat, ibidemq; carcerari mancipabat. Eò ubi uentum, dimittunt. Illi paululum progressi noui discriminis, triste nuntium accipiunt. Monentur enim ab agricolis, latère à duobus milliaribus octo Tartorum millia, quibus Liuones uniuersi prædæ ac direptiõis dediti sint, uitæ quodæ ac necis potestatem in ipsos habeant. Idem secreto præmonuerant eos quidam Torpatensium, qui præstito iureiurando in Moschouij Ducis imperium concesserant. Liuones principio conflictum meditantur, postea re pernitens considerata, duos agricolas conducunt, qui eos ambitu quodam perne bat, triduo circuducunt, inde post quintiduum Riualiam ac prosperitatem sibi inuicem præcâtes, quo animus uoluntas & consilium ferebat, contendent.

F I N I S.

EEB 3 HISTO.

2002

# HISTORIA BEL- LI DITMARSICI GESTI ANNO M. D. LIX. AB INCLYTO REGE DANIAE FRIDERICO, &c. ET Illustrissimis Principibus Slesuici & Holsatiae Ducibus, &c. Item Coronatio Inclyti Regis Daniae Friderici, &c. facta Anno eo- dem die mensis Augusti uicesimo. Descriptae carmine heroico à Hieronymo Hosio Poëta Lau- reato ab inclyto Rege Daniae Christiano.

INCLYTO AC SERENISSIMO REGI  
FRIDERICO, REGI DANORVM, NORVEGIAE, GOT-  
thorum, & Henetorum, Duci Slesuicensi, & Holsatiae, Principi Dittmar-  
siae, &c. Comiti in Oldenburg D. suo Cle-  
mentissimo.



VM priore ætate mei cuiusdam negotij causa ad te in Daniam profe-  
ctus essem Serenissime Rex Friderice, eo tempore, quo inclytæ M. tue  
Coronatio facta est, & aliquandiu Haphniæ commorari cogerer, qui-  
dam consiliariorum M. tuæ me sollicitabāt, ut rerum à te in bello Dit-  
marsico præclare gestarum & coronationis tuæ historiam, antequam  
discederem, heroico carmine Haphniæ describerem, & fore adhima-  
bant, ut hanc operam R. M. tua non improbatum esset, ideoq; sum-  
mam historię Dittmarsicæ ab ijs conscriptam, qui bello ipsi interfuerunt, & qui cando-  
re & uirtute præditi sunt, ac ueræ historię seriem summam annorant, tradi mihi cura-  
bant. Illi uiri cum me hominem peregrinum omni humanitate, ac beneuolentia singu-  
lari prosequerentur, & alias mihi in meo negotio non defuissent, recipi me, quod pete-  
rent, pro ingenij mei tenuitate sedulo facturum, præsertim cum recordarer, quantum be-  
nificiorum ab inclyto, ac laudatissimo heroe Rege Danie patre tuo Christiano accepis-  
sem, & pro his meritis æternā me ei, & illius posteritati gratitudinē debere agnoscerem.

Itaq; bonam partem belli Dittmarsici Latino carmine tum reddidi, & eam R. M. tuæ  
manu scriptam exhibui, eo cōsilio, ut explorarem, utrum M. tua & M. tuæ consiliarij, quo-  
rum multi non generis tantum nobilitate, & uirtute, sed & eruditione, & sapientia iudicio  
cellunt, hanc uersionem, & uenæ in eæ tenuitatem probarent, quod ex ipsorum iudicio  
pendere mallet, quàm mei ingenij in ualidis uiribus confidere, præsertim cum ea mate-  
ria huiusmodi esset, ut non nisi præstantis poëtæ, qualem me minime esse cognosco, ac  
confiteor, uires, ac ingenium exigere uideretur. Sed cum obtulissem R. M. T. eam hi-  
storię partem, quam carmine reddideram, non tuæ M. tantum, sed & præcipuis consi-  
liariorum R. M. tuæ hanc qualemcunq; uersionem materię tractatu difficilioris non im-  
probari coniecturæ me firmæ docebant.

Nam & nobilissimo uiro, uirtute, eruditione ac sapientia excellenti D. Ioāni Fris sum-  
mo R. M. tuæ cancellario uenam meam quantumuis tenuem & ieiunam non displicere  
multis argumentis coniectare potui. Qui uir, ut ipsemet literarum lumen est ac ingens  
decus: ita Musarum hoc seculo uulgo exulantium Mecenas ac Patronus summus ha-  
beri, ac coli iure debet. Nec clarissimis uiris uirtute & eruditione præstantibus Docto-  
ri Hieronymo Zennero Cancellariæ Germanicæ præfecto, Et Doctori Bordingo, quo  
nunc Haphniensis Academia Rectore gubernatur, & Casparo Baselig Licētiato alijsq;  
meas Lucubrationes aliquando non displicuisse noui.

Iniunctum mihi ergo tum R. M. tuæ nomine fuit, ut, si fieri posset, ante, quam in Ger-  
maniam redirem, integrā historiam absoluerem, quod facturum me fuisse multi aulico-  
rum sciunt, nisi cum comitatu inclyti ac illustrissimæ Ducis Augusti Electoris Saxoniae,  
&c. discedere commodum ac minus periculosum fore mihi uisum fuisset.

Prorsus

Promissi ergo me utramque historiam belli, ac Coronationis Vuitebergæ Latinè & Germanicè scriptum editurū esse, quia & Germanicè edī aliqui uolebāt. Autumnalis enim navigationis pericula me ualde sollicitum reddebant, quod cum proficiscens in Daniā trāserem mare Balthicum, in saeuam tempestatē, ac in discrimen uitæ propè extremum incidissem, & nauem uicinam procellis diu iactatā cum uiris, qui in ea erant, miserabiliter perire, ac submergi uiderem, & nobis, qui una nauigabamus, simili periculo percundum planè putarem. Hæc enim ita euenisse, testis mihi erit nobilis ac egregius iuuenis Matthias Brand Prutenus, qui mecum in eadem nauī hanc fortunā experiebarur. Summa erant illo die in toto mari pericula. Nam & Dantiscani, Lubecenses & Hamburgenses legati ituri ad te Inclyte Rex Haphniā eodē momento cum procellæ ac fluctus natalus subuecti, incolumes euaserunt.

Scripti itaq; utramque Historiā rerum gestarum in bello Ditmarsico, & inclytæ tuæ Coronationis, sicut promiseram, Latinè oratione quidem uberiore, Germanicè breuiore. Quantum uerò operæ ac laboris triuerim in tractatione materiæ difficillimæ non nisi, qui rem intelligunt, & artis poetiæ rudes non sunt, iudicandum relinquo. Nec sciorum quorundam ac Sycophantarum iudicia, seu columnias curo, qui nullius momenti aliorum operas esse iudicant, & suas tantū admirantur, & laudant, quod alij, qui laudant, forsatis non erant. Hi sanè sibi placent. Ego candidū Lectorē oro, ut cum audit huiusmodi obrectatores, ueritatis tuendæ causa, se illis opponat, & eorum calumnias confutet. Hoc qui faciunt, Deo rem gratam facere se norint, qui obrectationes, & mendacia uituperat, & seuerissimè damnat.

Scripti autem Historiam Ditmarsicam ea fide, ut neutri parti quicquam aut addam, aut detraham, quod addi, aut detrahi non debebat. Et quanquā scio diuersa iudicia de hoc scripro futura esse, quod multi forsatis sunt, qui tibi Inclyte Rex hanc tam augmentam ac felicem uictoriam clam inuident, & me Historiæ ueritatem ubiq; non obseruasse dicent, tamen ego conscius mihi, quod nihil de uicta gente in hoc opere, quod non exploratissimum mihi fuerit, scripserim, parum illorum iudicia moror.

Quæ laudanda utrinque fuerunt, laudauī, quæ uituperanda, uituperauī. Veritas enim in Historijs obseruari, & proferri debet.

Has lucubrationes Serenissimæ Rex, tuæ M. offero, & M. tuæ Consiliariorū, & M. tuæ iudicio ac censuræ submitto, ac simplicissimè tuam M. etiam atq; etiam oro ac obrector, ut pro beneuolentia heroici animi sui hos labores clementer complectatur, ac mearum Musarum, ut hæcenus fecit, rationem benignissimè habeat. Pro hoc beneficio tuæ M. æternam gratitudinem polliceor ac Deum oro ardenti uoto, propter filium eius D. nostro suo regat, ac gubernet, & regimē tibi, & toti imperio tuo salutare, & tranquillū clementer concedat, & uulneribus Ecclesiæ suæ medeatur Amen. Datum Vuitebergæ Anno 1560. die primo Ianuarij, quo ante annum inclytus ac laudatissimus heros Christianus Rex Daniæ &c. ex hac uita ad æternam consuetudinem Dei, Angelorū & omnium Sanctorum, in uera fide, ac inuocatione Dei euocatus est.

Reg. M. T. additiss.

Hieronymus Osius.

## DESCRIPTIO BELLII DITMAR- SICI HISTORICA.



Usa uiam mecum Danorum emensa  
sub oras

Hac ex urbe, tuus cui nomen Apollo  
Melanithon

Clarus ubiq; parit tunc, cum uictoria regem  
Danorum, edomitis Ditmarsæ uiribus ora,

Holfatiæq; Duces lætis circundaret alis.

Ac caput imperij exultans urbs Haphnia Regem  
Lætiæ excipere plausu gratante triumphos,  
lætāq; dicare uiro solenni insignia ritu

Regni uellet, & instauraret honoribus aram.

Musa graui mecum defuncta labore, marinas

Nauigio dum uecta paras celeri ire per undas,  
Dumq; metu mortis, Zephyroq; furentē laboras.

Vicinamq; notas euerti turbine nauem,

Ac turbe auxilium pereuntis inane uocari,

Et fluctus æquare stupes se montibus alis,

Iamq; sub astra uenis, iam tartara penè reuisis,

Sed ductore Deo maris eluctata procellis

Optatæ tetigit tandem oræ puppis arenam:

EEE

Quorum

## Descriptio belli

Quorum semper bonos tibi cura, ac fama, patroni  
 Fuso Ditmarsis exhausta, cruore colonis  
 Bella iubent condas gestis insignia rebus,  
 Autoresq; canas belli uirtute potentes,  
 Imperioq; uiros, Regem, quo praeside gaudent  
 Dani, praecipuas gentes qui laudibus aequant,  
 Egregiosq; Duces, quibus est subiecta potestas  
 Holsatiae, quorum famam excitat undiq; uirtus.

Qui nunc imperijs pacem, nunc bella ministrat,  
 Orat opem mea lingua Deum, regat ipse labores,  
 Eius ut in laudem facundo carmine cedant

Nomine fama mori cui nescio uiuit in aeuum,  
 Meros reddiderat uita spiracula coelo,  
 Exuuiasq; Deo super astra uocante sepulcris,  
 Nomine quem Christi dici uoluere parentes  
 Omine fatali, quia qualem pingit imago  
 Nominis, hunc casti mores talem esse probabant,  
 Nostra uirum cui laude parem uix protulit etas,  
 Cuius ubiq; memor uirtutem suspicit orbis,  
 Quo moriente uicem Gnatum diuina parentis  
 Fata subire iubent, & curam regna tuendi,  
 Vernat adhuc etas huic dum iuuenilibus annis,  
 Ac crescente trahit uires cum robore uirtus.  
 Cui domus attribuit FRIDERICO regia nomen,  
 Pacis amatorem docet omen amabile Regem

**S. D. Ioannes** Esse, leuis bello causam nisi praebet hostis.  
**Ranzau sum** Ille paterna sequi forti uestigia motu  
**mus militiae** Mentis ubiq; uolet, nec degener esse parentis  
 creatur pra A uirtute, patris Gnatum trahet amula uirtus.  
 factus seu Imperij fasces humero primum ille subibat,  
**Marschalqus** Bella sub auspicio regni huic cum Martia surgunt,  
 Quae cum Ditmarso parat ultor inire Colono.

Verna reducebant aestiuos tempora soles,  
 Et pluuia secum flauens aurora trahebat  
 Pleiadas, orta nouas uires occasio bello  
 Praebet, & instaurare iubet potioribus armis  
 Auxilia, & munire suos regem undiq; fines.  
 Praesidio, ille foris uictor dum bella sequatur.

Causa Duces eadem Holsatiae monet arma capes  
 Ac fame uirtute sua tueantur honores, (sant,  
 In festare palam quos usq; salacibus audet  
 Gens linguis Ditmarsis, furor cui suadet ad iram  
 Irritare Duces morum petulantibus ausis.  
 Est graue fortunam rebus perferre secundis.  
 Nam cum diuitias genti fortuna dedisset,  
 Et circumfuso rigum undiq; flumine terram,  
 Muniamq; loci naturae robore sedem,  
 Luxuriare modis miris ferus incolae cepit,  
 Dum laxat uitij odio uirtutis habenas,  
 Dumq; facit nihili legum uiolator honorem,  
 Iuris & esse sui petulans sine iure laborat.  
 Ac libertatem patriae pratendit inanem,

Nilq; potestatem sancitam lege ueretur  
 Coelesti, poenam cui non parere meretur  
 Causa duces haec Holsatiae grauis armat in iram,  
 Danorumq; pari uindictae ardore fatigat  
 Regem, hanc unam tribus noxam punire uolunt,  
 Et cohibere uiros legum, qui uinclarecufant,  
 Nilq; magistratum poene formidine curant.  
 Cum consanguineo dux Holsata Rege pacisci  
 Foedere uterq; parat, dux magni nominis heres  
 Ioannes, & dux, proprium cui nomen Adolpho,  
 Et quo uix hodie prior est uirtute, uel armis.  
 Vnanimi motu conspirat amica uoluntas,  
 Quae tribus una sedet, Ditmarsam robore gentem  
 Eruere aduerso, si cedere sponte recuset.

Meta relaxantem terras cludebat Aprilem  
 lam sua, Verq; nouo passim ridebat amictu,  
 Regis in arma, Ducumq; freques Germania iuuētus  
 Ecce coit mercede loco, qua piscifer Albis  
 Hamburgam ante alias insignem illabitur urbem.  
 Haud mora fulmineis ardens exercitus armis  
 Iura capit belli, leges traduntur, & artes,  
 Pas quibus arma regi, & furibundi Martis habenas.  
 Praefectos etiam peditum legionibus addunt,  
 Quos penes haec est cura uiros, equitūq; magistrōs  
 More creant belli, quo singula rite gerantur.  
 Fama uirū ante alios cātatrix optima laudum  
 Insignem uirtute refert (cognomine dicunt  
 Ranzau, hunc aliis Ioannem disce uocari)  
 Ille Ducum summi praefecti munia nutu  
 Accipit, ipse regat belli uirtute labores.  
 Digna uiro tali prouincia, cuius honorem  
 Augeat haec titulis exten dens gloria famam,  
 Qui, quod auita dedit domus heredi inchoa dudum  
 Nobilitate, decus factis duplicare laborat  
 Egregijs, sequitur generosi exempla parentis. (gedi  
 Huic peditū omne uiro, huic datur agmē equestre re  
 Copia, summus eat quo iure magister in armis.  
 Huic tum conceptis sese obligat ordine uerbis  
 Tota uirū legio, sumptisq; paciscitur armis.  
 Conscriptas etiam lustrandi cura cohortes  
 Est alijs commissa uiris, ut idonea bellis  
 Arte legant atq; excludant non apta gerendis  
 Corpora, onusq; leuent ope cura bella sequentis.  
 Miles, & aër eques censuram sustinet aequam.  
 Interea cum rege Duces, quorum indiget usia  
 Bellandi ratio, sint ocyus omnia curant  
 In promptu, apta inuāt omnem instrumēta labore.  
 Editione uehi has etiam tormenta sub oras  
 Aenea Ioannes cum fido curat Adolpho  
 Holsata germano, nec non quacunq; requirit  
 Prodigus autor opū Mauors, bona larga ministrat  
 His regio subiecta, parit quae mater in usum  
 Terra

Terra uirile, potum, Cerealia dona, suillas  
 Carnes, cumq; boum teneras huc grandibus agnas  
 Mittere corporibus uicinia tota laborat  
 Spe precij, nemo quo res mutare ueretur.  
 Nec te segne trahit studium suscepta iuandi  
 Præsidio Rex bella tuo FRIDERICE potentis  
 Promis enim imperij uires, gazasq; superbas,  
 Et subeunda leuas communi incommoda sumptu,  
 Quamq; fides data poscit opam differre recusat.  
 Sulphureas tormenta faces iaculantia plaustris  
 Tendentem rabidas te uecta sequuntur in hostes,  
 Aera diues opū arma, quibus Mars utitur, hastas,  
 Ferratos currus, & equos in bella stroces  
 Promit, & in sumptu faciendo largā notatur  
 Dania, ferre negat nil Regis amore laborum.  
 Quin etiam officio iuuat hic Germania Regem  
 Rida, Ducesq; cibos mittens, ac dona Lyei,  
 Dania quam iunctam sibi gaudet amore sororis.  
 Omnia ism satis ad pugnam instaurata uideres,  
 Precipitare moram Rex utile rebus agendis  
 Iudicat, unde petit comitatu cinctus equestri  
 Pagum, qui uolbea soli à cultore uocatur  
 Illius, hic triduo Rex elabente moratur,  
 Quod domus hoc extracta loco sit saxea muris,  
 Nobilitate uiri præstantis idonea sedes,  
 Ranzaon à clare quem stirpis origine dicunt,  
 At uicina Duces equitatu rura tenebant  
 Non absente suo, qui non procul inde moratur  
 Hostis ad insidias cuius uigilare decebat.  
 a Protulit octauam dilapsi temporis ordo  
 Mense diem Maio decimam properantibus horis.  
 Seria causa duces, Regemq; coire iubebat,  
 Villa iacet, que dicta suis Hoheuesta colonis,  
 Hanc alios Domini ratione latente petebant,  
 Nuncius hinc quorum Dittmarsis imminet oris  
 Iussu, indicentes ut bella futura tabellas  
 Exhibeat coram ipse uiris, qui iura ministrant,  
 (Fama quadraginta numero octo horū esse fatetur)  
 More senatorū, & penes est quos summa potestas  
 Iussus inire uiam formidine nuncius horret  
 Gentis inhumanae, sed regia iussa capeffat  
 Non uiolanda fides iubet, ergo quod imperat hæres  
 Imperij, sortes quo Danos illi gubernat,  
 Queq; duces dant Holsatia mandata capeffat  
 Nuncius atq; metum soluatut iturus acerbum  
 Diuina spe fortis opis, qua fretus adit rem.  
 Vrbs fundata solo Dittmarsorū Heida uocatur,  
 Aggere qua non est munitior altera terre,  
 Hanc petit, & fixas baculi albi cuspide chartas  
 Sustinet ecce manu, portisq; propinquat apertis,  
 Excipit indomite uenientem gentis acerbo  
 Ludibrio, atq; necem petulantia dira minatur.

Imminet inde loco, quo tunc coiffse Senatum  
 Accipit & chartas, quarum insignita sigillis  
 Cœra tribus, uirgamq; metu horrens porrigit albā  
 Vni, cuius erat facies sibi nota, uirorum,  
 Huius ut inuisas manus accipit una tabellas,  
 Vna petit baculo, quo litera fixa pependit,  
 Terga uiri dubitantis eat spes num qua salutis,  
 Insultare nimis uni cui mille uideres,  
 Ille secare refert sese illius illa ferro  
 Velle, cor eripere hic membris exangue peremptis  
 Supplicio ille rote, aut crucis, hic dignū igne crema  
 Clamat, et ut stygij præmat illū Damonis cestro (rī  
 Cum Ducibus, cum Rege furor, qui miserit, optant.  
 Dum de responso tamen in diuersa senatus  
 Sensa secat mentes, & causam ponderat omnem:  
 Lautā uiro dat coena dapes, laticesq; Lyei  
 Nectareos, curam uino ille, ciboq; serenat.  
 Hoc patet exemplo nondum omne iacere colonis  
 iustitiæ studium, aut lapsum pietatis amorem,  
 Non omnes iuuat esse ferōs, sunt conscia recti,  
 Sunt, meliore regit quos mens innoxia motu,  
 Lecta uiris aperit surgentis Epistola causam  
 Belli, quam doctis edisserit ordine uerbis:  
 Nobis usq; licet spes hæc sit fota, futurum  
 Emendare suos ut iners petulantia mores  
 Vestra metu pœne, aut studio pietatis amaret,  
 Vosq; potestatem sancitam autore perenni  
 Lege Deo tactos culpæ agnitione uereri  
 Mens conuersa, magistratumq; timere iuberet,  
 O libertatem uetitam ausi ambire coloni:  
 Veram uana piam spem fecit opinio nobis,  
 Vos tādē imperio fore promptos cedere nostro.  
 Durat amor siquidem uobis data iura sequendi  
 Nullo nostra modo, nec legum uincula curas  
 Gens domini impatiens, & munia cuncta ferendi,  
 Nilq; magistratum studio dignata colendi,  
 Quem tamen adsertrix legum diuina potestas  
 Sancit, & ornari reuerenter requirit,  
 Quo rectore geri iubet alta negocia mundi,  
 Vultq; gubernari Deus illo præside gentes.  
 Vos data respuitis diuino frena coloni  
 Ordine, mox pœnis deuoti iure futuris.  
 Vobis Regis honos auso uiolatur iniquo,  
 Præsidet imperio Danis qui laude potitis,  
 Dum non esse caput patriæ contenditis illum,  
 Vos tamen ipse Deus tribuit cui iura regendi,  
 Vestra Ducum pariter stolido petulantia fastu  
 Despicit Holsatia, nec ledere parcat honores,  
 Dum quocunq; potest premit horū nomine famā.  
 Hanc subit audendi rabiem frenare uoluntas.  
 Iuris erit causam præbentes Marte domari  
 Aduerso, uirtutis opus defendere famam.

Summa literarum fecerunt.

a Rex de duces in pago Hoheuesta conueniunt, & literas feciales Dittmarsis mittunt.

Poscimus ultores patrie ratione tuendi  
 Et titulos, & iura domus, hæc causa mouendi  
 Arma, nisi ergo tibi cedendi sponte uoluntas  
 Gens eat, ingenti te robore nostra potestas  
 Aut abolere parat, seu uictam poscere pœnas.  
 Hæc manifesta Duces indicimus arma potenti  
 Danorum cum Rege, seras ne fraude geri rem.  
 Vim tua moliri nos belli iniuria cogit,  
 Hinc armare iuuat fortes in prælia turmas,  
 Tu, tibi si qua fouet spes libertatis amorem,  
 Experimentare tuas presenti pectore uires,  
 Dante Deo iustam causam fortuna iuuabit,  
 Credimus esse pium cui commendare labores.  
 Edocet hæc iræ ardentis seruore colonos  
 Littera missa recens incundi nuncia belli,

a Vulfgan-  
 gus Schon-  
 wies.

b Guilhel-  
 mus à Vual-  
 derithum.

c Reinhar-  
 dus à Vualde

Qui responsa manu scribere signata tabellis  
 Hæc Regi, Ducibusq; mouent qui bella, remittunt:  
 Inclyte Rex quo Dana uiget dominante potestas  
 Vosq; Duces, gerit Holsatiæ quibus incola morem,  
 Non, nos insimulat ceu uestra querela maligno  
 Prætextu, uiolare Deo sancti a uerendi  
 Iura magistratus autore solemus, & iram,  
 Qua duce nunc gerit arma manus, non excitat ullo  
 Nostra modo impietas, iniuria nulla, nec unquam  
 Lesimus aut uestram nos lingue crimine famam,  
 Aut que debuimus dare lege negasse probari  
 Possumus, heu culpa prætextum adfertis inanem.  
 Nos libertatem, quam liquit auita uetustas,  
 Iura sinunt, patriæq; iubent decus omne tueri,  
 Legibus imperium dominandi immune tot annos  
 Gesimus & nullis onus incidit antè tributis,  
 Nolumus ergo iugo nunc tristi ferre laborem,  
 Non obstante Deo est quàm declinare facultas,  
 Uestra quid hæc igitur miramur iniqua nocendo  
 Nobis ausa uelint, quas iure tenemur auito  
 Leges ferre, sequi nobis sine fine uoluntas.  
 Iura quod at nostris dominandi poscitis oris,  
 Et ditione frui subit harum iniusta cupido,  
 Ni uicti patriæ nulli concedimus agros  
 Sponte bono domino, & si sic decreuit habendi  
 Res amor illicitas, quod suadet adire uoluntas,  
 Martis opus tentare licet, quibus expedit, armis.  
 Et nobis fortuna fouet, uiresq; ministrat,  
 Ac belli neruos dat opes, tutam insuper oram,  
 Nec metus excidij nos arma mouere uicissim  
 Impedit, ante mori, quàm cedere malumus armis,  
 Libertate salus patitur labente ruinam,  
 Qua nihil esse potest grauius mortalibus egris.  
 Nos, adigi quos uestra nimis iniuria, causam  
 Commendare Deo compulsi cogimur armis,  
 Regem audita Ducesq; docent responsa, colonis  
 Hanc durare uoluntatem, que semper adegit

Detrectare magistratus, & uincula legum.  
 Martis ubiq; feri maturant ergo labores,  
 Præcipitare moram iubet ira, seramq; domandi  
 Gentem iustus amor, fas est frenare rebelles.  
 Agmina duces, que iam uicina tenebant  
 Hostibus arua, monent ad pugnam armare futuram  
 Vires, ut contra ferri presentius ausint,  
 Seniat aduerso cum uis inimica tumultu.

a Duciorum è numero unus erat Schönwiesius, illi  
 Egregium ante alios heroica facta probabant  
 Esse uirum, fortios hoc fortior egit in hostem  
 Nemo, fugam uirtus amat haud generosa pericli,  
 Sed crescente trahit ualidas discrimine uires.  
 Perfecti curas etiam, & graue munus obibat  
 Nobilitate domus, & origine clarus auitæ.

b Qui Vualdeythum sibi sibi sibi uendicat heres,  
 Ille auratus eques meruit uirtute uocari,  
 Et titulos auxisse potest bellator honorum.  
 Herbicomi orta dies fuerat uigesima Maij,

Duciorum hortatu progressa urgente propinquis  
 Castra locant binæ legionibus finibus oræ  
 Ditmarsæ, totidemq; equitum uicina cohortes  
 Rura tenent, longè nec agro distante moratur  
 c Tertia amica phalanx duri ductore laborem  
 Belli experta uiro, Vualdam cognomine dicunt  
 Quem patriæ ratione domus, hunc cuius origo  
 Nobilitate potest, sed clarum reddere uirtus.

Postera Phebeis radijs aurora rubebat,  
 Agmen equestre iubet cogi clangore tubarum  
 Omne repente suum Rex, (tum quem uilla tenebat  
 Cunctantem triduo Molbeca uocata colonis.)  
 Ditmarsæq; subit fines, nec idem ocyus ambo  
 Non fecere Duces, uasto iacet equore campi  
 Planities, coeunt equitum huc, pedumq; cohortes.  
 Bis, deciesq; die passus exercitus uno  
 Conscit, inq; locis agrestia tecta duobus  
 In cinerem redigit sparsis absumpta fauillis.

Villa uocata suis iacet Albersdorpha colonis,  
 Occupat hanc & rura situ coniuncta propinquo  
 Tota uirum legio, castrisq; locum eligit istum  
 Sub noctem, ante dies nec bis septem inde moratam  
 ire finit ratio rem mente sagace gerendi.

Saxonia hæret adhuc comes Oldenburgicus oris,  
 Cuius opem belli, ac uirtutem cura requirit,  
 Illius expectant hic cum ductore cohortem,  
 Munit ut socias coniuncta potentia uires.

Hæc mora dum teritur uicinos diuite pagos  
 Expoliant uictu, quos patrius incola terra  
 Deseruisse potest, belli surgente tumultu.  
 Nec spoliare sat est, uastas domino inde reliquas  
 Dante fugam igne casus multas abolere uoluptas,  
 Regis

Reges sed inuito, Ducibusq; licere quod audet  
 Miles iners bello leges laxante putatur,  
 Tam quia nulla uetat quosdam formido uagari,  
 Hostibus infelix facit hos audacia praedam,  
 Quos iam dira graui tormenta dolore fatigant,  
 Qualia uix Turcis miseros auctoribus urgent  
 Captiuos, Getica seu captus ab hoste ueretur.  
 Non nisi sincero mihi teste relata meretur  
 Fama fidem: tristi scadata cadauera tabo  
 Diuersis inuenta locis, quibus impius hostis  
 Secto uentre cor exemptum admouisse cruento  
 Ori exangue potest, aut eripuisse ciborum  
 Coctores his uentriculos lignoq; bisulco  
 Inuersos fixisse, sed hos de stipite uiuos  
 Suspendisse uiros, & ut ad positam impia metam  
 Spicula torfisse, hos teloq; furenter acuto  
 Traiecisse, dolor uitam illis donec ademit.  
 Tam diri statuunt exempla furoris, & irae,  
 Audito expaueant tali praesentius hostes.  
 O genus o hominum sygyj actum Demonis aestro,  
 Cur equare truces Turcas feritate laboras?  
 Nomine foemine hoc etiã insignẽ accipe turbæ  
 Seuiciam, quam captiuus atrocius ausam  
 Insultare serunt, adeo uxor ut ante maritum  
 Pectore maiorem immani testata sit iram.  
 Verum impunẽ Deo non hæc auctore Tyrannis  
 Seuit, habere pares solet hoc Duce talio poenas  
 Fama nouem alterna fortunæ sorte prehensos  
 Forsan ab hoste refert expertos iure uicissim  
 Funeræ probrosa crucis tormenta colonos,  
 Poena tamen uitam haud quib. aufert funere cunctis.  
 Tres perimit, reliquos modo carcere detinet hostis.  
 Nec cum iure queat uiolentam concipit iram,  
 Nec ueniam duro, quam poscitur, ore recusat.  
 Has fortuna uices sequitur dum lubrica belli,  
 Effera Ditmariæ regno gens freta furorem,  
 Ac uires studio extimulat petulanter agendi,  
 Vultq; minis patiens belli, atq; animosa uideri,  
 Fulminat usq; quibus nec quicquã, ut terreat hoste,  
 Quem terrore uetat uirtus generosa moueri  
 Est locus, unda uadis quẽ munit & agger arenis,  
 Quiq; serẽ nullis erat expugnabilis armis,  
 Tum, cum Ditmariæ est ut nondum fracta potestas,  
 Qui solet à terre cultoribus Hamma uocari,  
 Indidit huic certo quod nomen honore uetustas.  
 Ranzau: hanc belli praefectus, & auctor in illo  
 Munere summus adhortandi, Martemq; regendi,  
 Cinctus adit tum praesidio speculator equestri,  
 Nec non & peditum munitus it agmine ductor,  
 Insidias solidis struat arte sagace colonis,  
 Hostibus hæc secum pugnam simulasse futuram  
 Luce sequente potest, quos hic coisse frequentes

Tutandi studio patriam ille docetur inani,  
 Vana uiris siquidem deludit opinio mentes.  
 Nam loca, quæ minimè tunc infestare uidentur  
 Hostes uelle, petunt, dum nox ciet atra tenebras.  
 Urbis, in orbe parit quæ gestis rebus honorem, Lubecensia  
 Tempore prudentem hoc Lubeca fama senatum consensu Ro  
 Est legasse uirum nutu non cepta moranti giæ & Ducẽ  
 Regis, siue Ducum, qui pacem orare moneret millunt lega  
 Ditmarsos posito sua rura furore tuendi, tum ad Dits  
 Ferre magistratus onus ut tollerabile mallent, marsos.  
 Quam tristem patriæ pereunte salute ruinam,  
 Quamq; pati fuso funestam sanguine stragem,  
 Quem misisse potest urbs inclita merce, Sebasto  
 Nomen, at Erfamo dat stirps cognomen auorum, Legatus Lu  
 Est à secretis sancti quo turba senatus beccensis Sea  
 Vsa, parit uirtus cui nomen, ut auget honorem, bastianus Er  
 Quam pietas morum ueneranda magistra gubernat, sam secretar  
 Quæ uetat omne nefas, scelerũ nec amore laborat, rius.  
 Nec uitijs aperit poenæ securam fenestram.  
 Cumq; sit ingenio uir clarus, & ore disertio  
 Polleat, & magnas gerat illo curia causas  
 Oratore: sibi carum Lubeca fatetur.  
 Has legatus obit tum res auctore senatu,  
 Qui cupit adfertam belli à discrimine gentem,  
 Præuidet in tristes mergi quam posse ruinas,  
 Desinat armari nisi pacis amator in hostem  
 Incola Ditmariæ, cui tanta pericula surgant  
 At terit hanc operam conatus honestus inanem,  
 Pacis amat nulla gens conditione moueri,  
 Vt libertatem tutandi ponat amorem.  
 Gens deuota Deo poenis auctore futuris,  
 Quas meruisse potest scelerata licentia morum.  
 Iussa peti rigidam patitur pax ergo repulsam,  
 Saxonie unde caput redijt legatus ad urbem  
 Hinc aliquò usq; moras ubi tunc armata terebant  
 Agmina, praesidio Regis deductus amico,  
 Holfatiæq; Ducum, ne forte pericula ledant,  
 Nec, ceu spes erat hausta, rei cadit exitus actæ.  
 Altera penè dies elapsa cadebat iunij,  
 Et longis montana dabant iuga protinus umbras  
 Omnis abire loco parat illo exercitus, hostem  
 Pallat ut arte, dies ubi bis septem antè morari  
 Causa subegit, erat quam rebus inutile sperni.  
 Dicitur urbis opes equare, domosq; superbas  
 Villa (uocat terra Moldorpham cultor opimæ) |  
 Ditmariæ qua nulla iacet munitior oris,  
 Passibus inde sitam bis sex quam mille cohortes  
 Nocte silente petũt, gressuq; uolante propinquant.  
 Ac penetrant huc antè dies quàm clara resurgit.  
 His succedit agris simul agmen equestre sequenti  
 Ergo prior peditum legione nouare magistri  
 Instituant aciem, & pugna instaurare labores.



Pars qua leua loci, suo comminus agmina sistit  
Oldenburgiacæ qui stirpis origine uitam  
Ducit, & est quo uix uirtutis amantior heros,  
Oppiduli dextram legio obsidet altera partem,  
Vnde metu uacui minime ulla pericula censeat  
Esse futura, trahit quos error inutilis, hostes.

Reddit in orbe dies pulsus iubar orta tenebris:  
Sparsa molam uenti sortitam nomen ab usu  
Flamma cremat, signum dare pugnam tale sequendi  
Cauti locis mandat ductorum turba duobus.  
Primus ad has mouet arma notas exercitus, it cui  
Præses & anteuolat Schonuuusius acer in hostem.  
Qui licet aduerso motu seuam arguat iram,  
Vi potiore tamen superare pericula uictor  
Nitiitur, huic inimica gerit qui prælia, miles,  
Audet ad ipsa manus qui propugnacula stricto  
Conferere ense, nec ante metu cessare pericli,  
Quam uicisse potest, aut morte relinquere uitam.  
Virtutem fortuna iuuat, uiresq; ministrat  
Fausa uiris, tolerant forti qui mente laborem.  
Fossa repleta uadis iter hæc occludit ituris,  
Hanc pars ergo parat pede, pars transire natatu,  
Nec nunc exitij ulla uiros formido moratur.  
Aera timet, laqueosq; quibus fraudè extruat hostis.  
Tanta rapit uirtus animos, ac tanta cupido  
Vincendi, exemplis accenditur æmula pubes.  
Sic dum flumineam collo tenus ire per undam  
Tentant, sulphurei mador illis pulueris usum  
Perdidit, & frustra bombardam miles abenam  
Instaurare, globos aut eijcere arte laborat  
Iam plumbi liuentis, aquæ efficit humor ut ignem  
Vis nitri tentata neget, flammamq; sequacem.  
Hanc agit ob causam bis retrò aduersa potestas  
Principio pugne ergo uiros, spes unde colonis  
Orta caduca laresq; suos, uitamq; tuendi.  
Dum penetrant fossas limo, atq; humore repletas,  
Ad talos caligis demissos penè pedum ui  
Eripiunt pannos, sacco qui laxius herent,  
Nempe madore graues oneri quòd euntibus essent,  
Augerentq; uiris lassus sudore laborem.  
Hec exempla fidem faciunt, spondentq; futurum,  
Vt genus hoc caligarum, haud est quo tetrius ulli,  
Hoc moti mutare uelint discrimine multi,  
Est cum laude sequi quibus horrida bella uoluntas.

Vuolffgan- Quo prior alter erat nemo, nec clarior armis,  
gus Schon- Qui dum fortis obit bellandi munia ductor,  
ues globo Corpus abena uolans per inania comminus ictu  
ictus occidit. Illius haurit, & huic uitam ui uulneris aufert,  
Vnde ubi capta tulit tristem Moldorpha ruinam,  
Quartaq; lux orbi pulsus se reddidit umbris,

Ille potest moriens animam expirasse sub auræ  
Oppidulum, Holsatiæ terris quam condidit auctor,  
Ireoha uiri exuuias dignata sepulcro est.

Iam quoniam uirtus seuis accensa periclis  
Cedere nescit, ad ancipites redit agmine pugnas  
Cum toto patiens ductorum turba laboris,  
Iam uerò acer agit presentius impetus omnes,  
Et rapit, ut quondam tempestas fortiter Euro  
Flante sonora ruit, torrensus è monte iugoso  
Præcepserunt, & agricolæ exterræ, & urbes,  
Qua furor arma mouet, quæ seuit et edere stragem  
Diram hostilis amat, uimq; ardens exeret omnem:  
Hæc ruit, hæc uires audentior armat in hostem  
Tota uirum quouis iam casu immota potestas,  
Deficit aduerso hinc gens ergo fracta tumultu  
Ac percussa metu poena uictore future  
Hoste fugam Diuina, datur quacumq; facultas,  
Spe perunte salutis inuit, pugnamq; relinquunt.  
Robore namq; licet magno primum arma cieret,  
Totq; fere glandes sparse per inane uolarent  
Sulphureæ, ut nymbo iam caligaret abeno  
Aura, sonosq; resullaret polus, imaq; tellus.  
Pugnaq; sanguineis anceps crudel secret armis,  
Tresq; labor dubio casu duraret ad horas,  
Spesq; teneret adhuc uincendi uana colonos,  
Antè suas inimica uiris quam iungere uires  
Forsan adhuc disuncta loco satis agmina possent.  
Vt tamen agricolæ petit horum tota potestas,  
Ac qui bella gerunt, & qui uexilla, uirorum  
Aggeris ascensu superant fastigia quidam  
Deficit agricolis spes se, patriamq; tuendi,  
Vnde fugam exitij moliri sera uoluntas,  
Hos siquidem elabi præsens fortuna moratur,  
Parcere captiuis ire impedit impetus hostem.  
Gramine planities in morem confita prati  
Huic uicina loco est, hæc sparsa rura pererrant,  
Quos premit à tergo, iaculisq; fatigat, & armis  
Victor, dimidiam mora temporis exigit horam,  
Donec utrinq; uiget certamen, & aera complet  
Plumbea bombardis grando contorta globorum.  
Nec prius orta quies pugne, quam uicta reliquit  
Gens uitam, exuuiasq; fugæ pericula cauit.  
Sic quos uana iubet spes in statione morari.  
Et pugnare, regat uires dum uiuida uirtus.  
Impetus his etiam uitam uictoris ademit.  
Terra cruore madet, squallentq; cadauero campi,  
Tanta recens fuso riget edita sanguine strages,  
Interea oppiduli munitas obice portas  
Mox alij effractas aperire securibus instant,  
Quas eiectatos tormento etiam tetigisse fatetur  
Terre, quaterue globos etiam tetigisse fatetur  
Antè, graui noua cum conspectu pugna uigret.

Vinea fida patet, referatq; reclusa plateas  
 Oppiduli, inde prior portis comēs intrat apertis  
 Agnū cum socio, (domus Oldeburgica cui dat  
 Nomen, cuiq; illustre genus, samamq; perennem.  
 Et parit egregiam uirtus heroica laudem.)  
 Vt ui praeuertens remorante fugacibus obstet  
 Agricolis, claudatq; uiam, captosq; trucidet.  
 Quod si coepte geri res sat matura fuisset,  
 Cunctis (ut perhibenti) fugiendi erepta facultas  
 Effet idem exitium, uellet nisi parcere uictor,  
 Adfectu pietas quod erat factura benigno.  
 Rex etiā inde, Ducesq; suo comitante propinquant  
 Praesidio portis, lentosq; subire feroces  
 Strata gradu coguntur equi, quos ducit euntes  
 Arcta uiae regio, quam fosis meta profundis  
 Claudū utrimq; suis, tum plurima techna latebat,  
 Quae temere insidias aduenibus arte struebat.  
 Imposuisse rotas, & lignea uasa colonos  
 Terre sama, sudēs etiam undiq; prodiit acutas,  
 Rimarentur equos quae cuspide praeter ituros.  
 Nec non ara latent, quorum haereat ungula morsu  
 Forson equina, iubent hęc esse pericula cautos  
 Vsq; timenda uiros, prudenter agi optima res est.  
 Interea fuerat fuga quos tutata colonos  
 Rumor it hoc coisse loco, quā labitur armis  
 Haud procul inde, ministrat aquas cui spumeas Al-  
 Vltricesq; manus fortunae armare prioris, (bis,  
 lamq; nouam pugnam iunctos statione mirari:  
 Classica pulsa iubent aciem instaurare cohortes,  
 Ac ferri, quā bella mouent aduersa Coloni  
 Turbo uelut quandam luctatur in aequora uentis,  
 Aestu siue ciet maris unda furentē fragorem,  
 Miscet & horrifonos ingenti murmure fluctus,  
 Tali pene modo turbantur castra tubarum  
 Tunc clangore, iuuant rauco quem tympha plausu.  
 Aure simul pauidi claros hauriēre tumultus  
 Agricole, exitij prohibet formido morari.  
 Vt trahit agna lupo uiso, urfa leone pauorem.  
 Viq; canum timidi damae trepidare latratu  
 Forte solent, ineuntq; fugam hoc urgente uolucrem:  
 Sic hos dispersos uideas terrore uagari,  
 Quorum pars iclu perijt traiecta globorum,  
 Quos equitum intorsit bōbardis agmen ahenis.  
 Fufos esse uiros ducentos circiter aiunt.  
 Tunc, at tercentum cecidisse priore tumultu.  
 Arma uirum specie diuersa uidentur, & usis  
 Sparsa, laboratae uestes & rustica passim  
 Indumenta pedum unda ocreae, quae cura subegit  
 Abiecisse fugae, aut quae caesa ceterua reliquit.  
 Hic spoliū agricolis aliquot tormenta fugatis  
 Fortis ahenā tulit dignum auro diuite uictor.  
 Caepit ut exuuijs spoliare cadauera pugnae

Fine sequente cohors successibus uisa secundis,  
 Cernit hiare uirum data leto corpora diris  
 Vulneribus, quae quinq; cruenta subinde quis hausit  
 Ante manus posuit quam saucia languit armis  
 Quamq; dolor potuit uitam superare caducam,  
 Tantus alit uigor hos, ac tanto robore pollent,  
 Qui uastos equant quia corpore penē Cyclopes,  
 Sternit ut hos atrox tandem certamine Mauors,  
 More labant pinus euerse turbine uenti.  
 At multos etiam qui deditio salutem  
 Sperant, uictor inhumano angit uulnere miles,  
 Lege regi accensi nescit uiolentia Martis,  
 Quae uictis etiam nihil insultare ueretur  
 Multa quidem exhibui spectacula tristia uisu  
 Nescius humano saturari sanguine Mauors,  
 Misti uiris, animae quibus est pars nulla, uirago  
 Forte tenere manu iam milis inutilis hastam,  
 Et rigidis artus circumdata cernitur armis,  
 Cui uicina iacet iam cana senilibus annis  
 Foemina, quae gladio latus accinxisse uidetur,  
 Laesa tenet fuso quem dextra cruore madentem.  
 Hęc pugnae uirum matronas signa fatentur  
 Exemplo, patriam est his tanta cupido tuendi.  
 Nec gessisse duas in morem bella uirorum  
 Tantum fama, suo quin fortis adesse marito,  
 Cum labor exoritur pugnandi, quaelibet audet,  
 Et pro laude mori patriae, quam cedere mauult,  
 Sic hac Threicias uirtutis Amazonas equant  
 Laude uiris ausas concurrere fortiter armis.  
 Hęc humero frameam gestat, curuam illa securim,  
 Hęc clypeum, hęc furcas belli instrumenta bicornes,  
 Ense suum cingit latus altera miles acuto,  
 Ac uirtute uiros bellandi aequare laborat  
 Foemina saepe, salus si quando tuenda requirat,  
 Instrumenta uides uenantum qualia pisces,  
 Retia forte quibus maris unda immersa requirunt,  
 Aenea quorum aequat pars falcis imagine formam,  
 Vinq; mimatur acu, & speciem unci denotat hami,  
 Quae tenet aduerso pugnantem comminus ictu  
 Si qua uirago uirum, labor est euadere mortem:  
 Hęc tales gessisse cohors quoq; dicitur hastas.  
 Hos ne mentiri rumores fama putetur,  
 Digna fide illorum suffragia nemo negabit  
 Non audita loqui qui se se uisa fatentur.  
 Tale mihi exemplum quarenti gesta colono  
 Ditmariae patriam quidam sudante tueri  
 Rettulit: ante alias praestans uirtute uirago  
 Militis aduersi, quam gessit, in illa furcam  
 Abdit, & intestina secat, uitamq; trucidat  
 Non impune tamen, mox ausis imminet ultor.  
 Miles ut hac adimi ui uitam obseruat amico,  
 Victricem antea, manu quem uibrat utraq; inuicem  
 Ense

Mulieres in-  
 terfectae inter  
 cadauera ar-  
 matae inueni-  
 untur.

♣ Mauricius  
Ranzann.

Ense secat, stygijs abijt huic sua uita sub umbras  
Sic quo quisq; modo noxam designat, eodem  
Ipse subijt pœnam, manet hoc inmota Dei lex.  
Libertatis amor, quæ te non ausa magistro  
Exequitur mortale genus, quos ferre labores  
Te poscente, pati discrimina quæ uic recusat,  
Vt te defendat dominam, pacemq; sequatur,  
Vndiq; libertas operosa ministra malorum?  
Tu, licet à seuis hic sexus abhorreat armis,  
Foemineas armare manus in prælia gaudes,  
Te duce bella sequi temerarius impetus audet.  
Sic Dümarsidas dum te seruare laborant,  
Exitij autores proprij efficit ardor inanis  
Te, qua semper erat satius caruisse, tuendi

Victor ut exuuias exercitus, armaq; uidit,  
Foemineam demens quibus uti audacia turbam  
Iussit, in innocuas etiam haurit atrocius iram,  
Et mactare reas nil diri funeris audet  
Tum cum uicta dedit tristem Moldorpha ruinam,  
Triginta numero matronas cade peremptas  
Fama refert & adhuc teneras etate puellas,  
Aut plures, aliqui nil adfirmare uerentur.  
Deditione necem uitandi nulla potestas,  
Foemina, uirq; subijt suprema pericula uite,  
Et cum pube senes, indefensasq; puellas  
Effetasq; trucidat anus Mars cædis amator,  
Eripit exitio fugam quos, enecat omnes.  
Pugna secuta suam est finem cessante tumultu,  
Rex, uiget Imperij quæ præside gloria Danis,  
Nec nõ Holfatie ambo Duces, quorũ auget uterq;  
Quam dat auita domus, famam uirtute, patentes  
Capta tuas intra portas Moldorpha suorum  
Agmẽ agunt equitũ, et dũ nox breuis exigit horas,  
(Æstiuo acta citis quæ tempora labitur alis.)  
Præsidio uigilum muniri moenia curant,  
Ac subeunt tectis, lucem expectantq; futuram,  
Instaurantq; epulis, ac dulci robora Baccho,  
Quamq; sinunt curæ, mittunt per membra quietem.

At peditum oppidulo uicina locare cohortes  
Castra parant, & agi excubias uigilũ undiq; curant  
Iamq; cibo reuocant uires, somnoq; fruuntur,  
Tanta fatigarat moles exhausta laborum,  
Quos oriente die subijt, labente peregit  
Tanta uix, est emensa cohors quam nocte priori,  
Tadia lassarant, & anhela sitisq; famesq;  
Vires, quas curare grauis non pugna sinebat.  
Quo minor insidias eat hosti nocte sequendi  
Copia, tentandi uic prælia siue uicissim:  
Cum socio leuam comes occupat agmine partem  
Oldenburga domus quo crescere gaudet alumno.  
Tecta subijt legio uicini, atq; horrea pagi,  
Et parat excubias pars noctis obire dolose.

Inde sitam spacio uillam breuiore iacentis  
♣ Campi Mauricius uir origine stirpis auita  
Clarior, & uirtute petit (quem nobile poscit  
Ranzann adserto cognomine stemma uocari)  
Hoc equitum pago turmas, quam iure gubernas  
Præsidis ipse, locum, atq; castas sortitur agrestes.  
Hec spolio autores uictoria diuite rerum  
Augeat, opum gazas quibus exuuiasq; ministrat.  
Hac ercepta decem fisis uexilla colonis  
Luce, Duces quæ tum cum Rege tulere priores.  
Terq; decem fusi flammis ex ære metalli,  
Plurimaq; è solido ferro tormenta fibrorum  
Facta manu parti monumenta superba triumphii  
Vi multas etiam flammæ erumpentis ahenas  
Disiuluisse refert bombardas sama, coloni  
Eiectare globos his cum seruente pararent  
Pugnandi studio, patriamq; ardore tuendi.  
Miles agit prædam iam cum ductore frequentem.  
Et spolio saturare manus non cessat auaras.  
Copia diues opum raptandi exercet amorem,  
Innumeras uestes quæ strataq; plumea lectos  
Victori, rerumq; ingentes promit aceros,  
Vita quibus gaudet felix humana potiri.  
Dona nec argenti niuei, nec denegat auri  
Hæc fors, diuitias alienus & occupat hæres.  
Thesauros oriente suos huc accola bello  
Comportarat, erat spes hic quos uana tuendi.  
Iam quia præcipue uirtus animosa laborem  
Sustinuit peditum, & pugnam indefessa peregit,  
(Ferre cohors equitum fossis exclusa profundis  
A grege pignantum ardet opẽ conamine uano)  
Iustitia Rex, atq; Duces ratione mouentur,  
Non his ut ueniam spoliandi tecta reculent,  
Ante sinatur eques quam prædo subire rapinas.  
Præmia defunctos erat æquum ferre periculis.  
Quorum parta manu est, prædã illis turpi negari.  
Cui labor incubuit, debet mercede potiri  
Hæc Regi, Ducibusq; decus, famamq; meretur  
Gloria iusticie, quorum adseruere salutem  
Præsidio, & quorum peperere labore triumphos,  
His datur ante alios sortiri copia prædam.  
Est locus, inde situ regio quem parua remouit,  
(Mille modo interualla bis hæc se passibus equat)  
Forte greges nullo custode coegerat ore  
Incola, quos errare uiris ubi certa sub auris  
Fama uenit, numeroq; greges hos insuper addit  
Pene carere, terit tanto pecus agmine campos  
Gramineos, quanto quisquam uix ante notarit  
Haud mora, rumor agit, uenit unde citatus omnes  
Spe prædæ glifcente uiros, quot pene sequuntur  
Castra, Velut quondam, cum gyrat in ære coruos  
Ludus, & ad pugnam gestu glomerare uidetur  
Phœbi

Phœbi fors an aues, viso omne cadauere sparsim  
 Agmen ab æthereo ruit alis mobile traſtu:  
 Haud ſecus ad tales peditumq; equitumq; rapinas  
 Fertur, abiq; cohors, rapit omnes impetus idem.  
 Addit amor prædæ peditibus pernicious alas,  
 Quam ſibi præreptum procul iri quiſq; ueretur.  
 Viuenator ubi antè gregem indaguit aprorum,  
 Aut leue ceruorum agmen, ab omni parte iugofas  
 Cingit odora canum fyluas tum turba, latratu  
 Qui pauas uerſare ſeras in retia poſuit:  
 Sic armenta uiros circundare penè uideres,  
 Lanigerosq; greges, & equos agitare fugaces  
 Seto ſaq; ſues, redeundi oblitus oberrat  
 Miles, & officij huic è pectore cura recedit.  
 Illa minis poenæ frenanda cupido uagandi,  
 Ne, ſi ſparſa ſurens odio agmina ſentiat hoſtis,  
 Prebeat audendi illa nouas occaſio uires,  
 Legibus ergo nouis edita ſeuera rapinas  
 Rege uelant auctore, Ducumq; has publica nutu,  
 Que uiolare furor ſi quem temerarius urget,  
 Huic poenam tali dignam leuitate minantur.  
 Iamq; uiri ſero, quibus hæc data cura, laborant  
 Reliquias prædæ partiri iuris in omnes  
 Pro ratione, ſed exiguam ſuperare reliſtis  
 De prædis præſens aperit penuria prædam.  
 Quam quia præcipuam tulit antè, dariq; requirit  
 Raptor adhuc eques, orta minis diſcordia ſcruit,  
 Ac ferro res penè geri tum cepta fuiſſet,  
 Ni bello præſecta uiri compeſceret iram,  
 Qui pedes arma gerit, ſedato turba tumultu.  
 Miles, & alter eques rixator in arma laceſſunt  
 Seſe aduerſa, parantq; ſequi certamine prædas,  
 Alteraq; alterius ſpolio ardet auara potiri,  
 Vniq; ſecuta cohors, peditu ira fatigat equeſtrem,  
 Plus ſe qui perhibent ſudafſe labore, cateruam.  
 Se peperiffe ſuo præſentes ſanguine prædas  
 Altercant, belli ſeſe exbauiffiſſe tumultus,  
 A pugne cum conſictu loca tuta tenerent,  
 Excluſiq; uiuare cauis certamina foſſis  
 Nil poſſent equites, ſecum non ergo potiri  
 Hoſ ſpolijs debere, ſibi hæc ſed iure dicari.  
 Iurgia penè mouent hæc ſeditionis amorem  
 Orta uiris, uideas miſceri caſtra tumultu.  
 Turbat ut æreas ſeries conſuſa uolatu.  
 Dum tendunt per inane grues, cum turbine uenti  
 Pugnans, ſiue ciet tempeſtas orta procellas:  
 Haud ſecus, ac tunc alarum clangore uolucres  
 Dant, aut ore uage ſtrepitu, haurit et aura fragorè,  
 Indignantis eunt paſſim tunc murmura Martis,  
 Sanguineaq; uiros miſcent ad prælia tentat,  
 Miuua dum ſocijs accendere prælia lites,  
 Sed rabiem domat hæc Regisq; Ducumq; poteſtas.

Non omni ratione tamen lis orta carebat,  
 Et qui pugnârunt, & qui diſcrimine pugne  
 Immunes fuerant, prædæ omnibus una facultas  
 Exercente ſolet fieri ceu Marte rapinas,  
 Fert que quiſq; prior, putat hæc ſe iure tueri.  
 Tempore qui prior eſt, potior uult iure uideri.  
 Sic hæc cum uarias pararet uictoria prædas,  
 Vnus abit ſpolio didatus, at alter inanem  
 Spem fouet, ac ſero uacuis examinat arcas.  
 Et rapit, & que quiſq; poteſt ſibi uendicat hæres  
 Pro ſe ſollicitus ſocij nec commoda curat.  
 Ipſe modo hic ſpolio dum prædo fruatur auaro,  
 Nil alijs faueat iam que fortuna moratur.  
 Candor & ò pietas frigent & iura ſub armis.  
 Miles ut in ſocios equites hæc edidit iræ  
 Signa, minasq; ſurens odijs effudit in auras,  
 Horum oculis ſubducta cohors ſibi cauit equeſtrè,  
 Agminibus peditum loca nec uicina ſubiuit,  
 Ne numero freti, ſeu uiribus arma mouerent  
 In ſeſe & rabiem ſaturare furore pararent.  
 Sanguineum pietatis erat uitare furorem,  
 In diram poterat ſocijs qui credere cladem  
 Auxilijs, & opus moliri immane tumultu.  
 Prædandi ſtudium iam poena timenda uetabat,  
 Reliquias prædæ, nondum quam raptor abegit  
 Miles, turba uirum cogi iubet undiq; campo,  
 (Partiri ſpolia in ſocias qui parta cateruas  
 Officij ratione ſolent) ſed ſera uoluntas  
 Munus obire ſubit, pecudis pars eſſe notatur  
 Non niſi ſexta ſuper, numero que penè carebat  
 Antè, rapina poteſt huc quam minuiſſe frequentè.  
 Accidit hic etiam euentu ſic teſte, quod aiunt:  
 Rapti quiſq; tenet ius, nec communicat ulli,  
 Dum modo cõpos eat, prædæq; ample ipſemet hæc  
 Curat egente nihil ſocio ceſſare rapinas. (res,  
 Iam ſedata ſurentis erant certamina Martis,  
 Indagare iuuat numerum, qui ſanguine palmanè  
 Hanc peperère ſuo, ac uitam amiſere ſub armis.  
 Rex (cui non minus eſt uirtus, quam gloria cordi)  
 Danicus ergo, Ducesq; pares ſibi laudibus ambo  
 Hoſtatæ, quod adempta uiris ſit uira requiri,  
 Nec non & patrios ortus, ac nomina mandant,  
 Vt qui ſtirpe trahant decus, aut uirtute ſequantur,  
 Et quibus extincto uiuat laus corpore, diſcant,  
 Deq; ſuo teneant ſint cæde quot agmine fuſi,  
 Iuſſa recenſeri numero eſſe cadauera produnt  
 Non niſi tam ſauro extinctos diſcrimine centum,  
 Penè quibus cunctis obſcura negauit honorem  
 Fama, mori potuit laus his cum lumine uita,  
 Gloria parta tamen Strugmanno uindicat uni  
 Nomen ab exequijs, & idem immortalè tuetur.  
 Qui licet extremam uim paſſus adiuerit umbras

Iohannes  
 Strugman ca  
 pitaneus in  
 acie cõſoſſus  
 extinguitur.

## Descriptio belli

Vna, non abolent tamen huic cum corpore famam  
 Funera, laude domus & auita, & nomine, uiuet  
 Virtutum, longæua memor quas adseret etas.  
 Ductor erat peditum ille, nec idem in glorijs armis,  
 Arte gubernandi Martem pollebat, & usu.  
 Is dum uim belli regit, & dum dimicat acri  
 Robore, & exemplo socios accendit in hostem,  
 Et uirtute uiros, duce qua mala nulla timescit,  
 Vulnus ab aduerso procul haurit atrocis ictu,  
 Quo uigor æthereas uite exit hiante sub auras,  
 Frigidaq; exanguis somno mors occupat artus  
 Aeterno, exuuias capit urna, reuisit olympi  
 Spiritus astra, manet uirtutum fama superstes.

Odensch op  
 pidū Danie,  
 ubi sepultus  
 est inclytus  
 heros Chri-  
 stianus Rex  
 Danie.

Hoc Odesa uiro meritō se iactat alumno  
 Vrbs, quæ Daniacas iacet inter honoribus urbes  
 Clara, suiq; auget Strugmanni nomine famam.  
 Hoc etiam quæ laude caput celebri altius effert,  
 Hic Heroa tegit digno quod tumba sepucro,  
 Cui uirtute parem, aut pietatis honore secundum  
 Terra nec antē dedit, nec forte datura per eum est  
 Danica, flos erat hic Heroum, & gloria uiuus,  
 A Christi fatale dedit cui cura parentum  
 Nomine nomen, erat probitas cui congrua morum.  
 Namq; figurat enim quam nominis ominis laudem,  
 Hanc uirtute, pijsq; tulit super æthera factis.

Sic hæc empta uirum paucorum sanguine tanta  
 Palma fuit pugnae, uitam quibus autor ademit  
 Cedis, & exuuias morti grassator auaræ  
 Mars spoliū ferale dedit, quia sustulit omnes  
 Victrix cæde manus, fuga quos matura periculo  
 Eripuisse nequit, nulli grauis ira pepercit.  
 Ardet amor necis potior uirtute iuuentus  
 Gentis ob aduersæ senis Cyclopiibus æquam  
 Seuitiam, dirum qua declarare furorem  
 Gens potuit tum, captiuos cum torsit acerbo  
 Supplicio, antē quidē auditum uix quale putamus.  
 Fatales experta graui discrimine poenas  
 Gens fuit, ausa nefas uario edere crimine morum,  
 Nam pietatis amor cum penē relanguit omnis,  
 Seq; impunē uiri uicijs seruire putarent:  
 Poena diu dilata DEO tandem auspice uenit.  
 Cum Moldorpha manu uictoris adacta fuisset  
 Dedere se, ciuesq; suos, pacemq; præcari,  
 Adseruisse fugam bis mille docemur agrestes,  
 Non paucos etiam captos, cum flebile uellent  
 Exitium uitare, uiros, in uinacula dextras  
 Qui dare non renuere, cruentam euadere possent  
 Hac ratione necem, si supplice uoce pararent  
 Victores ueniam exorare, subinde furorem  
 Exiit ira, sonat miseræ cum lingua querelas,  
 Victor amat uinci pius ore querente uicissim.  
 Turba uirum captiua Ducēs, Regēq; supremos

Autores belli patriæ edocet omnia gentis  
 Consilia, atq; refert misso didicisse colonos  
 Horum exploratore uiro ad tentoria furtim:  
 Decreuisse Ducēs, & iunctum his foedere Regem  
 (Tunc Albersdorpha loca cum uicina tenerent  
 Pago, cumq; darent hanc pugnam signa sequendi)  
 Necte uiros belli casum ad quemcumq; paratos  
 Mittere, qui premerent Tilebrugge cōtinus armia  
 Tutores, atq; ambirent certamine palmam.  
 At reliquas peditum clam ducere nocte cohortes,  
 Nec nō agmē equestre parantē aduersa sub Hamma  
 Bella, manu ut defensores potiore domarent  
 Illius, insidijs aut infestare pararent.

Hoc hostes tum consilium uersare tenebant  
 Agricola, nec idem mutari posse uidebant,  
 Vnde uiros hūc quingentos, cum uesper Olympum  
 Clauderet, accersi subito per nuncia curant,  
 Orant Moldorpha tot amica è ciuibus adsint  
 Quorum quisq; uenit torquendi tela magister,  
 Bombardamq; gerit solers iaculator abenam.  
 Strata relinquebat surgens aurora mariti,  
 Quingenti numero cum non remorante subirent  
 Hamma tecta gradu, & derisis fraude colonis  
 O incauta tuis Moldorpha potentior armis  
 Imminuit legio, & pugnas aduersa subiuit,  
 Teq; fatigauit uirtute domante laborem,  
 Quem durum ancipitis pugne fors aspera mouit,  
 Donec ouante grauem sentires hoste ruinam.

Hæc exempla docent te iusti numinis iram  
 Sustinuisse, nec illius nisi talia nutu  
 Damna tulit tandem impietas exercita poenas.  
 Hoc erat auxilio te cur orbaret amico  
 Error, & arte uiros iaculandi causa peritos  
 Te delusa dolis ad egentem cogeret Hammam  
 Mittere presidio, quorum ipsa tuenda fuisses  
 Suppetijs, aliō temerē es digna uocari.  
 Hæc erat ergo tibi fatalis origo malorum.

Protulit auroram septenam lunius ortu,  
 Ranzaus, est belli cui tradita summa potestas,  
 (Polleat arma simul quod is usu, atq; arte gerendi,  
 Hoc uirtute uiro nec eat præstantior alter.)  
 Oppiduli Brunsbuttelie tutoribus infert  
 Pugnam, seq; tribus peditum legionibus armat,  
 Et quō maior eat uis, alas iungit equestres,  
 Instauratq; duas acie, remq; ordine curat.  
 Deinde loci quæ sunt ui propugnacula uictor  
 Occupat, & sentit sortem durare secundam  
 Forti quæ uires aspirat amica labori  
 Totaq; spe quod alit uicina robur inani  
 Frangit, ouante manu uitamq; rebellibus asfert  
 Ut sensere graui crebescere funera casu  
 Agricola, euentu hæc quos urgent fata sinistro,  
 Corripere

Corripere fugam, spe iam perexte salutis,  
 Si fugarebus opem ferat haud suspensa caducis.  
 Est locus, unda lacu quem circumfusa profundo  
 Tutum penè uadis reddit limoq; palusiri:  
 Huc septingentos de sexu rumor uiroq;  
 Est homines fugisse fidem qui iure meretur,  
 Ausbores siquidem huius eunt, qui uisa recensent.  
 Turba coacta metu cum sese huc abdidit, omnem  
 Hanc inimica Phalax strictis subito obsidet armis,  
 Oculidq; fugam, eademq; minatur, & iram,  
 Quam nisi flectat amor pietatis, & ausa moretur  
 Heu mortem miseris fugiendi nulla facultas.  
 At licet ardor eat mactandi cæde cateruam  
 Multis fœmineo mixtam, sexuq; uirili,  
 Nec moueant animos horum agmè inermè puellæ,  
 Aut pueri, nulla moriem qui parte merentur:  
 Se tamen opposuit summi crudelibus ausis  
 a Prefecti pietas, dirum nec passa furorem est.  
 Motus is adfectu generoso mentis honesto,  
 Quos uicisse potest, his uitam auferre ueretur,  
 Sat domuisse putat sine sanguine robur & iram  
 Genis in arma ciere ausa contraria uires.  
 Et uitam donare uiris, orantibus illam.  
 Hoc uictoris erat, cui cordi heroica uirtus,  
 Cui generosa ciet uera mens laudis amorem.  
 Nam desiderio potiendi si qua facultas  
 Sanguineo esset, agi quos penè furore uideres,  
 Militibus uim nemo uirum uitare superstes  
 Exirenam potuisset, ouans circumfide armis  
 Tunc quod tota phalanx, et demere cædibus ardet,  
 His accensa ficit tam dira cupido cruorem,  
 Nec mirum, antè quidem cum gētis atrocibus ausis  
 Cognita seuities rabidam hos accendat in iram.  
 b Hic insigne refert autoribus edita ueris  
 Fama uiri exemplum uirtutis honore perenni  
 Clarefcentis ubiq; uiri, quo præside Danis  
 Regna uigent, decus ille tulit memorabile laudum,  
 Quas illi uirtus ad auita stirpis honores  
 Addidit, huic duplicat generis que nomine famã.  
 En numero septingentos ubi comperit armis  
 Militis ipse sui hac clausos ratione teneri  
 Indice præfecto, quem præsidis ordine tali  
 Iura manent summi, huc cum fata secutus eodem  
 Forte die, quo sunt hæc prælia gesta, ueniret:  
 Sponte uiris ueniam, cum nemo moneret, amico  
 Annui ore, deditq; notas placabilis iræ  
 Mentis abhorrescentis amore nefanda sequendi  
 Ausa, uel urgendi captiuam cæde cateruam,  
 Datq; fidem cunctis fore se illas auspice uitam,  
 Quam donari iuuat potius, quam more tyranni  
 Exercere nefas immane, & cædis amorem,  
 Se qui a crudeli non mentie suture cruorem,

Nec qui sponte manus dare sint in uincula præpti,  
 Funditus esse uoluntatem hos excindere ferro.  
 Namq; sat esse iugo subigi, & tolerare laborem  
 Imponat quem uictor ouans his nomine pœna.  
 Parcere, qui ueniam poscant, urgere rebelles  
 Supplicio, fas esse refert, frenare superbas  
 Gentes, non diro totas abolere tumultu  
 Propositi esse sui summam, finemq; laboris.  
 Huic alij obstreperent cœpto cum Regis honesto,  
 Arguerentq; graues iras, quas hauserat ardor  
 Cæde fatigandi passam hæc discrimina turbam,  
 Ac uellent abolere manu, ueniamq; negarent  
 Vlo iure dari, quos improba facta probarent,  
 Viribus esse suis sinerent si fata priores,  
 Nullo uelle modo uictores parcere uictis.

Hæc Rex sanguineas uoces pius ore refellit:  
 Hoc ut uellet iners, si palmam huic fata dedissent,  
 Designare nefas gens nota ferocibus ausis,  
 Nos abolere furor uictos auderet ut armis,  
 Et mihi sit cædes edendi impune potestas:  
 Me tamen huc adiget nunquam tam dira Tyrānis,  
 Sanguinea autor eam crudeli stragis ut auso.  
 Quod si mens alijs mouet implacabilis iram,  
 Statq; uiris uitam captiuus demere ferro,  
 Iusq; rigore sequi tanto illaudabile belli,  
 In tres captiuam iubeo diducere turbam  
 Partes antè, pares numero quæ forsitan æquent  
 Personas, & iure mihi harum sortiar unam.  
 Tres summus ipse, Ducesq; duo una ab origine na-  
 cōmuni gerimus qui bella potentia sumptu, (ii.  
 Atq; horum unanimi terimus uirtute labores:  
 In totidem partes diducta caterua dicari  
 Sorte tribus poterit, turbam uelut impetus urget,  
 Quisq; suam à diro tegat ut discrimine uindex,  
 Aut indefensam sinat angustis atrocibus armis,  
 Ipse meam uindex à cæde tuebor, & omnem  
 Vim prohibebo, feret quæ me tutore salutem.  
 Hostes dextra premat, uictis mens exuat iram.  
 Hæc immota sedet nobis sententia, stragem  
 Cognatosq; Duces simul edere nolle putamus,  
 Quos licet ira graui nunc iusta dolore fatiget,  
 Et inbeant furias compescere gentis iniquæ,  
 Nil immane sinet tamen hos committere uirtus,  
 Ira iubet, pietas grassandi uincit amorem.  
 Illa iuuent alios diri spectacula Martis,  
 Non mea sanguineæ mens cædis amore laborat.

Hoc pius exemplo rabidi Rex militis iram  
 Frenat, itemq; uiros præfectos Martis habentis,  
 Captiuos aliqui quorum mactare laborant  
 Cæde, fugam in foelix quibus hæc occasio clausit.  
 Sic uitam miseris, & reddit, & impetrat heros,  
 Misissent aliàs quos dira pericula leto.

a Insigne exē  
 plū pietatis  
 in Iohanne  
 Rāxau sum  
 mo militæ  
 Præfecto.

b Insigne exē  
 plū heroica  
 uirtutis in  
 Rege Fridē  
 rico.

- Vnde fidem cum iuramento forte dedissent  
Nil odio sese moliri uelle, doloue  
Contra uictores Regemq; Ducesq; maneret  
Dum sibi uita, solo patrioq; excedere spondent,  
Dum ueniam illorum redeundi uersa uoluntas  
Annuat: exilium subeunt cum prole parentes,  
Ac migrare metu pene non inde recusant,  
Excipit extorres fortuna miserrima rerum.
- Capitui tras** Tertia lux terris dimouerat orta tenebras:  
**Albim rele-** Trans Albina uiros uectare fluentia carinis,  
**gantur.** Cum pueris, cum scemineo quoq; nauita sexu  
**a Guilhelms** Rege iubente, Ducumq; parat mandata sequendo.  
**Abbas in mo-** At quos cepit ouans alias exercitus oris  
**nasterio Se-** His, nutu inde uiros Gotthoropham Regis in arcem  
**bergensti.** Ioannes cum Germano Dux misit Adolpho,  
Quingentos numero uinctos huc fama cathenis  
Ductos esse refert Ditmarsa e gente Colonos
- Arx Got-** Arx hęc Holsatiae terris extructa profundo  
**torph prope** Cincta iacet stagno, terrenoq; aggere circum,  
**inchtam ur-** Protinus aereum qui montem equare uidetur,  
**bem Slesuicā** Ac quem praecipites circundant undiq; fossae,  
Excluduntq; uiros huc ui penetrare uolentes.  
Ardua praeuuptis stant propugnacula saxis,  
Tormentis inimica potest uis unde fugari,  
Hęc arcem bello quoties oppugnat, ahentis.  
Ante alias clare Slesuico laudibus urbi,  
Nec minima gestis aliarum rebus et armis  
Arx uicina iacens sortitur ab urbis honorem  
Laude, sed hęc illam famam ratione uicissim,  
Urbs magis, Arxq; potest clarescere nomine tali:
- Iacobus Hei-** Discimus hoc etiam uictori tempore captum  
**der iudex in** Esse uirum, ingenuam morum cui gratia mentem  
**oppido Brūs** Esse fatebatur, nec non pietatis amantem,  
**buttel cap-** Vox animi eximium candorem humana notabat,  
**tus, et in ar-** Oppiduli Brunsbuttelia qui lege senator  
**cem Sebergh** iudicis officio, et defunctus honore regebat,  
**ductus est.** Praecipuum esse quidem quem non nisi certa docebat  
Argumenta uirum uel auito stemmatis ortu.  
Nomen Iacobo, cognomen origo parentum  
Heidero tribuit, domus huic quo notior extat.  
Monte sitam super aere Rex Danicus illum,  
Carcere detineat custos hic, mittit ad arcem,  
Dum mora forte suam uictori mitiget iram.  
Omne quam miro Sebergam fama uocauit,  
**Arx Se-** Sine quod historiam, rem uictam sine lo quar.  
**bergh.** Mōs ex calce iacet lapide arduus, eminet altis  
Cuius apex humeris et pene insurgit olympo.
- b Hūc locū** Nam per longa potest mons interualla uideri,  
**Ditmarsa uo** Holsatiae qui rura tenent, urbesq; colonis.  
**cant Thu-** Hoc extructa iugo pinnis arx emicat altis,  
**sent iufels** Astris aequa potest quae turri extante putari.  
**werp.** Hanc uolat (auditis nisi credere turpe putamus)
- vi maris est stagno sublatam fama profunda  
imposuisse iugis hac demona mole potitum  
Sedibus infernis, arx dicitur inde uocari  
Hęc Seberga, tacet pulcri qui proxima muris  
Oppiduli, cui nomen idem, et clarum undiq; not  
Laude monasterij his, quas incolit Holsata, terris,  
Contigua cui iuncta situ sua moenia cernunt  
Oppiduli cines, et cui uenerabilis abbas  
Praesidet ingenij uir honore, Deumq; colendi  
a insignis studio, pietas cui casta ministrat  
Norman, quam sequitur mens amula, nilq; facessit,  
Quod nō illa probat, suadetq; magistra sequendū.  
Huic natale uiro Guilhelmo nomen, honeste  
Cuius eunt mores exemplum nobile uita.  
Et pater, et Musis Moeccas alter alendis  
ille scholam instituit laudandam diuite sumptu,  
Arte uiro insigni quae commendata magistro est,  
Hesso cui cognomen ab ortu tale parentum.  
Hęc opulenta bonis cumulat uictoria multis  
Autores palme Regemq; Ducesq; superbas  
Praeter opes alias, quas copia magna ministrat,  
Et tormenta locis diuersis aenea cepit  
Rex, amboq; Duces fortitii premia palme.  
Iunius elapso decimam cum tempore lucem  
Protulit, his repetit Moldorpha moenia gestis  
Tota cohors equitum, legioq; uirum omnis euentū,  
Nouit ubi socias sua castra tenere phalanges.  
Hęc dum dextra gerit uictoris, et omne secūdo  
Omne cedit opus, nec opem fortuna moratur:  
Gens Ditmarsa, iugo quam nondū aduersa subegit  
Vis, Henningstadie coit aggere, seq; tueri  
Hic, patriamq; parat, nulloq; timore laborat.  
Tanta uiget uirtus animis, ac tanta cupido  
Aut patrie pro laude mori, aut sua iura tuendi:  
Huic aduersa cohors stationem rure capessit  
Vicino, spacio maiore nec inde locauit  
Castra, notare uiros oculis quam posset ut hostes,  
Quos inferre procul sua signa superba uidebat,  
Et praeferre minis ingentem exercitus iram,  
Ac nudos aliquos fodiendi ferre laborem,  
Dum munire locum fossis, atq; aggere sudant  
Illa parte, putant qua uim praesentius hostem  
Exercers, suas et uelle cedere cohortes,  
Hic quem praesidio freti expectare superbo  
Audent, et magnis sua pectora moenibus armant.  
Nec, quiete portendant exempla priora malorum,  
Mente uident errante uiri, nec quale minetur  
Ira Dei exitium, et poenam ut differre recuset,  
Iam tum quae sociam merfit discrimine gentem.  
b Est locus antiquo gestis insignis ab euo  
Rebus ubi bello domuit Ditmarsa potestas  
Hostes ante suos, et ubi certamine Regem

Fudit Iohannem, cui Dania Regis honorem  
 Contulit imperijq; libens concessit habenas.  
 Nomen ab euentu tribuit ferale uetustas  
 Inde loco, Stygijs quasi mille sacrum incola terras  
 Spiritibus atro uocat omine, conscius auro  
 Historie antiquo gestis, illic fusa sub armis  
 Nulla multa uirum sunt ante, locum ergo uocari  
 Demonis hac titulo insignitum occasio suavit,  
 Hic aliquando suos uictrix gens fudit ut hostes,  
 Et diris rabiem cedendi exercuit armis:  
 Sic te posse pari Rex inclyte sperat ibidem  
 Exitio mergi, sociasq; perire cohortes,  
 (At spes sanguineam rabies exercet inanis.)  
 Rex caput imperij generosis optime Danis,  
 Qui pater es patrie, & legum sacra iura ministras.  
 Teq; tuo cum germano fortissime Adolpho  
 Dux Duce Iohannes laudum autor honore tuarum  
 Egredie, & uirtute potens, opibusq; superbis,  
 Thesauros cumulus quarum haud in gloriis heres.  
 Quem dat auita domus duplicis adfertor honore  
 Imperio iusto, ubi quo data regna gubernas,  
 Quam cum fratre pariter comunem clarus Adolpho  
 Famam, qui regimen laudabile legibus ambo  
 Teste pijs populo uobis parente fouetis.  
 Sed uesire quod laudis amor me ducit ad ipsam  
 Rem redeo, cepti telam finire laboris  
 Instituto, ad finem duci que longa requirit.  
 Mens adimplerat pulsus in nonius horis  
 Bis senas noctes, totidemq; alterna dierum  
 Interualla, dabatq; notam rediturus olympo  
 Vesper, & occiduas labens sol penè sub undas:  
 Rex, amboq; Duces, nec non Blagburgus eodem  
 Momento uir & usu armorum, & clarus auita  
 Laude domus una Moldorphae testis relinquunt,  
 Atq; suas aliò abducunt equitum inde cohortes.  
 Tresq; simul peditem legiones ire iubentur,  
 Quorum ductores Comes Oldenburgicus, & uir  
 Excellens uirtute, solet qui Vualda uocari,  
 (Tale superstes origo dedit cognomen auorum)  
 Ac belli hoc nil laude minor Frixburgus, & usu,  
 Nobilitate nec inferior, nec honore parentum.  
 Quos omnes abutum moliri terga sequenti  
 Agmine cum toto Ditmarsii ex aggere cernunt,  
 Tunc Hemmingstadiam quibus est data cura tuendi,  
 Qui simulare dolo ductores tales putabant  
 Inceptum, umbrosa gressum huc ut nocte referrent,  
 Ac redeunte die tentarent, quale uoluntas  
 Deceisset, opus, totis & uiribus urbem  
 Urgerent, positus ut sese dederet armis.  
 Illa futura timens errore pericula uires  
 Arma iners studio, & curas solatur inani  
 Turba uirum, seroq; sapit discrimine uitae.

Quaeq; labor foelix bellandi, ac cura requirit,  
 Efficit in promptu sint singula, nilq; mouetur  
 Exemplo, Moldorpha tui quo triste coloni  
 Experti fatum gemitu, luctuq; laborent.  
 Affore fortunam ceptis spe fidit inani.  
 Vtq; metu uacuas acuat fiducia mentes,  
 Accendant animis rabidum ebrietate furorem  
 Agricola, tunc turba ferè plus dedita Baccho,  
 Quam conata Deo auctori se credere rerum.  
 hoc armare modo tota se nocte laborant,  
 Forte suas qua uelle putant errore cohortes  
 Huc hostem reuocare, dolos hac arte sequatur.  
 Hoc egisse uiros Rex deinde, Ducesq; docentur.  
 His Hemmingstadiæ cessit cum fracta potestas.

Haud mora, nocte ferunt se caligante per umbras  
 Agmina, Dustoresq; regunt qui terga sequentes,  
 Praecipitare ut amq; monent, urgentq; cateruas.  
 Quorum primus agit Frixburgus in ordine turmam  
 Ponè suam, quam tum post interualla uiarum  
 Parua comes sequitur peditum Oldenburgicus una  
 Agmen agens, cui rector adest, cui praesidet heros,  
 Qui decus est sortitus ab hoc laudabile bello  
 Fame, huic quam peperit praecclare exercita uirtus.

Nocturnas aurora polo dimouerat umbras,  
 Rex, socijsq; Duces equitum stipante propinquant  
 Agmine terga tibi uicinis ordine campis  
 Albersdorpha alias inter non infima uillas,  
 Ac simul una uirum legio, quam ducit euntem,  
 Armata & ad pugnam Frixburgus, et arte gubernat,  
 Seriatres horas iubet hic quos causa morari,  
 Ni temerè graue sit discrimen adire uoluntas.  
 Vtraq; adhuc legio, & comitis quae Martia ductu  
 Oldenburgici, & Vualdae arte uiri arma gerebat  
 Forsan adhuc aberat longè cunctantior, illam  
 Expectare iubet iungendi occasio uires.

Quae tetigit cum segnis agros, inuita molestas  
 Triuit ubi illa moras legio, huc quae prima uolarat,  
 Continuare uiam peditum una, equitumq; cohortes  
 Pergunt atq; loco, quo uix munitior alter  
 (Nomen inest tali Tilebruggæ uoce) propinquat.

Huc Blangburgus ubi comitatu uenit equestri  
 Forte prior, (socios equites qui primus agebat)  
 Munitam nullo sedem tutore notauit,  
 Desertasq; domos, nec clausas obice portas,  
 Testa loci ergo subit sine clade, grauiq; periclo,  
 Et spolijs potitur, quae forte reliquerat haeres,  
 Quem derisa dolis aliò tunc causa uocarat.  
 Namq; Hemmingstadiæ dum tutor adesse laborat,  
 Deseruisse domum propriam nil ipse ueretur,  
 Vsq; adeo graue fatales uitare ruinas.

Ad deserta tamen custodes testis locarat  
 Rustica turba, suas errore reliquit ut ades,

Rex & ambo  
 bo Duces,  
 uicem iochi-  
 mus Blanck-  
 burg cum equi-  
 tibus, Comes  
 Oldenburgi-  
 cus Reinhar-  
 dus à Vual-  
 de, & Chris-  
 stophorus  
 Frixburgus  
 cum tribus le-  
 gionibus pe-  
 ditum Heida  
 oppidum ac-  
 cedunt.



Qui uolitare uirū huc cernūt dēsam agmine nubē,  
Dantq; timore fugā, ad sociā quā semita gentem  
Ducit, & insidias, artēq; dolumq; sagacem  
Narrant, hostis eat quo latus & arma capeffat  
His impunē locis, illi dum nemo resistat.

Agmen equestre uiros errare per auia campi  
Cernūt, & infestare modo, quocunq; facultas,  
Ardet, equos acres ergo calcaribus urget,  
Exerectq; procul iaculis, plagisq; cateruam.  
Preparat ad pugna quoq; sese animosa laborem  
Te legio Frizberge petens ductore triumphos.  
Instaurare iuuat pugnas, aciemq; coruscā,  
Et conferre manus hosti, nī fore recuset.  
Insidijs uē latens si protinus arma capeffat,  
Improuisa graui ne sorte pericula surgant.

Tympana rauca sonāt, acuiq; in praelia Martē,  
Accendunt uiris animos, uiresq; laceffunt,  
Ogorum nemo notam accensi non pectoris edit,  
Robur alit uirtus discrimine nescia frangi.  
Igneus urat humum quamuis tunc sirius estu,  
Et sua membra uiris ardore fatigat anhelō:  
Hi tamen exoptant presenti pectore pugnas,  
Et pro laude nihil palmæ sudare recusant.  
Et pedes armat, & acer eques iam robur in hostē,  
Alter ab exemplo alterius laudum haurit amorem,  
Quas auferre solet uirtus de functa periculis.  
Forte uia mediam superauerat orbita metam  
Solis, equos qui iam decliui parte rotabat:  
Agmen equestre loco, legioq; secuta propinquant,  
Quo uix est alius munitior aggere terras,  
(Onuebrugga solet cultore fatente uocari.)  
Ad quem strata uiam longo fundata recludunt  
Aggere, arcta uiros huc semita ducit euntes,  
Nec binis nisi forsā equis unā ire facultas.  
Meta uiam fossis sua claudit utrusq; profundis,  
Hec unā plures calcare pericula callem  
Impediunt, cautamq; iubent equitū esse cohortem,  
Quorum qui primi succedunt ordine tectis  
Forte loci, tutore notant hęc undiq; nullo  
Defendi, unde uiam quia nulla pericula tardant,  
Hęc impunē uolant, quos agmina tota sequuntur,  
Ac potitur stringens non ullum exercitus ensem  
Hic spolio uberiore simul tormenta periculo  
Aenea Rex nullo, atq; Ducum orto coepit uterq;  
Turma sitā inde equitū spacio propiore sub Hei  
se globi ictu (Viribus hanc totis subit infestare uoluntas) (dam  
extincti sunt. Præsidi Blangburgo speculatum fertur eundem.  
Iussa Ducum, Regisq; sequens ceu missile telum  
Excussum uolitat neruo stridente per auras  
Aut preceps rapitur maris ortis cymba procellis:  
Impetus urget equos tali ratione citatos.

Nec non promit opes alias hęc copia rerum  
Quas opulenta suis cultoribus ora ministrat.

Incustoditas errore reliquerat ades  
Turba dolo delusa uirū, quos inde uocarat  
Haud Hemmingstadie sat prouidus incola custos,  
Qui tamen excubias uigilum de more diurnas  
Nocturnasq; uiri seu, seruari esse relictos  
Fama refert equitum quos uidit ut ala uagari,  
Dispergiq; metu, studioq; futura cauendi  
Fuerat, nī fugiant, Hemmingstadieq; petendi  
Portas, (agmen ubi tunc omne coegerat error  
Gentis iners incaute, urgent quam fata periculis,  
Irritare diu ausa fuit gens numinis iram)  
Hi subito instaurant aciem, exercentq; sequendo,  
Exemplo pedites quod idem tentare laborant  
Frizbergo ductore, fragor quos clasticus armat,  
Et rapit ad pugnam ardentes interrita uirtus,  
Qua Duce nequicquam quatit artus sudor anhelos,  
Tempora dum seruore uiros aestiua fatigant.

Esse ferunt tumidos tres campi spectat ad Heida,  
Onuebrugga situ oppidulū quā spectat ad Heida,  
Aenea quos iuxta tormenta labore struendi  
Insidias hosti hac statuisse feruntur  
Tali suspicio structos quia nulla monebat  
Arte dolo, si fausta parum fortuna fuisset,  
Clade fatigassent incautum protinus hostem.  
At tum densa licet uolet aenea grando globorum,  
Sparsa uiros non ulla tamen glans haurit euntes,  
Exitus unde premit miseris spem durus inanem  
Agricolis, subito quos dira pericula uersant,  
Nam dum tormentis hostem muralibus urgent,  
Colligit acer eques sua sese in robora motu  
Ingenti uirtutis, auditq; audentior hostes,  
Uiq; fugam uersat parim, partimq; trucidat,  
Ac tormenta uiris unā eripit aenea uictor.  
Qui petiere locum suadente timore palustrem,  
Circumsusa cohors equitum quos cæde fatigat,  
Donec & exuuias hi dant, animasq; relinquunt.  
Terra tepet fuso, ac trahit unda errore ruborem.  
Trecentum cecidisse refert tunc fama colonos,  
Quos dum cædis atrox dirum saturaret amorem,  
Orbauisse potest uitale lumine Mauors,  
Nonnullos equites etiam qui lesit acerbo  
Vulnere, sed quo non his cedit adēpta sub umbras  
& Vita, Podesbusco factum quam uulnus abeno  
(Hoc cognomen erat, proprium sed nomen Erico)  
Triste globo eripuit, uir eat quo nobilis ortu,  
Et uirtute notas generosæ edebat honestas  
Mentis, & hęc belli discrimina fortis adibat,  
Frisius hoc etiam, cui non cum corpore laudum  
Pama perit, mortem certamine fusus adiuuit,  
Andræ cui nomen erat fatale, gerebat  
Se talem uirtute, refert qualem huius imago.  
Præterea hęc paucos misere pericula leto,  
Quorum mors abolet uite cum lumine samam.

Hec equitū dum turma gerit, rectore propinquat  
 Ductū uirum legio Frixbergo, aciemq; tumultu  
 Hic pugnae durante nouat, sociamq; cohortem  
 Adiuuat auxilio, & strictis simul emicat armis,  
 Fertur & ad pugnam, nec anhelō deficit aestu,  
 Torreat ardenti licet astro strius agros.  
 At mora lenta uiros, quos Oldenburgicus heros,  
 Vualdāq; ductor agit, nor. maturare sinebat  
 Aduentum, interualla gradū hi post longa ferebāt,  
 Deq; labore uis edebant crescente querelas,  
 Quem nec nocte quies concessa, diēne laxasset.  
 Nec data deffessas renouandi copia uires  
 Esset, opaca suas dum nox, luxue egerit horas,  
 Vita sibi aestiuo cum fessa labore fatescat.  
 Hinc alius languore moras trahit, alter ob aestum,  
 Testaq; subducunt alij se ad rustica furrim,  
 Nilq; uerentur, eant quae forte pericula uitae.  
 Esse timore famēs uacuos male suada subegit.  
 Illa morae causas odiosae occasio praebet,  
 Vnde graui sudant ductores mole laborum,  
 Hi dum pretereunt Onuebruggā, indeq; gressum  
 Praecipitare monent, socijsq; adferre petilam  
 Agmina forsā opem, iam tū quos orta fatiget  
 Pugna labore: uiros sed tedia tanta morantur,  
 Ut monitis, ut penē nimis parere recitent.  
 Nam mora dum teritur tres mobile tempus abegit  
 Horas, antē loco coeāt quā exercitus uno  
 Omnis, & auxilio communi praelia cedant.  
 Ductores acuit uincendi tanta cupido,  
 Tantus & ardor agit Regemq; Ducēsq; sequendi,  
 Antē, sua pariant hi quā uirtute triumphos,  
 Quae uires illis, generosam & suscitāt iram.  
 Antē uetant alios etiā instaurare uigorem,  
 Successu finem quā pugna potita sequatur.  
 Non stagnantis aquae datur hausu sicca rigandi  
 Membra, licet fauces sitis angat anhelā, facultas  
 Tanta tenet, tunc uincendi fiducia mentes  
 Ductorum, acre iuuat studium fortuna laboris  
 Imminet ut primum portis exercitus altis  
 Heida tuis urbi tectis aquanda superbis  
 Villa, tuae tutore cares tum penē salutis  
 Teq; uirum, uirtus quorum esset idonea bello,  
 Nulla tegit tunc rebus opem tutela ferendo.  
 Namq; Hemmingstadiam fueras tu passa uocari  
 Hinc errore uiros, possent quorum arma tueri  
 Te, si successum non fata sinistra negarent,  
 Hoste caput supra quos serō instante reduxti  
 Horum arce manu posses ut finibus hostem,  
 Sed non cura satis spe prouida sudat inani,  
 Cedere conatum fortuna sinistra moratur.  
 Lectos fama uiros derisam fraude sagaci  
 Gentem missuram bis mille fuisse, uacantem

Praesidio adferrent Onuebruggam hoste fugatio,  
 Aut hūc Oppidulū opprimerēt potiore sub Heida  
 Robore uictores, palmamq; iacente referrent,  
 Exuiusq; illo, terit hēc sed cepta sinistro  
 Successu, infelix negat auso occasio uires.  
 Hostis adhuc unam quod si cunctatus ad horam,  
 Non urfisset opus dubij molimine tanto  
 Martis, eum duro uiolenta pericula casu  
 Oppressent, fractum iam tum sub mole laboris,  
 Agricolis armabat adhuc siquidem integer artus  
 Robur alens immane uigor, quos praelia nondum  
 Vlla fatigārant, aut aestu sudor anhelō.  
 Quin his ebrietas animos, uiresq; ciebat  
 Audendi autor, & urgenāi temeraria pugnas,  
 Larga uiris comitem quā pocula sepe parabant,  
 Praelia Martis opus Baccho Ductore subirent,  
 Quo gliscente furor uiget arma cruenta sequendi.  
 At licet hac acuant rabie ad certamina uires  
 Sanguinei agricolae, & cieant sibi sponte furorem,  
 Quo duce praecipitant in dira pericula uitam,  
 His diuina tamen quā poenas ira minatur,  
 Quas meruere diu, furor irritus arma capefit,  
 Obruit irato labor ingens numine gentem.  
 Vis inimica loco siquidē illo hāc opprimit armis,  
 Sunt ubi nulla rati metuenda pericula fato  
 Delusi agricolae, quos libertate potestas  
 Viuendi temere exutos diuina uolebat.

Victor abundantem uariarum munere rerum  
 Hostis opum expulsis haeredibus occupat oram,  
 Posthabet ipse suam cui demens incola uitam,  
 Namq; mori mauult quā cedere finibus exul  
 Terrae, larga bonis sua quā natura beaui,  
 Vnde suam ipse bonā patriā incola nominat heres.  
 His agitata modis aliam gens inuenit artem,  
 Qua putat hostilem melius uim posse domari,  
 Ire parat contra fortunam audacius omnem,  
 Et campo miscere manus, nisi cedat, aperto  
 Hosti, cuiq; grauem iam suscitāt impetus iram,  
 Ac stimulat ualidas ardenti pectore uires,  
 Arma ciere iuuat magno, patriamq; tueri  
 Robore, gens ergo procul obuia fertur in hostem  
 Agminibus dispersa uagis, atq; ordine nullo  
 Aut aciem instituit, strictis aut dimicat armis.  
 Nunc graue quingenti certamen inire propinquāt,  
 Nūc plures, nunc nō totidē numero arma capefit,  
 Vnde cadunt uicti paulatim Marte sinistro.  
 Post alias aliae succumbunt caede cohortes,  
 Funereo tellus passim squallore rigescit,  
 Edit atrox ferro tot penē cadauera Mauors,  
 Quod si iunxissent incauti robore motu  
 Vnanimi poterant palmam sperare coloni,  
 Quod non hostis idem negat ipse fuisse futurum,

a Oppugnatio  
 Oppidi  
 Heida.

Pugna inter  
 Ditmarfos  
 et hostes ac  
 cerrima in  
 qua Ditmar  
 si uincuntur.

Ira Dei agricolas tunc si sapuisse tulisset,  
Qui decretat obire semel, quam longa meretur  
Impietas ultro respiscere nescia, pœnam.  
Ditmarie casu est fatali fracta potestas.

Oppidulū agger aquis iacet undiq; cinctus ad Hei  
Cui sua quadratā species imitata figuram, (dam  
Huius ad alta diu se propugnacula uano  
Tutari agricolæ fortes certamine sudant.  
Ut liquidas examen apum leue nare per auras  
Cernitur, et nigram glomerare sub æthere nubem,  
Hæ sua uere nouo cum cœre a tecta relinquunt,  
Ac stipare Ducis certatim terga laborant:  
Caligasse ferunt auram sic imbre globorum,  
Obscurant sparse tormentis aëra glandes.  
Aut Iouis ut uibrant ui fulmina torta fragorem,  
Sive tonante grauis quōdam ingruit ictus olympo:  
Haud secus arguto tunc mugit aura tumultu.

At licet opponant acri certamine uires  
Agricolæ, et multis adimant per uulnera uitam,  
Dum tamen aduersis euadere uiribus instant  
Victores, et multa tenent loca fortiter hostes,  
Et prærupta uirum illæsi quidam ageris alti  
Conscendunt dum strata, necemq; inferre colonis  
Vulnere non cessant, fiunt uirtute priores.  
Dum graue uincit onus legio indefessa pedestris  
Hostiles furias aduerso Marte domandi,  
Turma graui pariter pugne succedit equestris,  
Iamq; fatigatos strictis circumuolat armis  
Agricolæ, est unde fuge omnis adempta facultas,  
Centum fama quater demissos prodit auerno  
Cede uiros, quorum exuius necis abstulit autor.

Casparus Ba  
felick.  
Clarus honore uir est uirtutis, et ore disertus,  
Huic parit eloquio magnam facundia laudem,  
Teutonico seu uerba sonat, siue ore latino.  
(Baselico dat auita uiro cui nomen origo.  
Casparo sed nomen) ob ingenij ille meretur  
Laude uehi dotes, quibus est uix clarior alter.  
Grata tibi cuius Rex laudibus inclyte uirtus  
Est Friderice, colit patriæ quem Dania patrem  
Huic obeunda tuo sunt magna negotia nutu,  
Te quibus assiduis onerat custodia regni.

Triginta ca-  
dauera spa-  
cio duode-  
cim passuum  
jacere uisa.  
ille mihi uidisse refert (res uisa meretur  
iure fidem) spacio tanto, uel quanta patefcunt  
Interualla, tenet bis sex quorum area passus,  
Squalida triginta iacuisse cadauera tabo.  
Aggere sic cinctam fossisq; docemur ad Heidam  
Acrius esse graui pugnatum utrinq; tumultu.  
Robore præstantes ducenti, animisq; tueri  
Tecta uiri Oppiduli, uiq; hostem arcere laborant  
Multa foro in medio, et uacuis tormenta plateis  
Aenea qui statuere procul iaculantia glandes  
Ceum tempestates aliquando dum ire uidentur

Aduersæ, aëreasq; graui miscere tumultu  
Nubes, uiq; cient ingenti torta fragorem  
Fulmina, et exercent pauidum stridoribus orbem  
Talis uterq; graues pugnas exercitus urget,  
Talibus aure notes mugire fragoribus auras,  
Horrendos late quos sparsa tonitrua uibrant.  
Iam quia robur adhuc ualidū indefessa ministrat  
Virtus agricolis, quos nondū immensa laborum  
Vis exercuerat, moles nec tanta uigorem  
Frigerat, aduersas lassant quanta cohortes  
Tædia, que sessas urgent sudore cateruas,  
Quas noctemq; diemq; labor, curæq; grauarant  
Vincendi, arma gerebat atrox qui uiribus, hostem  
Arcendi studio metuenda pericula (namq;  
Rumor it armari septem insuper agmine turmas  
Ad pugnam) oppiduli sparsis abolere fauillis  
Tecta iuuat, uiolenta casas incendia perdant  
Conturbentq; uiros fumo, inuoluantq; plateas.

Hac ratione domant uires pugnacis, et iram  
Agricolæ, et cedentem armis potioribus urgent  
Victores cum Rege Duces, cumq; agmine equestri,  
Præsidioq; uirum, pedites qui castra sequuntur.  
Exitij negat illa fugam fortuna colonis  
Turbatis trepido casu, cui sparsa salutem  
Flamma uiro non lædit, agitur; innoxia uires:  
Huic adimit uitam mox uulnere uictor acerbo,  
Qui procul elabi nitentes impedit armis.  
Ut, cum raptores circundant inde, remoto  
Septa lupi custode gregem, fuga disijcit omnem  
Nequicquam, pauidas hæc dum non liberat agnas:  
Tentauere fugam miseri sic mortis inanem  
Agricolæ, uitam quibus obuius hostis ademit.  
Cede uiros ter mille ferunt cecidisse sub armis,  
Tutores Ditmaria suos quos terra crearat.  
Alter de socio pars amississe putatur  
Non nisi tercentum grege, quam suffragia famam  
Veram multa probant horum, qui Martis obibant  
Munia tunc unā, cum stragem hanc ederet armis.  
Visa referre fidem spectacula iure meretur  
Vnde patet gentem fatales undiq; pœnas  
Sustinuisse, probant exempla quod edita uerum.  
Regia turma uiam semel audet equestris aperias  
Oppiduli portas intra adfictare, plateis  
Sparsa licet totis grassari incendia cernat,  
Quarum cum regio subeuntem strata cateruam  
Exciperet, qui fraude latent per tecta colonis,  
Profiliunt, strictisq; feroces ensibus adsunt,  
Viq; uiam retrò urgenti uestigia claudunt,  
Obiectantq; rotas turmæ, longisq; morari  
Hanc frames obnixa fugam illac turba laborat.  
Quod si non ceptis uires fortuna negaret,  
Heu paucos equitum non dira pericula manerent,  
Que sua

Que fugendi omnis tunc esset adempta facultas.  
 Verum immane parant dum cædis amore coloni  
 Forjan opus, quo flamma uiam clauderat ituris,  
 Ardor & immensam uolebat fumeus undam,  
 Hic equites fato medium ducente per ignem  
 Corripuere fugam tristi sine clade uolucem,  
 Vir tamen est patrio sua stirps cui nobilis ortu,  
 (Hinc Marco nomen, cognomen auita uetustas  
 Dat Romano) dū fertur equo, & secat alite flammam,  
 Illius haurit athena graui glans uulnere tergum,  
 Nec solum ferit hunc uis ictu Martis acerbo,  
 Quia eadem simili fert clade pericula uitæ,  
 Vir cui stirpis honos etiam decus addit auitæ,  
 Ac uera generosa ciet cui laudis amorem  
 Virtus, sunt autore Deo cui premia laudum  
 Nomine Nicolaon dicunt cognomine Trunzen.  
 Preterea paucos alios hauisse docemur  
 Vulnere dum ferrentur equis per strata uiarum  
 Precipites, magnoq; secarent turbine flammam,  
 Vndiq; quas rapidas incendia sparsa uomebant.  
 Non impune iam tales struxere coloni  
 Infidias usi satis ad tale sinistris  
 Fraudis opus, uixit siquidem oēs deinde peremit  
 Turbas, quibus uiolauit edax non flamma salutem,  
 In cineremq; redexit, & ossa cremauit, & artus.  
 Gentis ut ergo grauem sociæ didicere ruinam  
 Agricole, ad pugna qui nondum iuere labores,  
 Quicq; Hemmingstadiæ oppiduli tunc tecta tenebāt  
 Tutores, pauidi in de fuga omnes sponte capeffunt,  
 Desperantq; metu defendi posse salutem.  
 c Est locus, ambit aque quæ copia, quæq; paludes  
 Limose cingunt, aditumq; morantur ab omni  
 Parte, uiam una uiris huc semita pandit ituris  
 Cætera limus habet latera, & circumflus humor.  
 Nomine Teutonico solet hæc Marslanda uocari  
 Pars regionis, ad hanc fuga ducit incerne puellas,  
 Matronarq; genus, puerosq; repente, uirosq;  
 Quos uetat ad belli dubios timor ire labores,  
 Desperare iubet presens fortuna salutem,  
 Ni pia uictori clementia mitiget iram,  
 Sic mora dimidia dum lapsa fugacibus horis  
 Est mensa diem, loca munitissima uictor  
 Quinq; potente manu Rex, cui pia Dania paret  
 Occupat, Holsatiamq; Duces, qui lege gubernant,  
 Onuubruggâ, Hammâq; suis cū rebus, & Heidam,  
 Ac pariter Tilebruggam, Hemmingstadiâq; relictam  
 Defensore fugam motis inuenite periclis  
 Hec dum conatu sunt prælia gesta secundo,  
 Vno se laquam casu fortuna probauit,  
 Quæ seruare fidem se nescia mutat in horas.  
 Dux dum pugnat Adolphus, et ante acie emicat he-  
 Et dulce nil metuens uirtute pericula temnit, (ros,

(Nullo inuicta finit quæ se discrimine frangi,  
 Dum modo cedat opus, dum se uictoria promat)  
 Illius est ualidam in dorsum molita bipennem  
 Ditmarsî robusta uiri manus utraq; spinam  
 Osse fulcit ubi membrorum coxa columnam,  
 Haud impune tamen, siquidē intulit arma uicissim  
 Vulneris autori ipse, globi liuentis ademit  
 ictu cui fragilem labentis in illa uitam, a Marcus  
 iam quia mēbra graui huic cruciatu saucia læguēt, Ronanauu.  
 A pugna durante petit loca tuta tumultu,  
 Præsidio fidi germani ductus equestri.  
 Lenit ubi arte sagax chirurgi cura dolorem  
 Vulneris, & medicantis opem fert more petitam b Nicolaus  
 interea exequitur Rex prælia præses ad Heidā Trunzen.  
 Belli summus, obitq; modis, quibus expedit omnem  
 Officij curam, quæ magna labore mouetur, Fortitudo hē  
 Ac uirtute regit præclare præside Martem, roica Regis  
 Emicat, auratis & ouans effulget in armis, Friderici.  
 Ac sedet alius equo uolucris, & ruit acer in hostem.  
 Et plus, quàm uitæ, iam laudis amore calefcit.  
 ingentes animi motus ui penē morari  
 Non potuere, regi quorum sua facta requirit  
 Consilio, uis tanta uirum uirtutis agebat,  
 Quæ nihil arma, minus duce curat, et obuius audet  
 ire, mouet rabies grauis unde pericula belli,  
 In uictio medios se pectore mittit in hostes,  
 Heroem loquitur uirtus de functa periclis.  
 iam quia tota dies erat hæc exacta ferendo  
 Grande laboris onus, positoq; furore quierant  
 Martis ubiq; secuta suam certamina finem:  
 Regia iussa sequens præfectus, & arma regendi  
 Ranzaus ante alios insignior arte magister, c Hunc locū  
 Ductor utraq; parat peditūq; equitūq; cohortes uocant inco=  
 lude sitam paruo spacio reuocare sub oram læ das Ma=  
 Onuuebrugga solo est cuius fundata palustri, ras landt.  
 Huc tormenta uehi simul aenea curat in hostem,  
 Quæ secum uexere, uel ipso cæde perempto  
 Eripuere, uocant huc arma, uirosq; sub unbras  
 Præcipitate diem Phœbo, hinc cincta aggere castris  
 Sortiti socijs stationem nocte morantu,  
 Atq; manent aliquot spacio labente dierum.  
 Hoc Rex ipse loco, Duxq; Holsata iūctus auorum  
 Sanguine Ioannes Regi tentoria figunt,  
 Et ualido sua præsidio uigilum agmina curant  
 Muniri, dum noctis abit leue tempus opacæ.  
 Dux etiā medica huc ope Chirurgi usus Adolphus  
 Aduenit è pago, breue quem spaciū inde remouit.  
 Iunius ut decimam quartam attingit ordine lucē,  
 Ditmarsî, superare sinunt quos fata, coloni,  
 Quosq; coire locis formido palustris egit  
 Spe uite, subito tres Regis ad alta, Ducumq;  
 Diuini uates uerbi tentoria mittunt.

Pacem qui portant orantum more tabellas,  
Cereia quos nullo obfignarat imago sigillo,  
Dantq; genu flexo Regi, Ducibusq; duobus,  
Tresq; tribus ueniam dare fandi pauca rogantur,  
Que iubeat praesens rerum fortuna suarum.

Lepta quid adflicti denudata epistola postant  
Agricola, ueniam legatis illa precatur,  
Quos missura breui est, redimant ut foedere pacem,  
Victorem ira nisi miseris audire querelas,  
Immitiq; negent ad pacem pectore flecti:

Per diuina rogant ueniam illos numina fandi  
Secum uoce uirum, quos est legare uoluntas,  
Ut quae uota, precesq; ferant, sit plena docendi  
Copia, pax positis amissa reposcitur armis.  
Iam mutilos non dant Regi, Ducibusq; superbo  
Contemptu titulos, paulo uelut ante solebant,  
Ditmarse dominos iam blando nomine gentis,  
Imperijq; uocant, et se fore foedere spondent  
His stabili gentem, gerat his quae obnoxia morem,  
Maiores horum qua non potuere potiri  
Laude, licet toties conatus in arma uocarit.

Regem, ambosq; Duces adflectu audire benigno  
Vota iubet pietas non passa sitire cruorem,  
Qui ueniam, quam missa precatur epistola, spödent,  
Dantq; uiris huc legatis de pace tabellas,  
Hi signota quibus responsa petita reportent.

Hic praecleara refert uirtutum exempla uicissim  
Fama, pio facto quae maximus edidit heros

Aliud insti. Rex Fridericus, obit qui nobile munus auro-  
gne specimē More gubernandi commissas praeses habenas  
uirtutis ac Danorum, pietas titulos huic auget auitos,  
pietatis in Laude mori sequitur claram quae nescia famam.  
Rege Fride- Quam primum ille uiros sit certus adesse suorū  
rico. Ore ministrorum, defunctos sacra docendi  
Munere praecones Ditmarsam oracula gentem,  
(Nominis cuius eant legati et nuncia portent,  
Deditione docent quae pacem orare colonos,  
Ni precibus uinci uictores ira moretur)  
Ad sua continuò duci tentoria mandat  
Praesidio tutos famulorum, edicta se uero  
Dat quibus ore, sacerdotes uereantur inermes  
Ledere, neue sinant aliorum audacia ledat.  
In medium adductos suaq; ingenua ergo uolutos  
More salutis opem lapsae, pacemq; precantur,  
Speq; metuq; laborantes solatur amico  
Ore uiros, se dante iubens sperare salutem  
Exantmes superate metus, et ponite curas,  
Exitus in me nil crudele fuisse probabit,  
Ne dubitate, fidem pietas uiolare ueretur,  
Iure quidem uictrix pacem quam Martis ademit  
Nostra sacerdotes, eadem nunc dextera reddet.  
Non nos ira coquit proce supplice nescia flecti,

Octo legati  
Ditmarsis  
ad Regem ac  
Duces mit-  
tuntur.

1722

Cadis amatores iuuet ista Cupido Tyrannos,  
Propositi non summa mei est abolere rebellem  
Funditus, exiit diuine immergere gentem  
Ditmarie, quamuis leuior fix poena decebat,  
Arma ciendi aduersa sat est domuisse furorem,  
Illius ergo dari quae nomine lingua precatur,  
Hinc responsa benigna quidem, pacemq; feretis,  
Hac dixisse, uirosq; uiro, qui munus obibat

Doctor idem in castris (Nicolao huic nomē, et idē  
Regius aeternam tradebat praeco salutem)  
Commedasse pij Rex inelyte diceris auctor  
Facti, sortiri sineret Cerealia secum

Dona, dapesq; sua promens accumbere mensa.  
Ipse, foueret et officijs curator amicis,  
Donec adesse uiros obeunda negocia cogant,  
Quae simul optatam cum finem nacta fuissent,

Agmine stipatos Rex hos dimisit equestri,  
Ne qua daret cladem petulantia Martis iniquam,  
Dira sacerdotum rabiosi militis urit  
Ira genus, scelerum quem daemone mulus urbet.

Hanc Rex indomiti rabiem prohibere laborat  
Militis, ergo sacerdotes hoc munit amico  
Robore, ne qua grauis uiolentia ledat inermes,  
Hac pietas, haec digna uiro, atq; heroica uirtus,

Qua duce fama uehit uiuas super aethera laudes,  
Qua Duce summa petas fastigia uictor honorum,  
Qua decus in toto uix orbe celebrius illum est.  
Metiri pietate, geras quae cunctis, meretur

Nominis aeterni famam mitescere uictis,  
Utq; feros hostes, sic uincere fortiter iram,  
Et graue sponte nefas, quamuis impune potestas,  
Nolle sequi, atq; animi seuos compescere motus.

Hanc tibi iure decet tribui Rex inelyte laudem  
Ante alios, mihi se facit experientia testem,  
Te talem esse, meus qualem nunc pingui Apollo.

Vito sacra dies maturis uenerat horis,  
b Solq; gradu caeli fastigia summa secabat:  
Fama docet Regem legatos octo propinquo  
Iure data fretos fidei, quae publica fertur,  
Ferre pedem gressu, ges quos Ditmarsa remittat.

(Officij quorum unus erat uir honore sacerdos,  
Vnum a secretis est fama fuisse uocatum,  
Schrötero huic ratione domus cognomen auita,  
At qui iura magistratus in gente tenebant, (bat)

Quinq; uirum e numero comites huc protinus ia  
Fortē propinquabant castris, Rex excipit illos  
Praesidio, nec uterq; Ducum non munit equestri  
Martis at a rabidi hos defensio uindictet armis.

Hoc ergo tuti comitatu castra petebant,  
Et uicina loco tentoria fixa subibant,  
Forte morabatur quo tum praefectus codem,  
Praeses onus graue militie qui summus obibat,  
Quiq;

Quisq; viros, pugna, aciem, Martemq; regebat  
 Consilio, arte, manu, uirtute, laboribus, usu.  
 Post horas authore duas qui Rege, Ducumq;  
 Imperio ecce uirus, horum qui facta gubernant  
 Consilio, adiunctis legatos que noua portent  
 Nuncia, quaq; rogat pacem optent lege pacisci,  
 Quam noua composuit instaurant federa bellis.  
 Ora tenent alij, sic Secretarius inquit,  
 Qui legatorum unus erat facundior idem:  
 O proceres, quorum prudentia rebus agendis  
 Presidet, & que consilij Regemq; Ducemq;  
 Egregios uirtute uiros regit, armaq; belli,  
 Dulceq; pacis opus, pacem cum fata ministrant,  
 Rebus opem orantum lapsis miserescite mites,  
 Victoresq; pijs o nostri, o flectite uotis  
 Nomine Regis, amboq; Duces, ut desinat horum  
 Exercere licet iustam grauis impetus iram.  
 Concedant de iure suo, pietatis amorem,  
 A qua mens illis non est aliena, sequantur,  
 Funditus ut uictam parcam excindere gentem,  
 Que culpa proficitur, & haud iuga ferre recusat,  
 Dura det illa licet, modo uitam iratus ademptam  
 Sanguineo nolit captiuis uulnere uictor.  
 Libertatis amor se suasit inane tuendi  
 Aduerso studium, & miscendi robore pugnam,  
 Se uoluisse manu patriam seruare potenti  
 Non negat, adsertam tot auorum uiribus annos.  
 Posse uidebatur gens, se quia posse uolebat,  
 Vnde furor uanam sibi mouit inutilis iram,  
 Detrectasse potest pia qua Duce uincula legum,  
 Quas autore Deo dabat huic sancita potestas,  
 Cui sero parere iuuat, ueniamq; precari  
 Victores, pietas quos uincat amore uicissim  
 Marcendi, quibus est alijs spes nulla salutis,  
 Ipsa miseria quibus belli fortuna pepercit.  
 Cede set exhaustum poenae est, non ergo salutem  
 His adimant, humili ueniam qui mente precantur,  
 Ac seruare fidem, eterno se federe spondent  
 Velle, magistratum nec non pietate uereri.  
 At patria heredes se iure precantur auito  
 Esse sinant, quorum imperio nunc cedere mens est.  
 Victores moueat diris fors plena querelis  
 Femine & turba, quam nemo tuetur inermem,  
 Et matranarum lachryma, quibus arma maritos  
 Eripuere suos, miseriq; querela iuuenta,  
 Dulcibus heu lacu que patribus orba laborat.  
 Hae legatus ait, nocemq; silentia claudunt.  
 Rex, amboq; Duces ubi gesta negotia discunt  
 Presidio quibus haec obeunda dedere, uirorum,  
 Et qua lege parei lapsam instaurant salutem,  
 Quae modo instituat pacem seruare caducam  
 Incola Ditmarsie studio ante rebellis inani:  
 Conditione parant pacem spondere petitam.

Mandant ergo recens decreta notare tabellis  
 Mox consulta, serant cupidis responsa colonis  
 Ut reducet haec legati, quos ore se uero  
 Antè monent, sociam doceant haec omnia gentem  
 Acta, moramq; teri impediant consulta sequendo,  
 Ut quas suscipiat gens leges, quasq; recuset,  
 Perspicuis matura notis responsa loquantur.  
 Cumq; sequente poli medium sol luce pererret,  
 Idem adsint decreta, uoluntatemq; relatum  
 Gentis ab exitio cupidae seruare salutem,  
 Urgentur monitu Regisq; Ducumq; se uero.  
 Utq; remetiri tuti sub regia possint  
 Castra uiam, Rex his comitatum spondet equestre,  
 Tutor ut ipse uiros redeuntes munit armis.  
 Qui quoniam non esse diem, noctemq; sat unam  
 Ad res consilio prudente queruntur agendas:  
 Interualla moras urgentis temporis orant,  
 Quo durante dies Saturni proxima surgat.  
 Regis eam, atq; Ducum poscentibus annuit ultrò  
 Gratia rem, pietatis erat quia cedere uotis.  
 Interea belli rabies saturata quiescit,  
 Nec uelut antè uiris datur exercere rapinas  
 Quin abolere uentant edicta se uera relictas  
 Defensore casus sparsis fugiente fauillis.  
 Nec, quod idè nò norma probat praescripta sequè.  
 Rite datas praedas, audendi impune potestas. (di  
 Nam uiolare metu haud qui poenae edicta ueretur,  
 Hos uindicta modo nullo euitabilis urget.  
 Sic quidam ædis ad alta sacra cum tecta fauillas  
 Iactassent, ut edax uis igne cremaret eandem,  
 Digna secuta, nefas authores poenae peremit,  
 Regis, & ira Ducu capite hos quam iusta poposcit.  
 Edocet historiam dignam nos fama notatiu  
 Hoc iterum non uana loco, memor accipe talem:  
 Regis adisse frequens tentoria fertur ouantis  
 Turba sacerdotum grege concomitante penatum,  
 Seq; suamq; domum fidei uictoris inermem  
 Commendasse, solent ueniam quo more precari,  
 Qui prece captiuam uitam seruare laborant.  
 Hic iterum gregiam laudem tulit inclita uirtus  
 Regis, honore mori cui nescia fama manebit  
 Donec in orbe dies alterna nocte resurgat.  
 Rebus opem orantes miseros, uitæq; salutem  
 Corde sacerdotes pauido, spe mitior heros  
 Excipit, & poenae hortatur formido quiescat,  
 Se fore ceu sperent adsertam autore salutem.  
 Moxq; manu premissis placidi dat signa fauoris,  
 Et melius sperare iubet, pauidosq; serenat  
 Alloquio miti curas, trepidumq; stuporem.  
 Se tutore monens secludere mente timores.  
 Et iubet assurgant (quia fusi more petentum  
 Hi ueniam fuerant) & opem promittit amicam.

Aliud illustra  
 exemplū uir  
 tutis & pie-  
 tatis in Rege  
 Friderico.

Deinde uiro commendat, obit qui sacra docendi  
 Præco uicem in castris oracula seq̄, aliosq̄.  
 Ac iubet hos secum potuq̄, ciboq̄, potiri  
 Ipse sinat, studioq̄, uir̄is soletur amico  
 Fortune præsentis onus, nec ferre grauetur  
 Promptus opem officio fidum testante fauorem,  
 Quem declaret amantier eos pietate iuuan di,  
 Quos cum prole labor, cū cōiuge, cumq̄, penatum  
 Cœtu durus agat, pia n̄i prodesse uoluntas  
 His iubeat, nisi uincat amor clementer agendi,  
 Anxia desertos urgere pericula possent.  
 Hoc uirtutis erat, uirtus quæ iure uocatur,  
 Quæ notat Heroë, & generose mentis imago est:  
 Vella sacer dotes saluos odio undiq̄, uulgi  
 Expositos, nec non inuisos Martis iniqui  
 Perpetuò famulis, pietas quos nulla cohercet,  
 Talis Alexander, quem Magnum inuictò uocari  
 Promeruit uirtus, humano excepit laddum

a Dittmars  
 artem magi  
 cæ mulieris  
 consulunt.

Ore sacerdotem, Solyman cum cingeret urbem  
 Obsidione, Tyrum postquam domuisse rebellem  
 Fertur, & ingenii uir̄ ebusea pararet  
 Pergama, sponte sua ciues n̄i credere uellent,  
 Exequare solo, murosq̄, domosq̄, superbas.  
 Obuius huic tulerat uestigia forte sacerdos,  
 Cumq̄, ipso pietate graues, & honore senectæ  
 Augustæ hac ex urbe uiri, exoratus ut iram  
 Rex horum exueret precibus, pacemq̄, petitam  
 Annueret, poterat uis quam uix ulla tueri.  
 Ex habitu Aemathius sacro ergo agnouit ut heros  
 Vatem, se subito demisit equo ocyus alto  
 In genua ante uirum procumbens, remq̄, spondit  
 Sponte sua optatam, pacemq̄, piam annuit ultro.

Laudat Alexandrū memor hæc ob facta uetustas  
 Iure, potens orbem totum cui dextra subegit.  
 Te memor ergo decet laudū quoq̄, fama per æuum  
 Rex Friderice, pari tua quas operosa meretur  
 Exemplo pietas diuino concito motu.

b Exemplū  
 crudelitatis  
 Dittmarsorū.

Horrendam dictu diuinæ præco salutis  
 Rettulit historiam, oppiduli cui ciuibus Heide  
 Ortan tradiderat doctriam semine coeli,  
 Quicq̄, sacerdotes alios comitatus eo dem  
 Iuerat oratum huc donandam tempore pacem.  
 Ille, uiri audirent alij cum dira relatu,  
 Ausa fere exposuit stygium testata furorem  
 Gentis, it ante alias quæ crimine nota per orbem,  
 Et patriam sedem cui Dittmars ora ministrat.  
 Principio belli primam quam cœpit abenam  
 Hoste autore procul sparsam per inania glandem  
 Tormento stygijs exercitus incola monstis  
 Dittmarie (horrendum dictu) illam more sacrari  
 Postulat, ac mergi sub aquas, quo membra sacerdos  
 Parua quis infantum, diuino animæ unda lauacro

Abluat ut sordes natas ab origine, tingit.  
 Verum immane nefas qui primus obire sacerdos  
 Poscitur, ausa graui pius impia noce retundit,  
 Mensq̄, rei tanta huic concessa cohoret abusu,  
 Sed rabiem uulgi, frustra cohibere laborat  
 Increpitans, dignumq̄, nefas hoc damnat auerno.  
 Sustinet hoc agitans quim dira pericula uitæ,  
 Cede necem cui gens accensa furore minatur.  
 Iure rei horrendæ auditu quæ passa repulsam  
 Sollicitare minax alium non ante quiescit  
 Ore sacerdotem, fore se quam spondeat ultro  
 Authorem ipse rei execranda, turpis ad agit  
 Quæ patrare nefas timor, aut furor ausa iuuan di,  
 Paret, & in trini sacratas nomine lymphas  
 Numinis ipse super massam ter fundit abenam.  
 O scelus, esse potest quo non inmanius ullum,  
 Quid non impietas obfessa furoribus audet?

Rettulit hoc etiam (quem diximus ante docendo  
 Oppiduli ciues Heide informasse) sacerdos:  
 Cum primum orta lues belli est, coisse colonos,  
 a Inq̄, pares numero tres se sociasse ceteras,  
 Ac magicæ artis animum mediâ stauisse magistram,  
 Ad fontes reuocare suos quæ flumina nouit,  
 Moliriq̄, leues uentos, iterumq̄, morari,  
 Quasq̄, docet stygius demon, hæc calluit artes.  
 Quæ magicis uerbis inbiantes ore rogauit  
 Incantante uiros, Christi num quilibet horum,  
 Quo deceat, matrem dignetur honore Mariam,  
 Et famulum huic sese ferat æqua mente uocari.  
 Esse, sonat uox una uirum, mox improba Circe  
 Ergo refert benedicture magico impia gestu  
 Murmura, datq̄, notas, stygia quibus exhibit artē,  
 Et mala cantando prohibere futura uidetur,  
 Heu senis fuerant hæc digna piacula poenis,  
 Tartarei execranda Deo res demonis artes  
 Posthabita implorare, manet quam poena perennis.

b Præterea uerbi diuini rettulit idem  
 Præco, sub auspicio belli solum arua secantem  
 Esse dolo captum iuuerem, cui corpore seclo  
 Ventriculum, tribuit cui uim natura coquendi,  
 Eripuit, lignoq̄, inuersum adfixit acuto  
 Incola Dittmarie Turcis immanior ipsis.  
 Exemplum attonitos hostes crudele moneret  
 Supplicij, esse pari poenas sibi lege futuras,  
 Inferior uirius si palmam amiserit horum.  
 Quæ Tilebrugga iacet locy aggere cinctus, et un  
 Vimine fixa cacuminibus teres arboris alte (dis,  
 Cernitur, hæc agit at sua cum procul agmina uictor,  
 Virga, uelut tostam quæ præbet euntibus aflu  
 Humanam deiecta uiris ex arbore linguam.  
 Horum cum scelerum pia castigaret amorem  
 Turba uirum, qui sacra docent oracula uates, Deq̄

Deq; magistratu legum custode mouerent,  
 Ordine celesti dominandi hunc iura tueri,  
 Ergo Deo bellum uanis inferre uideri  
 Viribus hos, odio quibus est sancita potestas:  
 Incessum ore pios monitus sudere se uero,  
 Creuit ad hos demens quando petulantia morum,  
 Ac sauire minis gens cœca furore sequendi  
 Omne nefas cepit, morem; relinquere suasit  
 Hortandi, imperio ui dominantum obnoxia cedit,  
 Si trahat hos canam tangendi cura senectam,  
 Ante diem tristi nec morte perire laborent.  
 Sulphurei interea succensi fomite nitri  
 Dissicasse domum uis flammea dicitur Hammam,  
 Estq; equata solo aerei aggeris ardua moles.  
 Sic Tilebrugge illo tunc propugnacula casus  
 Atq; Hemmingstadia uastam sunt passa ruinam,  
 Lux ueneris nomen sortita regentis amores  
 Orta recens fuerat, comitū agmine cinctus equestri  
 Rex abiit castris, Albersdorphaq; propinquat  
 Ville, Ixchoe inde, ubi matrem fama morari  
 Regnam, gnatum que languet amore uidendi  
 Victorem, partos huic gratandiq; triumphos,  
 Deq; suis coram quibusdam rebus agendi.  
 Rex tamen ante, parat quam castris ire relictis,  
 Omne geri uigilanter opus iubet ore se uero,  
 Hortaturq; uiros, belli qui frena gubernant.  
 Datq; potestatem plenam res quasq; sequendi,  
 Quas non impediatur ratio prudentem agendi.  
 Exdus inire datur, seu bella mouere uicissim  
 Copia, conditio nisi non subeunda repugnet.  
 Multa summo curas hæc iussa facebant  
 Prefecto, (dicit toannem nomine nōris)  
 Atq; uiro egregio uirtute, domusq; paternæ  
 Nobilitate, suos titulos cui laudibus auget,  
 Et decus addit, ab interitu quod uindicat experts  
 Gloria mortis, abijt cum uita soluta sua umbras,  
 Discimus Henricū hunc, cognomine utrūq; uocari  
 Ranzau, & consanguineam his clarescere stirpē.  
 Nec non tanta uiro comissa negotia sunt hæc,  
 Huic cognomen honos Alefeldo stirpis auitæ  
 Adferit, at proprio Bertran hunc nomine dicunt,  
 Cui ceu nobilitas decus ingens promit auorum,  
 Sic parit huic celebrem uirtus exercita famam,  
 Quem generosa uirum sortem natura creauit,  
 Quod probat exēplis, laudū quibus edit amorem,  
 Non nisi uirtuti quas deditus occupat hæres.  
 Extulit orta diem roseis aurora quadrigis,  
 Quam Rex, quamq; Duces statuere redire sequēdi  
 Spes inuito subigit redimendam foedere pacem  
 Missos ante uiros a gente uolente tueri  
 Deditione, petant quam seua pericula, uitam,  
 Quos ad castra sinul redeuntes indice dicit

Rex certo, his equitum subito obuia turma iubetur  
 Ire, regat que presidio, uimq; arceat omnem,  
 Quo tui subeunt hi castra, docentq; uicissim  
 Gentis adhuc pacem responsa petentis amicam  
 Conditione, ualere sinat si uictor eandem.

Postera lux emensa suas dum labitur horas  
 Ergo, geri incipiunt de pace negotia fausto  
 Auspicio, orta dies felix que tertia finit,  
 Qua demum augustæ nascens concordia sancit  
 Pacis utriq; nouas immoto foedere leges,  
 Et cuncti agricolæ sub castra uenire iubentur,  
 Quos fuga, deditio, quos belli à peste redemit,  
 Et quorum numero iam millia quatuor armis  
 Apti forsitan erant, imbellis cœtera pubes,  
 Horum quisq; manu nudatam cortice uirgam  
 Victi more gerit, uictrix cui dextra pepercit.  
 Et tormenta decem liquefacto ex ære caminis  
 Fusa uehi curant unâ, que sola supersunt.

Cœtera uictor habet iam tum, cui sponte uolentes  
 Hæc etiam tradunt, redimant hoc nomine pacem.  
 Ac poscunt humiles ueniam, abiurantq; futurum,  
 Ut uiolare nouis sancita furoribus ausint  
 Fœdera, ferre magistratus aut iura recusent.  
 Subiectam imperio deceant que munia gentem,  
 Hæc se uelle fidem dant lege subire perenni,  
 Quam sacramento non confirmare recusant.

Exitus hic belli, gentem hæc fortuna fatigat,  
 Ditmariæ dominam que se iactare tot annos  
 Ingenti potuit fastu, quem poena poposcit  
 Supplicium orta Deo longum frenante furorem,  
 Quo uicij impune diu seruiuit, & iram  
 Illius impietas securâ putauit inanem,  
 Iure dedit tales poenas Ditmarsa Tyrannis,  
 Quam multis exempla modis uiguisse fatentur,  
 Que memor historijs antiquior addidit etas,  
 Sustulit hæc quondam gens clarum laude Dedonē,  
 Sic Eteclerum, ambos comites ex stirpe parentum,  
 Se licet imperio subiectam nosset eorum,  
 Est dominis inferre manus tamen ausa cruentas.

Hac autore subit sic Marchio triste Rudolphus  
 Exitium, antiquo tenuit qui iura sub æuo  
 Ditmariæ rector, cui nomine gnatus eodem  
 Tum uiuebat, is ante diem sublatus adiuit  
 Cæde pari mortem, cui nupta fuisse uirago  
 Dicitur (hanc meminit yualpurgam fama uocari)  
 Impia cum lacero huic naso gens absceidit aures,  
 Ac fluuij manantis aquis abiecit in undas,  
 Nomen adhuc hodie à gestis cui rebus inheret,  
 Quo dolor, hæc quem sustinuit matrona, notatur.  
 Ditmariam historiæ claros testantur auorum  
 Nobilitate uiros priscis habitasse sub annis,  
 Incola paulatim quos sustulit efferus armis,

Quos à

a Rex disce  
 dens ex ca-  
 stris præfe-  
 ctis militiæ  
 D. Iohanni  
 Ranzauu es  
 quiti aurato,  
 D. Henrico  
 Ranzauu ac  
 Bertre Ale-  
 feld, negocia  
 de faciēda pa-  
 ce cum Dit-  
 marsis com-  
 mendat.

Holsatiæ Co-  
 mes Dedo et  
 Comes Etele-  
 rus interse-  
 cit.  
 Marchio Ru-  
 dolphus in-  
 terfectus.  
 Rudolphus  
 huius filius  
 interfecit et  
 coniugi eius  
 nasus & au-  
 res abscessit.



Nobiles à Quos à morte minus fuga tempestiua redemit.  
 Ditmarsis ex Gens hæc Hertuuiigo iuga cum uictore subiret,  
 pulsi. (Hoc qui summus erat Bremensis Episcopus euo)  
 Ditmarsi Magnam ipso multam coram ex actore spopodit,  
 ab Hertuui- Propositasq; fidem leges mentita recepit,  
 go deficiunt. Quam seruare nihil iam pace potita laborat.  
 Audendi huic absente redit domitore uoluntas,  
 Ditmarsi More suo petulans nec desinit esse, tuendi  
 in acie Regē Sacramenta gerit gens nullam perfida curam,  
 Vualdamarū Cū Comiti Holfatiæ Rex Vualdemarus Adolpho  
 deserunt & (Patria gens illo numerat quem nomine quartum)  
 ad hostes de- Rex, quo Danorum tutore potentia creuit,  
 ficiunt. Conseruisse manus Rensburgam dicitur urbem  
 Inter, Bornheidamq; tulit quarum utraq; laudem  
 a Gerhardus Gestis antiquo præclaram rebus in æuo:  
 Dux Holsa- Ditmarsis Regem armorum surgente tumultu  
 tia cum duo Agricola Dominum conflictu Martis in ipso  
 decim equiti Deseruere suum, iamq; hostes trans fuga iuuit  
 bus auratis Rusticus, exercent hinc sæua pericula Regem,  
 in prælio & Cum gnato quæ uix elabens obuia uitat.  
 trecentis no- Gens etiam Holfatiam quondã exercere rapinis  
 bilibus inter Ditmarie ausa, uiros huc auctos robore mittit,  
 factus est. Expolient ut opum indefensas munere uillas.  
 Quam Niclaus ubi comes accipit Holfata famæ  
 Rem rumore, decem ter, alit quos aula, ministros  
 Concitat ex equitum numero, sociosq; periculi  
 Ocyus armari triginta curat in hostem.  
 Et ciet agricolas, habitant qui rure propinquo.  
 Tali præsidio raptos pone fatigat,  
 Viq; uiros amplam prædam remoratur agentes,  
 Adfuit è quorum grege corpore penè gigantem  
 Aequans unus, erant cui duris inuia ferri  
 Igibus arma, manu is comitem pugnace petebat  
 Ante alios frustra, caput huic quia dicitur heros  
 Dissecuisse suum, ferroq; hauisse cerebrum  
 Inq; fugam paruo uastos uertisse cyclopas  
 Auxilio, ipsa Dei uirtutem gratia iuuit.  
 b Duodecim | Sic Dux Holfatiæ cum bella Gerhardus ob æquã  
 Principes & Susciperet causam, uelletq; domare ferocem  
 milites bis Ditmariam, sed successum fortuna negaret,  
 mille à Dit- illius auxilio dignata iuuaret & hostes:  
 marsis in Hos sua uictores adeo ira furoribus egit,  
 prælio fusi. Omnibus eriperent capitis ut uulnere uitam.  
 c Danoru Rex Et redimi precio non ulla cadauera ferrent,  
 Ioannes tan- Condere nec sinerent exanguia corpora tumbis,  
 ta strage quã Ore sed absumi paterentur edace ferarum.  
 ta prius edita Impetrat exuuias Ducis ampla pecunia tantum  
 non est ante Componi tumulo, paucorumq; insuper urnis  
 annos 60. à Membra uirum, auratos equites quos fama receset.  
 Ditmarsis fu Quam sic historiam canit euo fama uetusto  
 sus est mense Euenisse: Duces cum sæua pericula passim  
 Februario. Holfatiæ urgerent, aduersæ sortis adegit

Hunc ratio tentare fugam, atq; recedere terris  
 Is cum forte uiam pueros, qui spicula gestant,  
 Antè remetiri se ponè sequente iuberet,  
 Inq; uicem audito his clamore putaret oriri  
 Rixas, fertur equo caput alite nudus ad ipsos,  
 Nec nisi inermis adest, modo ferratam altera rullã  
 Fert manus instrumentum, usu quod nouit arator.  
 Imminet, ut dirimat rixantum uebere lites  
 Solus, & errorem serò mutare laborat,  
 Venit ut huc, pueris exorta pericula uidi,  
 Vim quibus extremam simul obrutus ipse subiuit  
 Circūfusa uirum, insidias qui fraude struebant, (dat.  
 a Turba sui ense secat caput huic, puerosq; truci.  
 Ergo iacente fugã duce dum necis agmina tentant  
 Sanguineo horrendam patiuntur funere stragem  
 Auratos equites bis sex aduersa peremit  
 Cum Duce uis, clarosq; facit quos stirpis origo  
 Nobilitate uiros tercentum cætera pubes,  
 Quæ cecidit, numero exponi uix posse putatur,  
 Ditmarie cū Cesar opum aqua tributa Colonos  
 Iure Sigismundus Romano posceret olim,  
 Imperij ipse sui hos norat quod lege teneri:  
 Vsa utri (Bremam qui rexit Episcopus urbem,  
 Cuiq; Gamersdorpo dederat cognomen origo)  
 Gens ope, cui reditus immeto iure spopodit,  
 Cesaream eludens à censu libera legem.  
 Nulla Glamersdorphi meritis sed gratia uenit,  
 Quo libertatem sua tum tutela patrono  
 Ditmarie texisset, opum promissa suarum  
 Fœdere gens inito non ulla tributa pendit.  
 Holfatiæ Comites farti cum fratre Gerhardus  
 Ioannes ui barbariam frenaxe parabant  
 Ditmarie quondam, & ditionis auita tueri  
 Iura sua, unde ducum bis sex iunxere potentum  
 Auxilia, & socios ipsos habuere laboris,  
 Fortunæq; Duces, quæ Martia prælia iuuit  
 Principio pugna, uictos mille trucidant,  
 Et septingentos immani strage colonos.  
 Robore deinde prior gens facta, necesq; suorum  
 Ultra furore trahit uires in prælia tanto,  
 Mactandi rabies uictos excedat ut omnem  
 Ira modum atq; Duces bis sex certamine fundant,  
 b Quisq; sequebatur patre quoru principe stirpe,  
 Et duo cade uirum potiores millia uincant,  
 Ac nulli parcant, fuga quem non eripit, armis,  
 Tantum sanguine os iuuat exercere colonos  
 Sæuitiam, nemo quam Turca, Getesie probabit.  
 c Sic cum Danorum gens Regem exercita bello  
 Ante alias, & seuitia notissima gentes.  
 Vicit Iohannem, diranq; exercitus ingens  
 Sustinuit stragem, hauã qua maiorem edidit armis.  
 Sæuo uirum uis ante, quibus sedem ora ministrat  
 Ditmaris,

Ditmaris, horrendam auditu uim discimus horum,  
 Quam tunc inuictos furor exercere subegit.

Tres emensa fugax est dum mora temporis horas,  
 Cede dedit uictrix tantam uiolentia stragem

Comprede numero ut uix densa cadauera possent,  
 Quae cum sine furor pugnae subeunte quicuit,

Exuij spoliis penitus nudata reliquit  
 Impius, humanosq; carens ibi pectore uictor.

Nulla fert aliquot peditu obruta fama sepulcris.  
 At quos nobilitas illustres stirpis auitae

Reddiderat, seu quos equites sua signa docebant  
 Esse, sepulturam gens acta furore negabat,

Ut canibus, ferisq; cibi solatia ferrent.  
 Præterea insignem Ditmarsæ immanibus ausis

Historiam gentis non uano teste docemur.  
 Instauratore lapsæ has uenisse sub oras

Tempore fama uirum fert religionis eodem,  
 Quæ uocat hæc eadē Henrici, cognomine Sudphæ,

Hunc posite furij gens exagitata cremari  
 Igne pyræ uoluit, sed quæ potuisse negatur

Succendi, causa Deo monitore cruenta relinquit.  
 At gens prodigio ad pietatem nescia flecti

Cede trucidat, edax quem perdere flamma recusat.  
 Impositum schalæ lacerat, uinctumq; cathenis,

Ac diris adigit tormentis linquere uitam.  
 Tantorum scelerum quo iudice digna negatur

Colluues pœnis, quibus est oppressa, piari?  
 Nunc portenta inuau non hanc mentita futuram

Ditmarie cladem indigenis exponere uersu.  
 b Fama refert diro uisam ante pericula stellans

Crine, dies aliquot superas arsisse per auras.  
 Et cum iam legerent ad bella gerenda coloni

Fortes sorte uiros, cœtuq; frequente coirent,  
 Et pulsata locum hos campana uocaret in unum,

Per spicuo uocem sonus omine reddit, Eheu.  
 Præterea gentem uis quo pœnæ obruit anno,

Aequoreas mutata uetat natura refundi  
 More suo refluxas nec ut ante regurgitat undas,

Destituitq; causas undanti flumine fossas,  
 In totam deriuat aquas quarum alueus oram

Ditmarie, unda rigat campos, piscesq; ministrat.  
 Oppidulū hac regione iacet, uocat indola Lundā,

Forsan ubi glacies cœcreta cruore ruborem  
 Haud secus est imitata, uirum ac si mille colorem

Corpora sanguineum stagnis mactata dedissent.  
 In dirum liquida natura redacta cruorem

Fertur aquæ nocui passim ante pericula belli.  
 Vim tempestatum quoq; tantāestate laborem

Precedenti hunc æthereos mouisse fragores,  
 Lecto flumineos horum ut uiolentia pisces

Sæua daret, quos extincto passim unda uehebat  
 Urbis opes æquans ubi uilla domosq; superbas

Hæc idæ iacet, diro sunt uisa frequenter hiatu

Sese aperire faces spargenti chasmat a caelo,  
 Qualibus haud aliās rumpi gens æthera uidit.

Aduersas acies quoq; uisa ciere per auras  
 Spectra uirum horrendo pugnas imitata tumultu,

Acibereamq; plagam stipare micantibus armis.  
 Haud mēita grauem sunt hæc miracula pœnam,

Exitus ostentis quam respondisse fatetur,  
 Quæ licet arguerent nastam impendere ruinam,

Cocca subesse tamen gens omen inane negabat,  
 Quæ quo sepe modo uictos exercuit hostes,

Nunc experta parem pœnam mœrore laborat  
 Serò, quosq; sui tutores antè putabat,

Amisisse uiros se luctu mœret inani.  
 Nunc quæ gesta, canam, postquam uictoria finē

Imposuit bello: optatam cum nacta quietem  
 Arma forent, peditum legio dimissa sub oras

Diuerfas iter omnis inuit, Rex eligit horum  
 E numero ante uiros tamen, ac stipendia spondet

Æqua, sui caput imperij quos mittit ad urbem,  
 Ipse simul quam presidio stipatus equestri

Reposcente petit, meritos quæ spondet honores,  
 Dania quos reduci uirtutum præmia debet,

Aurea quæ parat huic insignia tradere regni,  
 Iure potest duplici quæ nunc ambire uideri, (rit

Quod patris illa petat uice, quodq; suā ante proba  
 Virtutem egregio facto, hæc quam posceret heres.

Mater ut in reditu gnati exultare uidetur,  
 Quem foris arma sequi patriæ pro laude tenebat,

Quemq; redire grauem spolijs, et honore docetur:  
 Excipit haud alio redcem te Dania plausu

Rex FRIDERICÆ recens partos gratata tri  
 umphos,

Teq; uelut gnatum lætis amplectitur ulnis.  
 Urbs te compositis redeuntem exceperat armis

Haphnia nuper ouans tecum tua regia sedes:  
 Te desiderio genitrix Regina uidentis

Ornandum imperij augustis insignibus, urbem  
 Curru aduecta subit, turmamq; adducit equestrem,

Ac minimo inuuptas secum cum fratre sorores,  
 Matris ut addat honore decus presentia Gnato.

Dulce uidere comis imponi cuius ad aram  
 Insignem gemmis erat huic, auroq; coronam,

Cum qua maiestas datur illo regia ritu.  
 Aduenit huc cum Germano Dux fortis Adolpho

Ioannes, equitatu instructus uterq; superbo,  
 Holsatiæ ambo Duces, & clari laudibus ambo,

Quas parit his uirtus, & auite stirpis origo,  
 Iure tibi hos patruos Rex illustrissime iactas,

Ut tribus est eadem stirps, sic eadem incluta uirtus.  
 Laude simul formæ præstans, ac flore iuuentæ

Haphniacæ Comes Oldenburgicus ire sub arcem  
 Ductus amore tui haud eques è patrio orbe graua

Vi maiestati laudū augeat ipsa tuarum,

a Henricus  
 Sudphæ do  
 ctine Chri  
 stianæ instau  
 rator à Dit  
 marsis crude  
 listime inter  
 fectus est an  
 te annos  
 1524. die  
 10. Decēbris

Descriptio  
 coronationis  
 inclyti D. Fri  
 derici secūdi  
 Regis Da  
 nici.

b Prodigia  
 quæ ex pu  
 gnationem  
 antecesserūt

Regina cum  
 filio minimo  
 natu & fi  
 liabus.

Ducum Hol  
 satie Iohan  
 nis & adola  
 phi aduētus.

Comes Oldē  
 burgicus.  
 tur,  
 Hug

- Legati Lubecenses. Huc Lubeca suos urbs (qua nec clarior armis Altera, nec merces mutandi nomine) mittit, Gratandi studium ut donis declarei honorem,
- Hamburgenses Legati. Legatos, nec non etiam urbs Hamburga uetustis Historijs, gestisq; recens celeberrima rebus, Dat sua cui rerum uarias opulenta gazas, Magnifico donasse potest hinc munere Regem, Quo testata fidem est in eum, fidosq; fauores. Illa uiris regitur, quorum artem industria callet Res prudenter agendi, occasio si qua laborem Obijcit, hi facili mox consilio obuia sedant Damna, salus uiget his bene publica salta colunis.
- Legati Dani tiscani. Dantisco una ex urbe graues etate senatus, Ac uirtute uiros legat uenerandus ad urbem Daniaci caput orbis, ut hi Regi aurea portent Dona, simulq; alias res, quas opulenta mittit, Urbibus his quam precipue fortuna ministrat, Quarum legati cum Balthica stagna secarent Vna nauigijs, peterentq; per equora Regem, Dantiscani oris, Lubecensesq; procellis, Quos Argo uehit una, maris patiuntur acerbum Vim motam uento, que nauem illidit arenis Vnde nisi puppi mox iuncta carina periculis Ereptos tumidas transmitteret aquoris undas, Nemo uirum hac esset rabie eluctatus aquarum, Quam me teste grauem mouisse pericula credas, Sustinui hoc qui momento maris ipse furorem, Naufragijsq; tuli funestum pene laborem, Aequoream rabiem tempestas tanta ciebat.
- Gratia Teutonicas alias etiam impulit urbes Mittere, testandi studio FRIDERICE fauorem Rex tibi quem tali ratione probare uolebant. Nobilitate domus etiam quos splendor auitae Ornat, et insignes titulis, et honore parentum Reddit, in urbe frequens est turba coacta uirosum, Quae caput est regni, atq; a mercib. Haphnia fertur. Ensis imperij Romani Augustus ab oris Saxonie Elector pariter per longa uiarum Ornandi studio affinem non ire grauatur Interualla, marisq; periculo credere uitam Qui comites septingentos adducit, et Annam Nuptam, quae uirtute potest generosa probari, Huic pietas moru decus omne magistra gubernat, Affinemq; uolunt Magnum quem fata uocari, Adferet inuidto diuinam pectore laudem. Nec non illustres alios habet ipse uiarum Nobilitate uiros comites terraq; mariq;. Quorum onus omne uiae dulcis praesentia lenit.
- Iohanes Guntherus comes a Schuartzburg. Huic comes it iuuenis, quo uix prestantior alter Laude decus formae sequitur, quiq; inclitus heres Clara domus Schwarzburgiacae primordia ducit, Vtq; genus titulis illustre ministrat auorum,
- Stirpis origo, patrem sic huius aquare cupido Est uirtute, uiri excellens sapientia rebus Cuius opem patrie, mansit dum uita, ferebat. Huic etiam laudum studijs exercita uirtus Addere Germani Guntheri calcar honesto Exemplo acre potest, qui natu maior, et annis Martia bella sequi iuuenilibus ausus, honorem Saepo tulit, pugnam Hectoro dum more subiuit. Ac uirtute prior non rara pericula uicit Ob quam Quinte tibi iuuenti Carole Caesar Carus erat, Gnato nunc dilectissimus idem Quo domino arripotens Hispania iure superbit. Preterea sortes aduent tecum inelyte Danos Dux Auguste duo Comites, quorum alter alumnu Eisenburgiacae clare se stirpis auorum Nominibus, sed Barbiaca se uindicat alter Haredem, antiquo domus utraq; durat ab euo Quoru huic Burghardo, Vuolffgago nomen at illi. Urbis ubi alta uiae superato huc usq; labore est Tecta subire datum, uentorum causam morari Forte iubet, nauis tempestas apta negatur. At mare sulcandi quam primum occasio surgit Est mora nulla, tuos proceres tibi iungis ituro Per mare nauigijs, nuptamq; eadem accipit Annam Prora, locatq; simul de turba pedissequa transstris. Pars equitu urbe manet domini expectare morado Iussa sui reditum, superat pars una carinis Vecta sequens te traiectu breuiore sed undas, Sex emetiri quem non rudis artis ab horas Nauta potest, iuuet aura ratem modo lenis euntem. At tu quanta patent hinc Balthica stagna sub arce Haphniacam mare transire ausus es inelyte prius Nil nocte, binasq; dies nisi pontus, et aer (ceps, Te uidit, proceresq; tuos, sociamq; iugalem, Virgineumq; gregem haud assuetam nare carinis. Tempus erat reuocant quo sera crepuscula noctem Vna maris tumidas emensa citatior undas Cymba uiros exponit, eorum uoce repente Rex te nauigio uectum, caramq; sororem Affectare uiam huc Magno cum fratre docetur. Ergo dapes sibi tum quas regia coena ministrat, Hospitibusq; uiris, surgens, mora nulla, relinquit, Nil expectatum momento laetior isto (Moliri huc quem rumor iter terrestre docebat) Excipere affinem arcis ac ardua tecta superbo More sua instituit, procerumq; coire coranam Huc iubet, aduentum felicem Auguste precetur Haec tibi popa, decus graue quae splendore sequatur. Spectandi desiderio genus omne uirosum Cogitur, huc tanto numero, ut uestigia stantum Penes negat plantis, et uix densum arca turbam Hans aspiciat, quae laia iacent portum inter, et arce, Ad quam

Ad quam tum tu te proceresq; exponeret Argo  
 Vesta tuor, dulcem et cum uirgineo grege nuptam,  
 Ac Rex amplexu te, dilectamq; sororem  
 Exciperet, comitumq; Augustam more coronam  
 Conueniente, decusq; chori haud insuauē puellas,  
 Forma prestantes, et nobilitate parentum,  
 Incipit horrendo procul aura tonare tumultu  
 Dirum tormentis quem sparsa tonitrua uibrant,  
 Que clangore potest imitari stridor, ahenis.  
 Aether, eo qualem tempestas ora fragorem  
 Excitat, irati seuo cum concutit orbem  
 Fulmine dextra Iouis, collucet et insignibus aether:  
 Menea sic sonitu diro diuerberat auram  
 Machina, quo caelum, et tellus concussa tremiscunt.  
 Que locus arcis habet, que plurima terreus Ag  
 Vrbis, et in portu uicino regia claudit, (ger  
 Sulphureas massas passim, immensumq; fragorem  
 Nunc spargunt tormenta, poli quo penē ruinam  
 Formidant, quorum sonus ingens occupat aures.  
 Tam uero Fortuna suas (sic nomine dicunt)  
 Aduentum gratata uelut tibi Dædala nauis  
 Dux generose ciet uires, imitata fragorem,  
 Qualem tempestas luclanti uibrat olympo,  
 Cum tonat ethereas quatienti fulmine nubes.  
 Arcem mole refert, ac malos turribus altis  
 Aequat, et artis opus mirandæ est nobile puppis.  
 Sulphureus uasto iacit hæc tum turbine glandes  
 Omni parte, facesq; uomit, tonitruq; resultat  
 Nec non Mercurij uim nomine clarior Argo  
 b Omne experta suam tonat una, unaq; coruscat,  
 Et quatit ingenti terramq; undamq; tumultu,  
 Attonita exercent quo monstra marina pauorem.  
 c Sic cessare uetat uastam impetus Hæctora nauē  
 Antè, globis quam cuncta suis tormenta sub auram  
 Exonerare potest, aliæ sic ordine cunctæ  
 Eiectare globos certatim, ignesq; laborant,  
 Instructæ que stant ad prælia nautica puppes.  
 d Sic Venus una, Canis sic nigra uocata fragorē  
 Vna iuuat, sociæ que uibrant undiq; naues.  
 Vt cum tempestas oriens insurgit Olympo  
 Nocte, facesq; uolant, ac sparsa tonitrua strident:  
 Sic maris unda tremit, nimio sic luce coruscat,  
 Aura sub exortam noctem sic luce coruscat,  
 Vespertina dabat quia tunc caligo tenebras.  
 Interea lætas dum paulatim imminet horis  
 Festa dies regni capiti Friderice coronam  
 Impositura tuo, tanti illustrissima proles  
 Patris, et Imperij tanti successor, et hæres:  
 Spargit odoratos tectorum in limine flores.  
 Inq; domorum una penetrabilibus, inq; plateis  
 Incola, et arboreas sua figit ad ostia frondes,  
 Quæq; negat rerum non ornamenta supellex,

Promit, et ad festam sua præparat omnia lucem.  
 Strata uiarum etiam purgantur, et induit urbem  
 Leta nouo facies cultu, quo singula rident  
 Tecta. Fori pariter, recta unde platea sub arcem  
 Ducit, et ad portum, tabulis circum area claudi  
 Incipit, et lapidum substrato cedere fumo  
 Duricies, ne, si socio concurrat in armis  
 Alter eques, dorsoq; excussus inane caballi  
 Robur agi doleat, discrimine uita labore.

Strata fori alterius paries quoq; ligneus ambit,  
 Et duos silices emollit arena, uocari  
 Testum fore urbe uetus solet, huic sua lata patefcit  
 Area, planiciem que præbet equestribus aptam  
 Hæc exercitijs, que tunc pomposa uolebat  
 Institui, ritu Rex solenni unctus ad aram  
 Esset ubi impositæ defunctus honore coronæ.  
 Hic tabulis extructa domus dat aperta fenestras  
 illa parte, fori regio, cui tota patefcit,  
 Vt procerū excipiat domus hæc dum sede coronæ.  
 Matronasq; decus pompæ, floremq; puellas,  
 Dum duo cōcurrent equitū, et duo cōminus hastis.

Ac tandem omne graues pugnas imitabitur agmen. a Nauis for  
 Scat lapide extructū cocto haud ignobile templū tuna.  
 Vastæ molis opus, cui maxima turris in auras  
 Surgit, apex fulcire potest cæli astra putari,  
 Virginis à diuæ ciues quod nomine dicunt.  
 Ornamentorum hanc tunc copia discolor ædem  
 Instruit, et sacrum locus induit omnis honorem. b Nauis  
 Sic ornatus obit solennem debitus aram, Mercurius.  
 Ad quam tota rubro substernitur area panno,  
 Diues opum regio, nec nō pecudum Anglia qualem  
 Mittit ad externas haud paruo scenore gentes.  
 Pannum uela tegunt uillosis serica filis,  
 Est quorum roseum species imitata colorem. c Nauis He  
 Hic ubi sella locum solij sortita figuram flor.  
 Occupat, et positi partem auro insigne supremam  
 Scabelli puluinar obit, cui uersus ad aram  
 Innitatur utroq; genu Rex, si qua requirat  
 Causa preces fundi, atq; Deum per uota uocari,  
 Annuat ut ceptis uires, fortemq; secundam.

Sic quo iuncta sacrae templi area clauditur ara  
 Vestiri paries rubro incipit undiq; panno,  
 Anglia diuersas regio quem mittit in oras  
 Exhibet ornatu sedes pars una superbo,  
 Quas uelamen obit regale colore rubenti  
 Ex panno factum, arboreo depexa ministrant  
 Seribus cois de ramo uellera qualem.

Eregione pari, nisi quod diuersa coloris  
 Est species, sedem uelatam purpurea panno  
 Ornat, ut hac prestant Regina uirago locetur  
 Cum Natibus, adhuc pullo quas luctus amictus  
 Vti cogit, ali potuit qui morte parentis,

Nuper ad aetheream sedem quem fata uocârunt.

Fulta simul templi pendent tabulata columnis,  
Quae dent nobilibus matronis, quaeq; puellis  
Apta locum, unde queant spectacula sancta notari.

Post cultum tabulis etiam quasi caena fit aram,  
In qua rexposito uestes commutet amictu,  
Hoc fieri ratio eum poscat, idemq; sacerdos.

Facta uirum gratis mulcere sonoribus aures  
Organa non etiam sua desunt musica templo.

Orta dies labente dabat uicesima lucem  
Mense Creseruat ab Augusto qui Casare nomen,  
Consulis hoc clarum cui Roma dicauit honorem

Mense, inimicamq; Aegyptum uirtute subegit)  
Horamq; octauam gnomon instare notabat:

Pulsatae complent festiuis plausibus urbem  
Campanae, sanctaeq; indicunt lucis honorem,

Teq; uocant ad opus celebri uenerabile ritu  
Rex FRIDERICE, sacrae ut te sistas aedis ad aram,  
Imperijq; petas solenni more coronam.

Sollicitum toto triduo te fama fatetur  
Expansisse, rei si quando subiuit imago

Tante animum, unde patet generose mētis acumen,  
Nō temere aggreditur rem magnā prouida uirtus,  
Præstantemq; uirum prudens timor arguit olim.

Pōpa regia. Haud mora, solēnem templi sub limina pompam  
Ducis ab arce uirum, huc uarijs quos duxit ab oris  
Gratia te Regem decorandi hac luce futurum.

Sex inflare tubas edocli ponē sequentem  
Antecunt pompam iuuenum, & qui rauca fatigant

Tympana pulsando, quos proxima stipat eundo  
Turba uirum, proceres iactat quos Dania mater,

Præcipuum quos inter obit Ianfriskus honorem,  
Regius hanc pompam qui Cancellarius auget.

Horum ductores habitu, incessuq; decori  
Adsunt, illustri de sanguine cretus auorum

Nempe comes, tradit Ioannem fama uocari,  
Oldenburgiacam stirpem qui uendicat heres,

Donauicq; domus celebri haud ingloria proles  
Laude Baro iuuenis, Friderico huic nomē, ab annis

Qui teneris didicit uirtutis amare decorem.  
Nec uirtute minor, generis, nec honore paterni

Oti hoc rombus, obit quo Regia praeside curas,  
Aule præcipuo desunctus honore magister.

Post hæc ornatu splendens subit ordo uirorum  
Turbam, Saxonie hanc quos secū Elector ad urbē,

Holfatisq; Duces cum fratre benignus Adolpho  
Princeps iohannes duxere, praesire notantur

Tres geniti illustri comites de stirpe parentum,  
Ianguiberus, amat stirps quæ Suartzburgica prole

Ob dotes animi, & decus haud ignobile, formæ.  
Alter, origo genus patrum Eisenburgica cui dat,

Vuolffgango cui nomen, & ordine tertius horum

Barbaica spes magna domus Burghardi, adest uir.  
Post turbam hanc docti sonitū formare tubarum

Arte nouem subeunt iuuenum, & qui rauca fatigant  
Tympana, purpureo quos serica uelat amictu

Exterior tunica, & de panno tegmen eodem  
Fileus est haud uile comis, at coetera gilduo

Ostentant habitu speciosum membra decorem.  
His sua ponē uiri uestigia proxima figunt

Præcipui procerum, qui regni insignia gestant.  
Sceptra duo portant, & debita Regis honori

Ornamenta, uirum Fontano huic nomen auituum.  
Carolus ille, Schotusq; solent cognomine dici.

Quatuor incedunt alij, quorum unus ad aram  
Gestas insignem gemmis, aurisq; coronam

Hardeberge, suum est alias cui nomen Elero.  
Ensem fulmineum gerit Ottocrombe Magister

Aule, dextra uiri sceptrum regale, parentum  
Aurea Stella solet clare cognomine dici,

Nomine Magnus, uirorq; patent animi uirine dotes.  
Aurea massa crucem præbens, pomisq; figuram

Holgero gestanda datur sacrae aedis ad aram,  
Cui clarum cognomen auis dant Sertia rosarum,

Quorum nobilitas genus huic, laudemq; mimistrat,  
Quam duplicat uirtute, uirum quæ sancti honores

Ordine sic alij subeunt laquearia templi  
Quisq; gerunt regni, super aram insignia ponunt,

Illi Deoq; uelut tradunt, ut deinde sacerdos  
Ipsius hæc tribuat uice Regi augusta futuro,

Quem iam sede locant proceres reuerent ad arā,  
Nec non tota locum est sortita corona uirorum.

Quo factō, qui debet opus solenne sacerdos  
Hoc celebrare, parat rem, mittit & obula summo

Vota Deo ante aram procumbens corde loquenti  
Ore silente preces, & opem exorare laborat

Niclapalladius, quo ducto Seania uates,  
Præsida clara Regi diuinos insula uates,

Hoc quorum doctore docens Noruegia summo  
Discit & à fisco diuina oracula seruat.

illo Rex Fridericus amat præcone decori  
Verba uerenda Dei, Niclao huic omine dulci

Nomen, erit populi frenando crimina uisitor.  
Eudit ubi ergo preces sat uoce silente sacerdos

Ad Regem conuersus ibi procerumq; coronam  
Incipit hæc fari, o nunc quotquot adestis auorum

Nobilitate uiri illustres, & honore potiti  
Virtutum, laudem quia Regis ob unius docebo,

Adsumus, optet agi quæ lux hodierna docebo,  
Sed breuitas qua iusta finet ratione notandum,

Non hominum nutu modo, uerum autore creati  
Regem rite Deo hunc, ritu quo d pingitur illo,

Quod procerum imposuit manus aræ insignia Regis,  
Dulcis

Dulcis imago dari hæc cœlesti sorte fatetur.  
 Hic ueteri ungenti Reges mos dicit ab æuo,  
 Que nunc ergo decet, teneat reuerentia mentes.  
 Multa sacer nobis mysteria ritus adumbrat,  
 Queq; suo uestris quæ mentibus ordine pandam.  
 Admoneo uero, dignos ut luce sequatur  
 Quilibet hac mores, est quæ sanctissima festo  
 Hoc celebri, omnis eat uicij procul ergo cupido,  
 Non inuisa DEO mentes nunc gaudia carpant,  
 Leticiamq; terant gratantem talia Regi  
 Ornamenta, DEO noua quæ donante capepsit.  
 Non aliena tamen subeat pietate uoluptas,  
 Casta DEVS mens est, incastru deuouet osor  
 Ipse animi sordet, & casto corde uocari  
 Gaudet, amatq; preces sanctas audire uocantum,  
 Quisq; piis quas nunc mecum exercere labore,  
 Audiat hæc ut uota DEVS, patriumq; fauorem  
 Aspirare nouo neget huic ne Regis honori,  
 Post iuueni ostendam firmo quæ iure dicari,  
 Lege magistratum electum DEVS approbat omnẽ.  
 Hæc ait, uisq; legat sibi iunctus diua sacerdos  
 Verba iubet, pia quæ Romanis ciuibus olim,  
 Et Tharso urbe genus qui ducit, Apostolus edit,  
 Velle Deum tradens, genus ut mortale regatur  
 Omne magistratu præbenti uincula legum  
 Lecta uirum interpres aperit mox dicta sacerdos  
 Auribus hæc, tandemq; preces iterare notatur,  
 Quis tu Christe doces, conuersus ad ora uirorum,  
 Et genibus flexis, surgensq; hanc præcimit odam:  
 Spiritus o tu nostra sibi præcordia motor  
 Sancte noueq; accende dator pietatis amorem,  
 Colligis æternis qui uerbi è gentibus agmen  
 Voce tui, uarias linguas quarum ora sequuntur,  
 Viregat una fides multos, & reddat olympo.  
 Hæc, & plura sonat per sacram Musicus edem  
 Cantando chorus, interea prostratus ad aram  
 Feri sua uota DEO, postq; illa peracta sacerdos  
 Occupat adpositam sellam, hoc augusta sedentum  
 Turba notat procerũ, et consurgens imminet aræ,  
 Adductumq; uiri reuerendi sistit ad ipsam  
 Sellam nunc iuuenem, quæ Regem est hora creandi.  
 Dumq; tacent alij, tanfrisus ibi ore disertio  
 Danicus orator sic Cancellarius inquit:  
 Hunc patrij heredem regni reuerende sacerdos  
 Sorte dari iuuenem fatali, agnoscimus omnes,  
 Quod successor eat diuino ad nobile nutu  
 Imperij regimen, quæ spes haud spondet inanis  
 Tum uirtute parem fore, tum pietate parenti,  
 Argumenta notant generosam maxima mentem,  
 Vnde DEO letas ardenti pectore grates  
 Nos omnes agimus, qui Danica regna uicissim  
 Respicit, & luctu sedato gaudia reddit,

Quo bonus imperijs uno datur auspice princeps.  
 Totius hunc Regni iuuenem suffragia poscunt  
 Iusta caput patriæ: nos te pater ergo rogamus,  
 Antè dicata DEO, huic insignia regia tradas,  
 Quoq; ipsi, & patriæ DEVS annuat utile rebus,  
 Hunc caput imperij tua lingua renunciet oro,  
 Et uice Dextra DEI tua ductum oleo ungat ad aræ.  
 Hæc procerum princeps: sua dat responsa sacer-  
 Eximij uirtute uiri, atq; auguste senatus (dos,  
 Regni: namq; piam patriæ me nomine gentis  
 Poscitis hanc operam, & uobis ego debitor adsum  
 Cuiusuis meritò officij, rem sponte petitam  
 Anno, solennem iuueniq; impono coronam.  
 Sic ait, & Regi fari instat plura sacerdos:  
 Non nego, grande subis onus Inelyte diuitis hæres  
 Imperij, forti sed pectore collige uires.  
 Fide DEO, ille graues patriæ tibi tradit habenas,  
 Ille idem addet opem rebus, molemq; leuabit,  
 Et si talis eris, pietas qualem esse docebit,  
 Illius auertet tristes tibi dextera casus,  
 Florentemq; statum, & dabit aurea secula regno,  
 Et sua cœlestem doctrinam copia sparget,  
 Rore rigant animæ se cuius alente piorum.  
 Hospitium ingenuis erit haud ignobile Musis,  
 Te tutore, teget pia te uindicta clientes  
 Defensore, ferent te mite parentibus orbi  
 Patrono auxilium, & uidua solatia matres.  
 Marte suas pulso pax exeret aurea uires.  
 Quod si quos furor inuidia hic exerceat hostes,  
 Ut tibi bella parent inferre potentibus armis  
 Hos autore DEO funesta pericula perdent.  
 Regibus ille suos iungit cœleste ministros  
 Presidium, freti duce se qui sceptrâ gubernant.  
 Finijt ore tuens Regem hæc cum dicta sacerdos,  
 More duos digitos ad sacra uolumina mittit  
 Iurandi solito Rex illaq; uerba profatur: *Caram,*  
 Gnate DEI te testor ego hanc FRIDERICVS ad  
 Me fore, quem deceat, tutorem adfirmo futurum  
 Laudis ubiq; tuæ, tua meq; Ecclesia pacem  
 Adsertore feret, tuaq; undiq; gloria crescet  
 In regno speciosa meo, me cuius habenis  
 Astringit patrio tua mota fauore potestas.  
 Non uictum mea larga uiris quoq; dextra negabit,  
 Arte rudem quorum munus formare iuuentam,  
 Aut populis tua iussa meis monstrare docendo.  
 Vig; pie hæc possim promissa sequi, annue uires  
 Tu mihi CHRISTE, tuo mihi suffice robora statu.  
 Prosequar exemplo patriæ decus omne paterno.  
 Quaq; uiros fas est ornari lumina regni  
 Laude ferã, his semper, nec debita præmia deerunt.  
 At quia nature uicio citò labimur omnes  
 Si te, non studio tamen, irritarit ad iram

Vltis culpa mea, veniam auxiliumq; precabor.

Deinde preces claro sic edidit ore sacerdos:

Te DEVS omnipotens pia nos in uota uocamus.

Hæc boreæ subiecta plaga tu regna tueri,

Tuq; fouere uelis, caput illorumq; benigno

Hunc firmare Ducem auxilio, nobisq; salutem

Largiri, atq; optata tui bona nomine Gnati.

Tum pueri incipiunt duo uota sonare precandi

More DEVM uite pro munere totius omni,

Vox alterna chori cum respondere notatur.

Vnctio Regis. Inde sacro huic operi qui præsidet, ungit ad arã

Te FRIDERICE Ducẽ, et qua pectoris ossa renu-

secta parum uestis, tibi primum parte liquorẽ (dat

illinit aëreum tincto fragrantis oliui

Pollice, utramq; manum sic, qua cubito illa coheret

Parte, cutemq; humerum nudam dorsi inter utruq;

Dat tunice quarima locum, ungit, imagine signans

Quippe crucis, ritumq; uolens aperire pro fatur:

Gentibus hic multis ueteri mos mansit ab euo

Vngendi Reges, qui dulcis imagine pingit

Doctrinam, memori quam pectore discite talem.

Vnctio quid  
significet.

Quod mea uisa manus sit pectus inungere Regi,

illius in patriam fidum designat amorem

Posci, animi motum cordis natura ministrat.

Non decet accendi seuam ob leue crimen ad iram,

Qui nil ferre potest regnum ambit inutilis hæres.

Balsamei humanos artus natura liquoris

Mollit, et aëreo delectat odore cerebrum,

Fragranti facies quo se quoq; læta seremat.

illa magistratum mitem documenta requiri

Monstrant, nec uultus austeros more Tyranni

sumere fas hunc esse, petit cum turba clientum

Defendi, hoc utriusq; notat pars unctæ lacerti.

Quod pater esse solet pius omni tempore gnatis,

Hoc populis Regem esse suis DEVS usq; requirit.

At scapulas ungi dorsi ossæ membra fit illo

Nominæ Rex populos ueluti gestare iubetur

Tunc humeris, auri exercent cum clade labores,

Et miseram auxilio sortem lenire benigno,

Cum grauis orta fames, alioque pericula casu.

Hæc ait, et Iuuenem conclauæ subire sacerdos

Hoc usu factum, et procerum deducat euntem

Turba, monct, tunicamq; alio commutet amictu,

Poscit honos quo nunc ornari Regius illum.

Turba DEVM interea solenni Musica cantu

Laudat, et orat opem. Regiq; secunda futuro

Auspicia imperij, nunc cuius obire labores

Poscitur, ille intertextam tunicam induit auro

Ornamentum insigne, redit quo comptus ad aram,

Ergo sacerdotis (quem linea uestis obibat

Primum, nunc habitum solennem corpora gestant)

Fulmineum aurato capulo mox arripit ensẽ,

Datq; nouo Regi Friderico, ac talia fatatur:

En gladium, tradit tibi quem diuina potestas,

Quo tutare bonos, prauosq; quiescere rogas,

Ipsa magistratum creat, et ui munit, et armis.

Vt Gedeona ducem sacre fudisse fatentur

Historiæ ense uiros hoc audiantidos ore,

Huc tribuit quem dextra DEI sic uictor ouabis,

Re cogente tuum si quando seraris in hostem.

Sic tamen, ut proprijs non fidere uiribus ausis,

Asscribasq; DEO, quæcunq; peregeris uni,

Tantaq; non reddat tumidam tibi gloria mentem,

Rex procerum acceptum mox uni reddidit ensẽ,

Vagina ille, latus quo tunc iuuenile sacerdos

Huic cingit, pariterq; refert: o quot quot adestis

Daniaca de gente uiri, Regem ense ui detis

Armatum accipiti, uos huc quo cura tuendi

Est comissa, tenet quem sic, obuertat ut illum

Nunc uobis partem, est acies cui nulla, nec ictum

Ipse minatur, ut hæc mitem fore signet imago.

Sic sed utraq; manu tenet, ut mox, si qua requirat

Causa, queat uerti, et feriendo uulnere fiant,

Cum punire reos parat, in fontesq; tueri.

Hæc dum dicta ferit sacrorum præses, ad ortum,

Occasum, boreæq; plagam conuersus, et ausuri,

Rex gladium uibrare micantem cernitur auro.

Cuius et ipsa notanda rei mysteria pandit,

Et studium ostendi data regna fidele tuendi

Omne refert, surgant quæcunq; pericla, sacerdos,

Nitenti genibus flexis imponit ad aram

Regi, uoce rei pergens aperire latentis

Doctrinam, o proceres quam gratia uestra petiuit

Huic tribui imperij consensu totius, inquit,

Fata sequens angusta uiro do sponte coronam,

Et creò rectorem patriæ, quem designat auctor

Ordinis ipse DEVS, ualet hæc quo dante potestas.

Vos capiti impostam iuuenili ritẽ coronam,

Quotquot adestis, ceu testis attingite mecum,

Quosq; loci simit haud angustia tangere, dexteras

Huc tamen extendant hi, causa probanda requirit

Nosse dedecet capitis pingi sub imagine Regem,

Quem penes imperij sit uis, ac summa potestas.

At gemmis uariẽ distinctum in signe superbis

Præcipuos diadema uiros, et lumina regni

Denotat, ergo pij completitur aurea Regis

Quando corona caput, maiestas maxima laudum

Hunc sequitur, patriæq; statu res floret ameno,

Hoc est: cum proceres præfecti rebus agendis,

(Quos diadema notat) caput imperij undiq; Regẽ

Consilio, et uirtute iuuant, cumq; ille uicissim

Hos amat, et candore pio concordia certat,

Atq; illum hi decorant, hos deserere ille ueretur,

Quos cum Rege DEI bonitas at amica gubernet

Ora, nefas oriens discordia ne qua se quatur,  
 Materiamq; malis odiorum causa ministret.  
 Et quia nunc ritus hodiernos rite sequendi  
 Ordo iubet tribui patriæ haud ignobile Regi  
 Sceptum insigne, gradus paulum remouete, tuendi  
 Vi spectantum oculis non desit copia Regem,  
 Hec quia doctrinam pariter mysteria pingunt.  
 a Hec ait, et flauo rutilans huic porrigit auro  
 Sceptum, illoq; refert leges, ac iura notari  
 More, decet Regem quæ condere, quæq; tueri,  
 Et meminisse DEO sibi curam autore gerendi  
 Hanc onus imponi, custo demq; ordinis ipso  
 Esse magistratum sanciti preside posci.  
 Sic CHRISTO tribuunt sacri illo nomine uates  
 Sceptum, diuinam legem quod tradidit orbi.  
 Continet hæc sceptri doctrinam dulcis imago.  
 b Hæc, et plura refert isto documenta teneri  
 Ritu, sacuntis aperit quæ singula uerbis  
 Mente iubens memori Regem illa notare sacerdos,  
 tam quo dante manus facta auri ex corpore massâ,  
 Est cui forma globi, crucis et uenerabile signum,  
 Leua caput Regis, facit hæc cui uerba sacerdos:  
 En massam pomi solitam de nomine dici,  
 Est imitata globi si quidem, maliuæ figuram,  
 Quæ dulci uastum documento denotat orbem,  
 Corpora nature qui cuncta capax ambit,  
 Ut inuenire, regi rotam debere patrono  
 Te patriam, gestare manu quasi posceris ægras,  
 Si qua premit fors dura tuas discrimine, gentes,  
 Aurea massa notam dat talem tradita leuæ.  
 Sic DEVS ipse manu totum depingitur orbem  
 Sustainere, memor quia nunquam deserit ægros  
 Mortales, pietas quos huic accepta gubernat,  
 Mater amore prius feruenti desinet uri  
 In sobolem, licet huic uicio natura repugnet,  
 Et uix ulla trahi tam foedo crimine possit,  
 Quam Deus auxilio ueræ pietatis amantes  
 Desistuat, mergiq; sinat sine fine periclis,  
 Cuius ad exemplum componi est utile Reges,  
 Quorum est, ceu propriam, patriæ curare salutem.  
 Deinde uelut cunctos nos coeli amplectitur orbis,  
 Regem Mali tibi forma refert: sic pingimur uno  
 Rege gubernari te, quotquot Dania nutrit,  
 Teq; caput Regni populis reuerenter amari,  
 Atq; patrem patriæ agnosci debere docemur.  
 At crucis esse notâ pomo quod cernis in aureo,  
 Te meminisse monet, Christum, qui dira subiuit  
 Proba crucis nostram reparans lapsam ante salutē,  
 Vsq; caput Regum dominari, ipsoq; creari  
 Vno autore magistratum, ac consistere mundi  
 Imperia, et tristes, cum uult, ea ferre ruina.  
 Dirigere ergo tuū huc studiū omne iuberis, honorē

Illius ut pietas tua prouehat, utq; tueri  
 Pergat, opemq; tuis hunc poscas rebus agendis,  
 Qua uincis adiutus onus uarij omne laboris,  
 Quo rerum moles animum, quo cura fatiget,  
 Quæ grauat assidue dominantum exercita mentes,  
 Quam crux regali rem denotat addita Malo.  
 Hæc documenta graui late sermone sacerdos  
 Explicat, et pulcro sacros gerit ordine ritus,  
 Quos ubi rite uacans his rebus cura peregit,  
 Hæc qui festa decent, uox Musica personat hymnos,  
 Quos ubi cantantum rursum ora sientia claudunt,  
 Quam sacra doctrinam mysteria quæq; sequantur,  
 Pluribus instituit uerbis aperire sacerdos.  
 Iamq; uirum imperij RBX cuiq; insignia reddit,  
 Qui gessere sacram quo more decebat ad eadem,  
 Ipse suam repetit solenni ornatu amictu  
 Sedem Rex, auri quæ luce resulget, et ostro,  
 Quæ proceres comitantur, et ad tentoria substant.  
 b Malum aureum.  
 Porte morâ una fugacis adhuc paruâ hora pere  
 Tèporis, et penitus sacrorum opus oë quicuit. (git  
 Oithocrombus ubi finem accipit aure notari  
 Pollens eloquio uir, et aula insigne magister  
 Nomen honore sequens, omni tacito edere coetm  
 Verba disertâ parat, gratesq; uirum ore cateruis  
 Daniaco sacundus agit, quod Regis amico  
 Solennem ornârint studio reuerenter honorem,  
 Et memorem officij fore Regem spondet in æuum.  
 Tum Rex, ad procerum sua iam quæ uersa coronâ  
 Sella tenet, uirtute uiros, et stirpe parentum  
 Egregios, patriam bene qui iuuere merendo  
 Fulmineo feriens ter lenius ense sinistrum  
 His humerum, auratos equites bis quatuor illo  
 More creat, ueteri qui promanauit ab æuo.  
 Te, regni qui munus obis insigne magister,  
 Quiq; decus patriæ, et leuis haud es gloria terræ  
 Hardeberge, datur proprium cui nomen Elero.  
 Teq; Erice, suum Crabbo cui stirpis origo  
 Dat cognomen, et ingenij qui dotibus æquas,  
 Et uirtute, uiros, quos fama sub æthera tollit.  
 Nobilium te nemo uirum quia doctior artes  
 Calluit ingenuas, nec te præstantior alter  
 Romano formare potest sermone loquelas.  
 Et tua cum Danum te patria terra creârit,  
 Teutonicam doctis scis linguam reddere uerbis.  
 Iure potens tali te Dania iactat alumno,  
 Cui te crescit honos autore. Me retur ut amplam  
 Nam sibimet soboles generosa, suaq; parenti  
 Laudem: terra uiri sic patria nomen alumni  
 Iactitat, egregium uirtus quem clara fatetur.  
 Utilis est patriæ tua docta scientia rerum,  
 Esse grauem tibi quam suffragia multa fatentur.  
 Vnde, quibus rerum moles, et cura regatur,



Et patria utilitas seruetur, & effera vulgi  
 Compesci leuitas queat, ut scelus omne quiescat,  
 Scribere iussus, opus nunc condis nobile, leges.  
 Et uelut in genas colis ipse peritior artes:  
 Sic doctis candore uiris testaris amicam  
 Mentem, cumq; DEI sit opum tibi copia nutu,  
 Largus adesse soles aliorum munere Musis,  
 Nulla tui meriti quæ unquam obliuia tangent,  
 Donec honos erit his, & debita gloria fame.  
 Sic equitis tibi REX aurati fautor honorem  
 Contulit Hermolæ, domus qui Drollus auit e  
 Iure uocaris, & illustri es de stirpe parentum,  
 Nobilitas quorum hæredem te laudibus ornat,  
 Te uirtute uirum prior haud, aut clarior alter  
 Dignus es ergo, decus laudum quem tale sequatur,  
 Lumen & ipse uirum es, qui Regis honesta fideli  
 Facta iuuant ope, consilijs quam ferre laborant,  
 Sic te Rex illo dignatus honore Libori est,  
 Prodit item generis Drollum quem fama uocari  
 Nomine, quod decorat te gloria clara parentum,  
 Quam duplicare potest tua dotibus inelyta uirtus,  
 Ob quam Regis amat te candor, & esse superbæ  
 Ornatum titulis uult laudis, ut illa loquantur  
 Præmia ui parium generosæ mentis honorem.  
 Sic, Luccam quem fama docet cognomine dici,  
 Te creat eximium Rex nobilitate Georgi  
 Illius hæredem decoris, quia talia reddi  
 Dona tui tibi pro meriti ratione decebat.  
 Qualia claro etiam Rex ornamenta Tagoni  
 Tunc concessit (auita domus cognominat Oxen)  
 Is quoq; consilio patriæ nunc rebus opem fert,  
 Et procerum esse potest nulli non laude secundus.  
 Niclalanze tibi simul illo nomine famam  
 Augeri uoluit Rex, & clarescere stirpem  
 Laude tuam hæc, satis antè decus cui nobile crescit,  
 Te generosa uiris æquat natura, uocari  
 Lumina qui patriæ uirtutum nomine debent,  
 Fas erat ergo dari famæ uiuacis honorem,  
 Inelyta fortiri quem uirtus iure putatur.  
 Sic sua Vernero (græue cui cognomen auorum  
 Pasbergo remanet) titulorum gloria creuit  
 Aucta pari ratione, uiro Rex fautor haberi  
 Digno, cui daret hæc etiam ornamenta, uolebat,  
 Huic equites uis aurati simul unde dicitur.  
 Quo donare uirum Rex forte uolebat eodem  
 Eximium, Holgero est cui nomen, amona rosarum  
 Serta notant cognomen (eū quod multa loquantur)  
 Signa grauem uirtute, simulq; sequatur auorum  
 Claram laude domum, patriæq; sui utilis hæres.  
 Sic quem Coruittum docet haud obscura uocari  
 Fama, sed Vfeldum cognomine stirpis auitæ,  
 Quem generosa uirum fortem natura creauit.

Sic alium quem Ioannem, uel origo parentum  
 Vstandum uocat, huic datur aule cura magistro,  
 Regis cum tali dignatur honore uoluntas.  
 Nec non, Erico cui nomen, itemq; uocatur  
 Ruta, quod hæc soliti dici sunt uoce parentes,  
 Quos genere eximios sua prædicat inelyta laudem  
 Fama, uiro ergo decus graue stirpis origo ministrat,  
 Addere cui clarum uirtute laborat honorem,  
 Et, quem Iacobum dicunt cognomine Dani  
 Broggenhusum, etiam qui sternate ducit aule  
 Nobile laude genus, patriæq; iuuare salutem  
 Consilijs solet augustis, quæ doctæ ministrat  
 Huic sua mens usu magnarum exercita rerum  
 Regis obire graues nutu quas sepe iubetur.  
 Sic, Ianoannem noto quem nomine dicunt,  
 Qui procerum ascribi numero uirtute meretur,  
 Non neget esse suas quos patria terra columnas,  
 Luminaq; & columen, quorum prudentia seruit  
 Consilijs regno conata uetare labores.  
 Sic, quem Christopheron dici uoluerè parentem,  
 (Ioanni cognomen) honos cui stirpis auitæ,  
 Et uirtutis, amat qua famam extendere, crescit.  
 Quatuor esse uiros alios sic sponte uolebat  
 Ornatos equitum auratorum nomine Rex tum,  
 Virtus quos omnes generosa, genusq; parentum  
 Nobile sat claros facit, unum fama Lagonem,  
 Vnumq; Albertum, patriæ cognomine Schilam,  
 Hi sibi delatum cuncti reuerenter honorem  
 Detrectant, hæc ingenium argumenta loquuntur  
 Mentem, laudis opus quondam cõtemnere laudem.  
 Omnem sacra piuum iam finijt aedio ritum,  
 Egrediens sacra capiti impositam ede gerit Rex  
 Auro fulgentem, & gemmarum luce coronam,  
 Inq; manu sceptrum dextra, per limina templi  
 Turba sequi procerum quæ cernitur omnis euntè,  
 Iamq; locatum in equo, color est cui castus, alto,  
 Aurea cui phalaris ornato frenata petes  
 Pulcri dorso tegunt etiam, nec ephippion auro  
 Non micat, & uelum, præbet quod desuper umbrâ,  
 Auro intertextis filis, flauisq; coloris.  
 Quatuor extensū hoc gestant, sulciq; columnis (tur  
 B numero procerū, altus equi hoc sub tegmine ser  
 Terga præmès Rex pulcri, amplâ penetratq; plateâ,  
 Aeream à templo ducit quæ lata sub arcem,  
 Quæ quam longa sacra huc è limine ducit ab ædis,  
 Armatis utrimq; uiri stant ordine membris  
 Quadringenti habitu fusci, giluiq; coloris.  
 Ordine subsequitur se pompa decenter eodem,  
 Antè fores templi quo Regis ab arce subiuit,

Tum uero clangore tubas, pulsataq; rauco  
 Tympana certatim stridore sonare notares.  
 Aenea nunc spargunt diros tormenta fragores.  
 Terra tremit nimio caeliq; immensa tumultu.  
 Machina, solenni certant nunc omnia plausu.  
 Nunc quasi gratari naturae gaudia cernas  
 Regi angusta nouo, nunc ipsaq; lecta uidentur  
 Exultare quibusq; negat natura moueri  
 Sensu leticiae, silices, nunc bruta, uirosq;  
 Indulgere iuuat letis effusus horis.  
 Cum sene Neptuno noua tangunt gaudia Nymphas,  
 Quae maris exercent solitam sub iurgite uitam.  
 Ipsa freti natura refert uelut omne quandam  
 Leticiam, suauis dum murmurat unda susurro.  
 Totius imperij nunc plausu iubila certant,  
 Teq; probant ad tale DEO ducente uocari  
 Rex FRIDERICE decus, quem gloria tanta sequa-  
 Interea ordo nices Pompae sortitur eundi, (tur-  
 Quem talem seruare iuuat, qualem aedis eundo  
 Tecta sub alta sacrae ratio exercere iubebat.  
 Sex iuuenum arte sonos docti formare tubarum,  
 Et pulsare graui clangentia tympana plausu,  
 Antecunt, uastas uox implet clara plateas.  
 Deum Comes, Oldeburgiaco qui sanguine stirpe  
 Ducit, Ioannes, & Donauia inclutus haeres  
 Stirpis honore Baro Fridericus, & aula magistro  
 Regia quo gaudet, uir, (clero huic nomen, auitae  
 Sed ratione domus Hardebergum accipe di. i.)  
 Incedunt pompae ductores, stipat eorum  
 Coetus terga frequens, auroq; decorus, & ostro  
 Et uirtute uirum, & praestantium stirpis auitae  
 Nobilitate, fauor quos Regem laudibus aequis  
 Ornandi Holsatiae partim huc adduxit ab oris,  
 Partim Saxoniae, aut Danorum e gente coegit  
 Officio Regem decorandi prompta uoluntas.  
 Post urbem subeunt alij hanc inflare periti  
 Arte tubas iuuentu, & qui tympana Martia pulsant.  
 Inde duo ornatis in equis qui regia gestant  
 Sceptra uiri, adq; sacrae proceres qui insignia Regni  
 Non sine honore graui portarant quatuor edem.  
 Quorum primus it ante alias sortitus honorem  
 Hardebergus, obit quo res uigili aula magistro.  
 Tu generose tenes eques Othocrombe sinistrans,  
 Vosq; duos etiam ornatu grauiore decori,  
 A tergo stipant duo, quorum arx conficit uno  
 Regia praefecto res, quas sortitur agendas,  
 Omne uirtutum Magno cui nobile nomen,  
 Aurea consuevit cognomine Stella uocari.  
 Alter auit etiam genus haud ignobile ducit,  
 Quae uocat Holgeru domus haud obscura parentu,  
 At cognomentum reddunt tibi ferta rosarum.  
 Sic haec multorum decorat praesentia pompam,

Qui praestant genere, & uirtutis honore uirorum,  
 Sic Ianfriscus, adest uix quo praestantior alter,  
 Non leue pondus habet laudem ipse decusq; suaru,  
 Quale refert etiam tua Cancellarie Regni  
 Laudibus Antoni praesentia Prisce superbis.  
 Pro meritis magnum cui Dania debet honorem,  
 Quae te saepe graues dijudicat auspice causas,  
 Et magnis in rebus opem te poscit agendis.  
 Sic uirtutis egens noquaquam iurare (uocari  
 Fama refert aliis quem Crabbum a stirpe parentu)  
 Et qui consilij opis es Regi autor honestus,  
 Lumen es huic pompae, qua non nisi splendidus aus  
 Emicat hic etiam ioachimi gloria Becci, (ges-  
 Ac solenne decus iuuat, & se huic clarior addit,  
 Qui praestans uirtute uir est, & regius auitae  
 Quaestor, obit tali curas dum munere seruit.  
 Nec non innumeris alyis haec aucta superbit  
 Pompa uiris, quos nobilitas extollit aurosum,  
 Quos inter clarum esse uirum uirtute Lagonem  
 Nemo Bradam negat, aurati cui iusta dicauit  
 Quondam equitis censura decus, quo fortia debent  
 Laudem facta sequi, quibus ille meretur honorem.  
 Sic horum e numero esse negat te nemo Georgi,  
 Qui cognomen habes, quod ferta rosacea reddunt,  
 Ingenij claras qui prodis acumine dotes.  
 Ingenuas quare doctis insigniter artes  
 Annumerat te fama uiris, qua teste disertae  
 Romano, Graioq; sono potes edere uoces.  
 Ad genus hanc addit tua laudem nobile uirtus.  
 Tuq; parem magnis illustri stemmate famam  
 Steno secute uiris non Rosospare decorem  
 Exiguum addis: Erice parum nec Regis honorem  
 Tu tunc Lange iuuas, clarum quem nomine uirtus,  
 Nobilitasq; facit, Nec tu Vuidfelde cateruam  
 Infimus hanc decoras nulli impar laude uirorum.  
 Nec te Petre (uocat sua stirps quem patria Bildam)  
 Destituit laus in solenni debita coetu.  
 Nec, tecum cognomen idem quorum extat utriq;  
 Ioannem, Hartuugumq; uiros, quibus edit et ipsis  
 Mens laudem generosa, nec est in gloria stirpis  
 Nobilitas, sequitur quorum hoc etiam alter honore  
 Nomine, quod claras huic dotes fata ministrant  
 Ingenij doctis tenet unde sagacior artes,  
 Parturit huic quarum laudanda scientia famam.  
 Te Niela simul ratio cui stirpis auitae  
 Indidit Vlstando cognomen, teq; Georgi  
 Quem Delphina uocant cognomine, teq; paterna  
 Ioannes Schaugarde domus generosior haeres  
 Teq; Arralde (uocant Vgerupa a stirpe parentum)  
 Teq; sequens claru Ottho genus qui Ruita uocaris,  
 Fert uix quo formae procerior alter honorem.  
 Et te praecelaris ab auitae exorte Georgi

Cui cognomen idem, tunc regia pompa notari  
Lumen habere potest, quam Rex sectatur euntem,  
Egregio gestatus equo, ardentemq; coronam  
Gemmarum 7, auriq; gerit splendore decoro  
Impositam capiti, manus altera nobile sceptrum.

Ad latus incendunt stipantis utrimq; superbi  
Turba satellicy, decies sunt quatuor horum  
Quippe uirum, tegit his sua uestis discolor artus,  
Serica dimidiam partem quæ tota nigrantem  
Præbet, dimidiam gilui, decora coloris.

Serica fusca comas etiam horum tegmina uelant,  
Quasq; gerunt hastas insignia Regis imago  
His insculpta refert satis arte decenter in auro.

Post Regem altus equo formoso Elector euntem  
Saxonia fertur, comes huic stipare sinistram  
Carolus & tali Danzeus honore potiri  
Cernitur hanc uenit qui tunc legatus ad urbem,  
Hos sequitur forti cum fratre decorus Adolpho  
Holsatiæ dux Ioannes, duo deinde duos hos  
Ioanne cum germano, cui mollior ætas  
Vernat adhuc, teneroq; uirens in corpore uirtus,  
Magnus ob egregias animi Dux nomine dotes.

Hinc comes, à Suarzburgiaco qui sanguine stirpē  
Ducit Ioannes, atq; Eisenburgica proles  
Alter, item de Barbiaco cui summæ stirps est,  
Tres unâ, in medioq; subit Suarzburgicus hæres,

Deinde uiri qui Rex ope te Fridericæ iubernant  
Consilij, Holsatiæq; Duces, teq; in chyte princeps  
Saxoniæ, hi cuncti comitantur in ordine pompam  
Sublimes in equis hanc, ornataq; decori.

Cum natabus eam sequitur Regina cæteruam  
Curru inuicta tribus, quarum est tibi maxima natu  
Saxonia Elector coniunx Augustæ uirago.

Octo præcipui currum stipare notantur  
Nobilitate uiri obductum uelamine nigro,  
Deinde senatores Regni tres ponè sequuntur  
Egregijs in equis, sexq; unâ alij ordine currus,

Veſtant matronas hi, uirgine anq; cæteruam  
Arce uicinum pontem Rex sorte subibat :  
Igneus arte draco secat aëra factus inancem  
Regi ex arce uolans expaſſis obuius alis,  
Et ueluti auguſtum huic geſtu gratatus honorem,  
Ordine marmoream tali tandem iur in arcem.

Tum uerò totos ingenti ſplendida luxu  
Tres agitata dies Regi conuiuia durant,  
Ante, dari cupido quam ſunt ſpectacula uulgo  
Cæpta, daret quos concurrens eques acriter haſta  
Quarta recens lux orta polo dimouerat umbras,  
Densa fori in medio, dat ſemita recta ſub arcem

Inde uiam, ex tota coit urbe cæterua uirorum,  
Hac quia luce cohors equitū hic concurrat in armis  
Nec non ipſe uiro concurrere fortiter audeſ  
Rex Fridericæ (uocant cognomine Ranzaon illum)  
Egregio uirtute, decem cui præcipis illo  
Nomine tunc palmæ, quod te prior ille petiuit  
Deturbatus equo terram, atq; reliquit haberet  
Victus equi, hac ergo eſt a parte ſecus honorem.

Alter lux erat orta, frequens ſe turba uirorum  
Nobiliū armat, equos phaleriq; inſternit, et oſtro,  
Inq; foro, uetus appellant quod nomine ciues,  
Cogitur, hic teretes concurrere frangat ut haſtas,  
Et tandem ſtrictis quaſi pugnam miſceat armis,  
Ut, plures ſocio quiſquis truncauerit haſtas  
Congrediens, alias ſpecimen ſeu ſtrenuus edet,  
Ille ſerat gemmis radiantem, auroq; coronam  
Præmia quaſi teſtantia laudis honorem.

Omnia iam fuerant ubi ſine peracta ſecundo,  
Tantus in urbe ſragor tormentis ſpæſus ahentis  
Ingruit auguſto Duce portas arcis apertas  
Egrediente, poli ut quiſ formidare ruinam  
Poſit, abii Rex huic comes unâ, & ſecus curru  
Arte caput ſupra Draco motis prouolat alis,  
Lætitia hic ualedicendi uim plauſus habebat.

F I N I S.

## AD LECTOREM.



Voniam in hac descriptione historica, benigne Lector, plurima & frequens est mentio clariss. nobilissimiq; uiri Ioannis Ranzouij, equitis Holsati & bellatoris præstantissimi, cuius potissimum ductu & auspicijs per Regem & Principes id bellum feliciter confectum est: ne quid forte rerum gestarum ab eodem te lateat, non ab re facturos nos esse censuimus, si bina elogija sub eius effigie, ipso etiamnum uiuente, collocata & diuersis in locis in lucem typis edita, corollarij loco huic historię nostræ adiungeremus. Quibus & epitaphia diuersa adiecimus, eandem ferè rem, sed modo dissimili explicantia, & præterea honorificæ sepulturæ & iustorum eidem factorum succinctam recitationem, quæ nusquam hæcenus publicata apparuit. Hæc tu boni

consule. Vale.

S V B

## S V B E F F I G I E P R A E S T A N T I S S I M I H E R O I S I O A N N I S R A N T Z O U I J , e q u i t i s a u r a t i . V . C .



**D**EVS Trinus & VNus te longè sospitet, & in hoc uiuida senectæ  
 robore diu feliciter cōseruet, fortunate senex, qui ex equestri et no-  
 bili Rantzouorum familia (quæ fuit inter Cymbros siue Holsa-  
 tos, testantibus id annalibus uestris, ante trecentos annos uirtute  
 bellica clara) es ortus, domesticaq; educatione ac disciplina, uulne-  
 rum & periculorum contemptor factus, cūm tredecim annos natus, mortuo  
 patre, ciam arrepto domi equo, inuita matre & tuis, ad proxima castra euolas-  
 tes, miram indolem ad militiam attulisti: demum uir effectus, durissimis belli  
 laboribus te totūm dicasti, susceptaq; nobili peregrinatione, totum penē or-  
 bem terrarum circumuagatus es, non tam religionis causa, ut multi opinaban-  
 tur, quā ut multarum gentium mores, tractandiq; belli rationes acutissimè  
 perspiceres, & posteros Cymbrorum, Gothorum, Vuandalorumq; tūorum  
 maiorum inuiseres. Adita primò Anglia, deinde Hispania (ubi diuum Iaco-  
 bum more tunc inueterato salutasti) postea Germania, Italia, Creta, Asia ac Sy-  
 ria maxima ex parte peragrata, ad Hierosolymam urbem peruenisti, ibiq; cum  
 alijs religiose sacrificans, dignitatē aurati equitis suscepisti: quā succedente tē-  
 pore reditis egregijs factis condecorasti atq; ornasti. Hæc tua illustris peregrin-  
 natio in illa deslèda tempora incidit, cūm Selimus Turcarum Imperator, mor-  
 tuo Campsone & interfecto Tomembeio, Sultanico imperio cruentis uictor-  
 rijs finem attulit: unde, nisi magna numinis providentia ad maiora esses refer-  
 uatus, nauis uix elapsus, à Turcis captus fuisses, te tuosq; socios tanquā Mam-  
 meluchos persequentibus. Nauis illa Neapolim peruenisti, indeq; per illud re-  
 gnum Romam profectus, Leoni decimo Pontifici Maximo, more Italico, sed  
 non sine fastu Cymbrico, pedes deosculatus es. Inde per Italiam, Galliam &  
 Germaniam, notitia multiplici in peregrinatione auctus, domūm redijisti, & il-  
 lico, propter summam ingenij tui dexteritatem & agendi peritiam, Fridericus  
 tunc tantūm Princeps Holsatiæ, te filij sui Christiani morum inspectorem, ac  
 omnium rerum eius gubernatorem constituit, missurus filium ad Septemui-  
 rum Electorem Brandeburgensem, ut unā cum ipso Vuormatiam uersus Iret,  
 quò Cæsar Carolus v. tunc primūm Principes Germaniæ, ornatus Cæsarea  
 potestate, conuocārat. Quo in loco Lutherus sua dogmata, summa cum con-  
 stantia presentibus cūctis ordinibus Imperij, protulit & scripto exhibuit: que  
 illo conuentu, unā cum Principe tuo ad patrios lares reuersus, Magister pala-  
 tij creatus es: & cum deinceps Christiernus 11. Danorum Rex, immanissima  
 crudelitate in proceres Gothos, Danos & Suedos sæuiret, illiq; publicè con-  
 spirarent, consentiente & permittente Deo, certissimo semper ultore scelerū,  
 & Fridericum patruum Christierni ad suscipiendum diadema regium adhor-  
 tarentur, tu Principi tuo Friderico suasor & autor extitisti, ut oblatam provin-  
 ciam susceperet, ne alioqui tota sua familia illustris illa regia sede deturbaretur.  
 Nam Suedi, cum Fridericus longius rem cunctando protraheret, quendam  
 ex nobilitate equestri sibi Regem delegerant, quod & de Danis erat timen-  
 dum. Quare ipsius auspicijs exercitum in Dantiā traduxisti, nonnullisq; lo-  
 cis ibi prius expugnatis, Hafniam regalem urbem, plus quā per integrum  
 annum obsidione pressisti, illaq; fame domita, cum ab esu felium ac canum nō  
 abstinerent, in tui principis gratiam suscepisti. Quibus rebus peractis, cū qua-  
 tuor cohortibus ac trecentis equitibus Scandiam nauigasti, & commissa ancl-  
 piti pugna cum Seuerino de Norbu, uiro strenuo & rei militaris perito, secum

habente quindecim millia agrestium tandem eum superasti. Nam aut uincendum, aut moriendum tibi erat: nullus locus fugæ patebat. Circumdetus enim eras mari & hostili exercitu. Sic uirtus uiam inuenit. At rursus summa festinatione usus fuisses, subsidio hostibus. Quo Stigefen, cū alia nō contemnenda manu collecta ex plebe, uenisset: quē paulō post eodē die deuicisti. Sic bis uictor uno die factus, binisq; castris hostium potitus, Ducibusq; ambobus captis, securē castra es metatus. Seuerinum paulo post, non solum confelsi facinorositiam, sed etiam amplam præfecturam à Friderico adeptum, pristinae libertati restituiti, ut omnes inde perspicerent, te non solum in bello inuictum, & in inimicos tuos in pace beneficium esse: quæ tamen ipse tua ingētia merita, magna cum sui nomini pristini & gloriosi infamia, nouo scelere priori addito, dedecorauit. Contra enim datam fidē, clam ad Casarē Carolum, Regis suis Christiæ regnans interēptus est, & sic perpetrati facinoris & uiolatæ fidei iusta præmissa accepit. Iam regno aliquo modo pacato, Christiæ quoq; in Noruegia ab alijs proceribus conditionibus circumuento, ipsoq; in perpetuum carcerē est, qui regno ad annos decem summa cum moderatione præfuit. Quo tandē ē rebus humanis ad diuinā patriam sublato, relictis tribus filijs Impuberibus, & tertio Christiano uirilem ætatem ingresso, Lubecensis Reipub. turbatores nonnulli, facto prius foedere cū Duce Alberto Megapolensi, & Comite Christophoro Oldenburgensi, & Danicis quibusdam Proceribus nouis rebus studentibus, patriæ tuæ bellum acerrimū intulerunt: quod prius gerī quā parari animaduersum est, anno proximo post Friderici mortē, nostratibus in cōstituenda reipub. tempore interregni, & deliberationib. de nouo rege faciendo, occupatis. Superabant enim Lubecensium isti factiosi, sese ciuitatē suam, tribus regis Septentio Senex, nactus iustam defendendæ patriæ causam, & ab extrema seruitute uindicandæ, in medium armatus ex tuo castro, quanquam uno pede æger per integrum annū fueras, claudicans prostris, omnesq; priuatos dolores communi patriæ salutē postponis: nec defuit fortuna audenti salutaria. Illic enim nō sine admiratione omnium, qui id diuinitus contigisse religiosè affirmabant, pristino pedū robori ac agilitati restitutus es. Collecta deinde parua manu cū Christiano, Lubecenses, non procul ab oppido Oetino, desideratis multis aufugere, Segebergensem obsidionē relinquere, ac de sua propria ciuitate defendenda sollicitos esse, coëgisti: ac post hæc Trauemūdā uicem cepisti, breuicq; tempore expugnasti, ipsamq; urbem Lubecam obsidione cinxisti, breuicq; tempore eius non inutiles susceperint. Tu enim eo tempore cū Erico Ericksen, aliās Baner, & nonnullis equitum alis ac militum cohortibus, in Gochiam siue Luitandiam missus eras, ut agrestium multitudinem, maxima ex parte rebellantem, aut bona cum gratia ad pristinū officium & saniora consilia reduceres, aut armis opprimeres, & meritis ab illis pœnas sumeres. Cui iniuncto officio satisfacere cupiens, oppidum Alborch, in quo rustica plebs, Duce Clemente Nauclero, congregata erat, fortiter illis defendentibus, cum tuis feliciter expugnasti, semelq; non sine tuorum dolore, cū primus uallū conscendisses, à summo ad imū deiectus es: ibiq; multiplici cede exēpli causa facta, captū uiuū Clementē quasi Regē plumbea corona dedecorasti, & sic palo configendū curasti, meritisq; perfidiae pœnas ab illo exegisti. Inde in Vuentzhusel, tribus diuersis itineribus, cū copijs tuis contendisti, ibiq; uacillantes in fide cōtinuisti, principibus factionis sublati, reliquos ad officium reduxisti, nouoq; iuramento obstrinxisti. Hinc

Hinc in Fioniam cum traiecisses, plebz etiam ibi maiore numero congregata tuus copiolta adortus, in fugam coniecisti, ac paulo post non procul ab Alsen, in aperto campo seorsim ante primos ordines eu uno equite, te in priamis petente, concurristi, illumq; mortifero uulnere affectu, de equo non sine prebaggio futuri euentus deiecisti, signoq; ceteris dato, exercitum comitis de Oldenborch iusta acie ac praelio superasti, interfectisq; in illo praelio Comitibus de Hote & Teehelnborch, castris hostiu & urbe potitus es. Vnde in Selandia profectus, ibiq; plurimq; locis ui subactis, iterum, ut ante decennium, per XLIII. menses Hassnia obsedit, defendentibus fortiter urbem, & tuis uirilibus conatibus egregie resistentibus Duce & Comite, expectantibusq; a Cesarianis auxilium, sperantibusq; eos occasionem non defuturos. Quae opinio illos haud fetellisset, si tum ex tuo singulari consilio & solerti prudentia, certa equitum pedumq; manus, in terram Groningensem Cesari parentem, non fuisset missa, quae uicem Dam uallo fossaq; munitet atq; teneret. Quae re effectum est, ut Cesariana magis de oppidulo Dam recipiendo, quam de obsessis opem ferendo, alienaq; ora infestanda, cogitare oportuerit: praesertim Carolo tunc Italicis rebus implicato, deq; Regno Neapolitano, ac Ducatu Mediolanensi defendendo, sollicito. Quare obsesi in urbe Hassnia, consumptis omnibus alimentis, quibus homines uesci poterant, extrema inopia premebantur, ac desperatis tandem auxilijs, cum illis nihil aliud reliquum esset, quam ex fame lurida mors, ad pedes Christiani III. Ducem & Comitem se projicere, & culpam agnoscere, delictisq; ueniam petere coegisti. Quibus rebus coeactis, Christianus more Gothorum Regio diademate ornatus, ac patri suffectus est. Fuerunt sequentes anni utcuq; tranquillissimi, sed tamen semper timendus erat Carolus V. semel irritatus, propter affinis sui captiuitatem. Contigit tamen deinceps, ut bellum exarserit inter Cesarē & Iuliacensem de Ducatu Geldriae, Gallusq; Rex Iuliacensem, sub spe matrimonij sororis suae filiae, Reginae Navarrae, in partes suas traduxerat, quibus sese adiunxisset Christianus, ex usu regni fore existimabat. Ideo te, ad percutiendum foedus cum istis duobus, Iuliacum uersus misit. Sed tu, Regem Galliae omnes suos conatus eo intendere, facile perspexisti, ut Caesarem implicitum alio quo loco negotijs redderet, ipsumq; longe a finibus suis amoueret. Ducis uero res eo loco esse intellexisti, ut per etate ipse parum aut nihil de bello cogitaret: illi uero, quibus bellum demandatum erat, segniter rem administrarent. Quare tu summa prudentia foedere illo infrausto regem tuum implicare noluisti, cum ex lo go reru usu ac noticia didicisses, magnos Reges, propter priuata commoda, publicae sancire foedera, ac raro sancta inuiolataq; praestare. Id tamen, fauens partibus Regis Galliae, promissisti, te legionem ueteranoru militu, & quingentos equites nigros, ipsius sumptibus in Brabantia, ad Martinu de Rosheim missurum esse, & apud Regem tuum tantum effecturum, ut classem suam ad depopulandam & infestandam oram maritimam inferioris Germaniae mitteret, & sic unam cum alijs Imperatoris opes distraheret siue distineret: quod utrumq; summa fide praestitisti. Quantam enim uastitatem Martinus, adiunctis sibi tuis copijs, Brabantiae attulerit, ruinae testantur, & Anuersipia terere capta perenne testimonium prebebit. Naues uero, uento contrario orto, per totam estatem operatum re tenere non potuerunt, sed tamē homines maritimos, ne alijs opem Cesarianis non uno in loco, ut cum Maximiliano Burano & alijs, de faciendae praesegisti: quae colloquia & actiones tamdiu irritae fuerunt, donec Spiram uersus profectus, ubi eu tuae legationis socijs solerti opera effecisti, ut Christianus honestis amicitiae legibus Cesari Carolo V. iunctus sit, catenaq; aurea grandis ualoris, sicut & collegae tui, a Cesare discedens donatus es. Quae pace facta domu reuersus, Principes tuos occupatos esse diuidendis principatibus, auitis atq; paternis

## Sub effigie Herois

paternis cernens, quod tibi maxime ex grauissimis causis displicebat (diminui enim hac ratione potentiam coniunctam uidebas, ac facile oriri posse inter principes simultates timebas, quae ipsis & patriae extremam allaturae essent perniciem) te omni magistratu & praefecturis, quibus eras insignitus, uolens abdicasti, & cum tuis in posterum honorifice uiuere decreuisti, retentis solummodo illis, quae erant usque ad mortem tibi liceris scriptis confirmatae & euerit, ac tali suspitione animi eius pupugit, quasi alijs ex causis te ab eius negotijs subduceres, adiuantibus clandestinis plurimum inimicis (nam ultrae inuidia sequitur) & intentibus praesertim eo, ut fictis & futilibus rationibus uiam inuenirent, qua alioqui praeclearum regem, erga te ingratum efficerent, & ut is ingenuis Ducibus commune fuit: hi plerumque in ultimo uitae actu inuidia circumueniuntur, ut Hannibali, Scipioni, Bellisario, Narsesi contigit, & tua aetate Cassius magno accidit: qui non tantum circumuenti, sed etiam diminuti dignitate, in ipso iniuste illatae contumeliae dolore mortui sunt: tu tamen ipsis omnino longe beatior ac felicior fuisti. Rex enim tractu temporis (qui te & nominere Christianus erat) intimis animi sensibus tua praestita officia perpendens, teque falso ab inimicis clandestinis (qui aperte aggredi innocentiam tuam non poterant) delatum intelligens, prius a te data suo filio fide ac manu, te necessitatibus ingruentibus, illi non defuturum, additis his expressis uerbis: si filius ea, quae essent tibi ab auo suo ipsoque propter summa merita usque ad mortem collata, non reuocaret, sed rata haberet (non tantum sic te, sed etiam filium regis tibi obstringens) tibi est reconciliatus, summoque te in honore, ut antea, ad iustos prenos usque cineres habuit & coluit. Filius regis quoque factae promissioni conditionem adiunctam probe intelligens, regia plane in dote summa parca conuenolentiam ostendit, & sese tibi non solum iusta laborum praemia parca conseruaturum, sed si uelles etiam cumularum pollicebatur: cui tum respondisti, nihil te amplius optare quam suam gratiam: tui officij nunc esse, ueteribus meritis auo ac patri praestitis iam ferè obsoletis, nouis illa augere & splendidiora efficere. Elapsis postea paucis annis, Rex Christianus longo morbo paulatim consumptus, & ex his ærumnis ac laboribus (ut illi per somnium iudicatum erat) ad sempermauram patriam & requiem, per mortem translatus est. Continuo regni habenas, Fridericus III. filius, a patre designatus, suscepit. Contigit autem, ut eodem tempore Dux Adolphus ex cupiditate honestae uindictae, clanculum contra Dithmarsos exercitum conscriberet. Illorum enim terra saepius uestrorum Ducum ac nobilium & popularium sanguine tincta est, cum uestrates redintegratis uiribus clades fatales a maioribus suis, sed non sine forti ac uirili repugnantia, in Dithmarsia acceptas, nouis partis uictorijs resarcire studerent, ac iusta sumere de crudelibus barbaris uindictam properarent: adeo ut contemptis omnibus belli disciplinis, soli confisite loci circumuenti, & magna cum patriae calamitate oppressi, ingens sui desiderium luctumque suis reliquerunt. Adolphus igitur, cum Dithmarsos priuatis uiribus aggredi festinaret, ut hinc maiorem nominis sui claritatem compararet, & fines suos dilataret, persuasus seu opinans, Fridericum consanguineum, moerore ex morte patris, ac rebus regni constituendis occupatum, facile hoc sibi praesertim armato concessurum. Id tu statim exactae prudentiae senex olfaciens, adhibito Andrea de Barbij, Episcopo Lubecensi, & filio tuo Henrico (tunc temporis Friderici in Ducibus uicario) ne simultas ac sinistra suspicio inter consanguineos oriretur, in istum statum rem perduxisti, ut ab omnibus

omnibus tribus Principibus, publico decreto sumptuq; bellum contra semp-  
 ternos & auitos hostes gerendum, & sic maiorum ossibus insepultis parentan-  
 dum esse, conclusum sit. Prius rebus necessarijs, quantum in tanta festinatione  
 fieri potuit, ad id comparatis, Fridericus & Principes die constituta cū suis, nē-  
 pe quatuor legionibus peditum, & tribus millibus equitum, in unum locum  
 conueaerunt, ac te unum inuictæ uirtutis belli istius ducē delegerunt, speran-  
 tes fortunam, ut formidam, à te factis generosis olim subactā, semper usq; ad  
 exitum uitæ morigeram fore. Quem honorē primò repudians, iam ferè septus  
 genarius, & ætatis excusationem adducens, tandē uictus illorum precibus ac  
 postulationibus, suscepisti. Ac quādo cū principib. hostiles fines ingressus fui-  
 sti, semper eò animum intendisti, ut principum iuueniles ac generosos insitos  
 animis conatus ( qui cupiebant aspera audacter aggredi, & pugnam impigre  
 cingere) enili cunctatione reprimeres, & quā celerrimè posses, hostium in ma-  
 gnā longitudinem productas triplices fossas ac munimenta cum legionibus,  
 captata prius temporis & loci opportunitate, transcenderes, memorabileq; de-  
 trimentum, ubi barbari sese securos esse crederent, illis inferres. Primò oppidū  
 Meldorp, diuiso exercitu, tribus locis uno tempore adortus, non sine uulneri-  
 bus tuorū expugnasti, interfectisq; multis hostibus, cæteris suis fugatisq; ibi  
 castra, tanquā in medio Dithmarsicæ secundum longitudinē, inter Suderstrādē  
 & Nordstrant, quibus duobus locis flos & robur militiae Dithmarsicæ habita-  
 te solet, posuisti: atq; sic eorum copias, ne coniungi possent, diremisti ac separa-  
 sti. Inde in Suderstrādē cū parte copiarū profectus es, reliquis copijs in castris &  
 apud principes manentibus, eo consilio, ut si fortè reliqui Dithmarsii periclitā-  
 tib. Suderstrandensibus opē ferre uellēt, illis obijci possent: quo in loco ma-  
 xima strage edita, reliquā multitudinē, exercitu circumdato, sine ulla conditio-  
 ne sese dedere coëgisti: quorum pars Holsaticis carceribus usq; ad belli exitū  
 damnata, pars Albim deportata alienis oris imposta est. Tertio Heydam, que  
 Dithmarsiorū nobile Emporium fuit, cum principibus circa uesperā castra mo-  
 uens, per noctē cōtendisti. Inde non procul rustici, adductis tormētis infestisq;  
 uolitantibus signis, cum equitibus uestris ex longa nocturna ac diurna profe-  
 ctione lassis & defessis, cunctantibus nonnihil tuis militibus, et diutius, quā  
 par erat, in itinere hærentibus, audacter arma cōtulerūt. Ibiq; tui omnes princi-  
 pes, primis in ordinibus hostes aggressi, singuli specimen uirtutis ediderūt, &  
 maiorib. suis fuso sanguine hostium litarunt. Dux Adolphus fortiter pugnas  
 grauitè uulneratus est. Ab hostibus ter præliū redintegratū, eo euentu, ut ma-  
 xima pars illorū ultā, reliqui superstites diu defensam barbaricā libertatē ac ter-  
 rā ipsam amiserint, uerosq; eo die tuos principes Dithmarsicæ Duces effecisti.  
 Quo bello cōficiendo, nō solum acutissimi Ducis nomen, qui nihil absq; sum-  
 mo consilio susciperet, sed etiam humanissimi tibi comparasti. Si enim acerbè  
 uindictā exercuisses, fraternus amor te excusare potuisset: Vnum enim fratrem tū  
 multorū sententiam quingentos Dithmarsios alioqui trucidandos, Friderico  
 Rege in tuam sententiam traducto, incolumes cōseruasti, te palām humanum  
 ducem belli esse glorians, non carnificē. Orta deinde seditione inter Legiones,  
 qui inhiantes rusticorū bonis discedere ē finibus nolebāt (cū tamē, excepta  
 Schonuesij Legionē, non multum uera uirtute dignum edidissent) tu Dithmar-  
 sis nonnullis restituis armis, Legionibusq; diuersa in loca ablegatis, tormen-  
 tisq; abductis & adiuuctis equitibus, ut & metus ad imperium redire, & ex pro-  
 uincijs uestris sine maleficio discedere coëgisti. Hoc ultimo uirtutis tuæ speci-  
 mine edito, actū concludere, uolubilēq; fortunā nō ulterius periclitari, sapien-  
 ter decreuisti. Quare te tam fortunatū senem appellare non uereor, cum in tem-  
 pore manū de tabula tollere didiceris, ornatusq; tam sis omnibus muneribus,  
 quibus,



## Sub effigie Herois

quibus ullus unquam inter Cymbros tui ordinis ac loci cohonestatus fuit, ac tribus Regibus, Friderico I. Christiano III. & Friderico II. uictrici manu singulari q̄ prudentia, cum ceteris proceribus, diadema regum imposueris, receptus q̄ profusi sanguinis & laborum tuorum iustam mercedem, ea q̄ nunc lætum summæ spei caterua, lætus fruens, extructis edificijs multis regio luxu: ex quibus unum Bredenberg cum munitissimis, aliud Bothkamp cum ornatissimis in tota Cymbria arcibus conferri queat. Hoc tibi nunc supremi laboris superest, ut, cum tua anima ex hoc ergastulo liberata erit, Corpus tuum religiosè in monumentis maiorum, ad spem beatæ resurrectionis, paulisper cū pompa funebri tuorum nepotum brachijs deponendum cures. Postremò opto, ut solita utens erga Deos pietate, te diu incolumen Regi ac Principibus tuis, patriæ, filijs & nepotibus, Deo opitulante conferues.

## ALIVDELOGIVMSVB

EFFIGIE EIVS

dem.



**D**EVS Trinus & Vnus te longè sospitet, & in hoc uivida senectæ robore diu feliciter conseruet, fortunate senex, quem ex equestri & peruetustæ nobilitatis, apud Holsatos Saxones, Ranzouiorum familia natum, syderum inclinatione Genius diuum q̄ gratia, per bellicas uirtutes, ad iustam fortunarum atq̄ gloriæ societatem extulerunt. Quò iam tum contendere es uisus, quando proximus pubertati à patris morte, arrepto domi equo, ad uicina castra euolasti. A quibus prouectiore ætate in Angliam, Hispanias, Italiam, Cretam, Asiam Syriamq̄ progressus, & apud Hierosolymas militari balth eo honestatus, ex tam longa & periculis uarijs obnoxia peregrinatione, non modò id honoris insignè, sed animum plurima uariarum patriæ optimorumq̄ Principum tuorum, Holsatiæ Ducum, cultum retulisti. Eam cum infractò animi corporisq̄ robore, temporibus ita postulantibus, in campum produxisses, re ipsa comprobasti, non pugnantium numero, sed imperatoris atq̄ militum uirtute, cōstare insignes uictorias. Sic ala una equitum, & quatuor peditum Germanorum cohortibus, post edomitam Hassiam Daniæ regum permunitam sedem supra quindecim Scandianorum milia, bis eodem die diuersis locis acie uictor, ducibus captis, profligasti. Quo felici rerum successu, & pacis fundamenta à te iacta sunt, & Borealis nobilitatis attritus, læceratusq̄, sub Christierno II. immanis crudelitatis Rege, splendor & tranquillitas reuixit. Nam hinc eius spes, quæ ad regna Septentrionalia respiciebat, ex fuga, in quam se contecerat, scelerum ultricibus diis consciam mentem impel lentibus, planè imminuta fractaq̄, aditus uerò ad regni fastigium patefactus fuit optimo Principi tuo Friderico, Holsatiæ Duci. In quo ille iustè, clementer pieq̄, usq̄ ad uitæ exitū uersatus, & subditorum de se expectationi undiquaq̄ satisfecit, & fidei meritorumq̄ tuorum magnitudinem regia liberalitate agnoscit. Ab eius è rebus humanis excessu, cum noui popularium motus per Daniã excitarentur, & Lubecensium quidam, rerum nouandarum studiosi, inopinato se in patriam tuam cadibus atq̄ incendijs latè effunderent: Auctor Principi tuo Christiano, Friderici filio, Holsatiæ Duci fuisti, ut inter initia Lubecam inuaderet. Quod cum te duce administrari iussisset, id dexteritate consiliorum, atq̄ actionum tuarum celeritate, cōsequutus es, ut Lubecenses, suis fugatisq̄ ad Oetinum eorum copijs, non modò ad soluendam Segebergensis castri obfidionem, sed Trauemunda atque nauibus aliquot captis, urbem ipsa oblessa, cum

eam belli sumptus, & dilabentem mercimoniorum quaestum, ferre eiues diu-  
 tius, aut non possent, aut non uellent, certam pacem speratae uictoriae praefere-  
 maluerint. Quae eodem liberalius afflictis concessa fuit, te Cymbricos motus coer-  
 cente, quod magis Principis atque patriae tuae interfuit, uicinam hanc flammam re-  
 stingui, & tot simul enascentium hostium uires diduci. Nam factiosorum quo-  
 rundam Danorum motus, Albertus Megalopolitanus Dux, & Christopho-  
 rus Oldenburgeris Comes, iustis exercitiis tuebantur, Hassnia regali mu-  
 nitioribusque locis occupatis: quorum uires, per Balthici maris insulas diffusas,  
 cum sigillatim adoriundas censuisses, idque tuum salutare consilium Christianus  
 Princeps approbasset, per continentem traductis copijs, primo Cymbricos lu-  
 tas feliciter aggressus, Alborgo uel expugnato, ac deletis aduersariarum partium  
 copijs, redactisque in ordinem sacrorum Papisticorum nonnullis praesulibus,  
 qui se hominibus, nouandarum rerum studiosis, duces autoresque praebuerant,  
 non minimum Danici regni tractum Principi tuo conciliasti. Proxima erat  
 Fionia, ubi ualido hostium presidio Assense oppidum tenebatur, & cum iusto  
 exercitu Germanorum illustres Comites, Iohannes ab Hoya & M. à Techeln-  
 borch, alijque strenui alarum atque cohortium Duces excubabant. At tu nihil ho-  
 stium potentia territus, traiecto mari, cum obsidionem Assensii strenue coepis-  
 ses, incumbens eius solutioni Comitibus, laudabilius existimasti, produ-  
 cto in patentes campos milite, praesentem aliam subire, quam intra castrorum mu-  
 nitioes obsessi praebere speciem. Itaque cum iusta acie, loco ab hostium praesi-  
 dio editiore, confliques, insigni uictoria, quae comitem unumque multosque for-  
 tes uiros absumpsit, eoque ardentis fortunae progressu tota insula potitus es.  
 Hinc in Selandiam itum, in qua expugnatis propugnaculis, & subditis paca-  
 tis, restabat uia a Hassnia regum sedes. Ea tum illustrium uirorum atque ueterant  
 Germanici militis praesidio, tum suis munitionibus aduersus omnem uim insi-  
 gniter armata, fame subigenda fuit. Quod post XIII. obsidionis Mensem feli-  
 citer cecidit, eoque maiorem Principi tuo clementiae atque moderationis gloriam  
 peperit, quod ille indulgentius ad Saguntinam (ut aiunt) famem adactis, dimis-  
 so sine noxa praesidio eiusque Ducibus, ignouit. Hac uia Christianus Princeps,  
 uere Christianus, cum seditiosis hominibus Daniam purgasset, diademate Re-  
 gio procerum consensu ornatus, per omnem uitam consilia actionesque suas, ma-  
 ximo subditorum commodo & gratulatione, eodem retulit, ut iustitico nomini es-  
 sent consentaneae. Quae excellenti uirtute perpetuaeque felicitate impulsus Caro-  
 lus Caesar, qui alieniore a Christiano Rege animo, ob Christi terna sororis sui cu-  
 stodiam, liberis eius incitantibus, erat, potius te paucisque alijs actoribus cum si-  
 lo in gratiam redire, quam huius deformatam scelestissimorum delictorum tur-  
 pitudine causam persequi uoluit. Sic aucto confirmatoque Principis tui impe-  
 ditibus semoueri tuus recessus tam longe non potuit, quin absentis gratia a-  
 pud optimam regem attrectaretur. Quod tu eodem nobilitati proposito negligendum  
 existimasti, quod certius statuebas, gratissimam beneuolentissimamque Regis animo,  
 tot aduersis prosperis spectatae cum extremo uitae discrimine fide, integritatemque  
 tuam, maleuolorum obreclationibus exlami nunquam posse. Neque tua te felici-  
 ter opinio, quando decedente corporis uigore, te solita gratia complexus, Fridert  
 co filio, Regi designato, ingenue commendauit. Quem a patris morte, cum  
 patris Iohanne & Adolpho, Holsatiae Ducibus, in Dithmaros gentem ferocem,  
 & haecenus pro inuicta habitam, uindicantem, cano et penes septuagenario capi-  
 te secutus, delatum communi Principum consensu Magisterij equitum munus,  
 ut modesta aetatis excusatione declinare uoluisti, ita strenue postulatus Prin-  
 cipibus susceptum turatus es, nunquam pristini uigoris robore intermisso. Sed  
 eius secundissimi belli laudem sicut libere & merito ad Regis atque Ducum gloriam  
 refers,

2042 Sub effigie Herois Ioan. Rantz.

refers, qui utiliter consulendo, atq; fortiter pugnādo, clarissimorum Heroium munera impleuerunt: ita vicissim tuam, tot antea uictorijs portam Lauream, hoc clementiæ encomio ex eo bello non inuiti reddent ornatiorem, quod supra quingentos Dithmarsos, qui aduersum te in acie consisterant, cum profectis armis extrema experiti non uellent, nonnullis eos ad necem poscentibus, humaniore animi decreto uiuos incolumesq; conseruasti, cum eorum sanguine interempti olim fratris manibus litare potuisses. Cuius facti memoria ingrati tui propositum, nunquam mercenariæ externorum militiæ, sed uni patriæ eiusq; legitimis Principibus, ea moderatione obstrictū, ut uictoris manus tremo actu confirmare es uisus. Igitur etatis ueniam legitimo iure consecutus, uide in posterū, tot exhaustis feliciter belli laboribus, diu felix atq; incolumis, in tuis priuatis ædibus: quarum alteras Bredenbergi, per ductis iustis munitionibus atq; propugnaculis, solo depresso ad Storam, reciproco æstu fluctuantem, alteras Italicæ elegantie imitatione Borhecampij, editiore specula ad lacum Bissenū, magno sumptu excitasti: & inter grauissimas consultationes, quibus presentem animi rigorem, cum suo Genio, tum diligenti rerum obseruatione, ad circumspecti iudicij acumen per ductum, Regi Principibusq; libenter nepotum neptiumq; sobole oblecta. Quos ut uirtutis tue æmulatione, digna te patre auoq; sectari atq; consequi uideas, utq; transcursu mortalis uitæ spacio, pie sancte q; ad beatorum sedem hinc emigres, id tibi concedat inexhaustæ bonitatis & clementiæ numen æternum.

EPITAPHIUM STRENI ET NOBILISSIMI VIRI, IOHANNIS RANTZOVII, EQVI

tis Holsati: quod ei in primaria æde oppidi Itzohoa

à pñsims filijs in sempiternam memoriam

collocatum, marmoriq; inci-

sum est.



Ohanni Rantzouio nobili Holsato, qui post susceptū balthei militaris decus, & perlustratas remotissimarū gentiū prouincias, quā tam pacis belliq; artibus, omnibusq; corporis atq; animi eximij bonis eniti potuit, id omne, secundum pietatem in Deum, uni patriæ eiusq; laudatissimis Principibus, Friderico I. Christiano III. & Friderico II. Danorū ex ordine Regibus, huiusq; patris, Iohanni & Adolpho Holsatiæ ducibus impendit, felicissimo euentu, ut pote summus cum iustis copiis deditasq; urbes atq; arces, profligatos electosq; procul Cymbricis & Holsaticis finibus hostes, in ordinem redactos Papisticorum factorū seditionum, oestes patentibus in campis, diuersis prælijs superatas hostiles acies, uel ab ipsius indulgentia, uel à foeda fuga uitam coegerit impetrare, illustri & fidel erga patriam eiusq; Principes, & clementiæ erga uictos gloria, quam ad fatalem maturæ senectutis horam sine fortunæ ludibrio perduxit, sicq; domi sue, etatis ueniam nactus, omnibus animi sensibus integris, in charissimæ conperat, firma in Christum fide, & certa resurrectionis spe confirmatus, reddidit Henricus & Paulus filij, parenti cariss, moerentes posuere. Obijt Anno Domini 1565. Die 12. Mensis Decembris. Cum uixisset annos 73. & Mensis 1.

# Epitaphium Ioan. Rantzouii. 2043

IN TVMVLVM EIVSDEM  
Equitis clarissimi.

**H**ic sita Rantzouij sunt frigida mēbra Ioannis,  
Inclita cui uirtus nomen equestre dedit.  
Qui diadema tribus, procerum statuente Senatu,  
Regibus Arctoio imposuit manibus.  
Christerni pepulitq; duces uirtute secundi,  
Eiecit regni sedibus eiq; tribus.  
Quid refram Comites, populos, domitasq; tot ur-  
bis redijt caeso uictor ab hoste quater. (best  
Hoc duce quæ capta est, Hassnia testis erit.  
Naucleriq; seros compefcuit ille tumultus,  
Intulu & rigidis signa tremenda tutis.  
Ille, armis frustra toties bellisq; petiis,  
Tempore Dithmarfos contudit exiguo.  
Quenq; serox multis Dithmarsia fuderat annis,  
Cymbrorum uiridex sanguinis ille fuit.  
Singula quid refram nil non laudabile fecit,  
Consilio felix, Marte togaq; fuit,  
Auspice multa Deo, primo sub flore iuuenta,  
Pro patria gessit, multaq; bella senex.  
Ut charus patriæ, charis incundus amicis:  
Hostibus aduersis sic metuendus erat.  
Quid struatis ædes memorem, magnoq; labore  
Conditæ magnanimi tot monumenta uiris  
Qui licet exhaustus senio sua fata subibat,  
Visa tamen patriæ est mors properata nimis.  
Hoc duce quæ caret, & quondam fortasse carebit:  
Quod tamen in uentis omen abire uelim.  
Adde quod & mansit, iam succedente senecta,  
Corporis integritas ingenijq; uigor  
Vnde futurarum prudentia maxima rerum,  
Perpetuò constans iudiciumq; fuit.  
At postquam cursum, dederant quem fata, peregit,  
Despexit casto coniugis in gremio.  
Terrores metuens nullos, solatia sensit  
In CHRISTO moriens iustificante fide.  
Vita uale, dixit, spes & fortuna ualete.  
Lubrica uos, uera est nunc mihi parca quies.

DE OBITU IOANNIS RANTZ-  
zouij, Equitis aurati, ex Can-  
cellaria Regis Da-  
nia.

**C**um placido uitæ mutasset tempora fato  
Ioannes heu Rantzouius,  
Luxerunt nati, coniunx, Holsatica tellus,  
Vno ore plangentes patrem.  
Mars tumulo imposuit laurū, zonamq; trophæūq;  
Et hostibus demptas opes.

Pax etiam, aut concurs huic, aut contraria Marti,  
Amantem laudauit sui.  
Fama hinc dispergens latè ore manuq; secuta est  
Virtutum testimonia.  
Qualiter hunc igitur uixisse putabimus annis  
Lustrorum bis septem & tribus?  
Tot namq; hic uixit, quem Mars, Pax, Fama, perem  
Requirant, laudent, efferant. (ptum  
Et pia cum natis coniunx uiduata marito,  
Et patria lugeant patrem.

IN TVMVLVM E-  
iusdem.

**C**onditur hoc tumulo rara pietate Ioannes  
Rantzouius, claro stemmate natus, Eques  
Regibus imposuit tribus hic diadema superbis,  
Fertile Danorum qui coluere solum.  
Et seua iniuste Christernum bella mouentem,  
Sedibus auertit Marte potente tribus.  
Frena recusantes multas compefcuit urbes,  
Submisitq; ducum colla superba iugo.  
Dania sepe eius norat fortissima nomen,  
Sensit & illius pulchra Lubeca manus.  
Quæ tulit illius Schonongia signa triumphii,  
Oetinum & pariter terra Fionia refert.  
Est & adhuc memor hostilis iudlandia cladis,  
Nauclerum domuit qua sua dextra truce.  
Omne testis & est pugnant Dithmarsia nuper  
Infausto, cuius moenia uicta iacent.  
Sic felix fuit & sortem se præstitit, ut cum  
Confereret uictor bis quater hoste manus.  
Quid refram mores mixtos grauitate decora?  
Quid, quod erat iunctum cura bonitate decus?  
Integer ipse fuit maculis non oblitus ullis,  
Atq; tulit sortem, qualiter illa fuit.  
Consilijs populum dubitantem iuuat honestis,  
Iuuat & afflictos pro bonitate uiros.  
Rebus in ambiguis uultus non sumpsit acerbos,  
Nec fato elatus prosperiore fuit.  
Sed mens illius certo deducta tenore,  
Quod fuit ante pedes, excutiebat opus.  
Hinc sua clara uiget gestarum gloria rerum,  
Omnibus ipsius est cognita fama locis.  
Sed postquam senio confectus & obfusus annis  
Sensit se uitæ continuasse uiam,  
Speq; fide; Deo certus constanter adhesit,  
Et sic uoce pia, cum moreretur, ait,  
Reddam animam Christo, mea pignora cara ualeto,  
Et tu me gremio suscipe, Christe, tuo.

VERSUS

VERSUS CONTINENS NV-  
merum anni, quo obiit Ioannes  
Rantzouius, Eques  
auratus.

Tempore quo Verè s'vbit s'va fata Ioannes  
Rantzo VIVS, Versvs Denotat cXlgVVs.

QVBRELA STORAE  
fluuij.

**R**iuule cur præter solitū tuus humor abundat  
Dic Storae lucidula quis tibi turbat aquae  
RANTZO VII miserū me tristia funera turbāt,  
Cresco ego de lachrymis perditus ipse meis.  
Ille erat heu summi iuuenis mihi causa decoris,  
Ille mihi moriens abstulit omne decus.  
Ne mihi quis lympham uiolaret, condidit arcem  
Me prope depresso, Palladis arte, solo.  
Extinctum plangant Pax & cum Marte Minerva,  
Religio, Charites, Cymbrica terra patrem.

EPITAPHIUM EIVSDEM.

**Q**uæ Lector celsis insignia iuncta columnis,  
Quaeq; opa è Pario marmore facta uides,  
Inclita RANTZOUIJ sunt haec monumēta IOANNIS,  
Frigida defuncti sub quibus ossa cubant.  
Hic dum uinebat nulli uirtute secundus,  
Militis aurati nomen adeptus erat.  
Nam firmi uegetus iuuenis cum corporis esset,  
Ingenij sensit munera magna sui.  
Per uarios populos longinquaq; climata terræ  
Immensum ad Solymas per mare fecit iter.  
Vnde illi rerum prudentia magna parata est,  
Ut possit patriæ commodus esse suæ.  
Cum Danie primus Fridericus sceptrum teneret,  
Edita sunt fidei plurima signa suæ.  
Post ea felici Clementem Marte represit,  
Iulica cum fureret seditione cohors.  
Obsidione premens Aleburgica mœnia, ciues  
Rex Christiane tuo subdidit imperio.  
Christophori Comititis dum rura Fionia miles  
Vastaret, uictrix hic quoq; dextra fuit.  
Hassnia cum nollet clausis se dedere portis,  
Miles in hac præstans obsidione fuit.  
Schanica Meiero deuicta fera agmina capto  
Compulit & domini subdere colla iugo.  
Extera finesto streperent cum bella tumultu,  
Strenuus audaces mouit ad arma manus.  
Publica res timidis tremuit quando anxia curis,  
Consilio patria profuit ille suæ.  
Seu res consilij fuerat seu Marte gerenda,  
Regibus ille suis instar Achatidis erat.

Nobile Rantzouicum generoso à stemmate nomen  
Nobilius factis reddidit ille suis.  
Bis septem lustris quum tres adiunxerat annos,  
Vitaq; iam finem cepit habere suum,  
Pressa graui senio gemerent cum membra doloris  
In Christo moriens leniter occubuit.

ALIUD EPITAPHIUM EIVS-  
dem, in quo primum Distichon continet  
annum Christi, quo obiit, & pri-  
mæ literæ maiusculæ no-  
men auctoris.

HOLSTIÆ RANTZOV DECVS & VITÆ IOANNES  
HVC PŌSTVS, LAVDIS VIX POLVS IPSE CA-

I mberbi Solymas mento qui uenit in oras, (pax.)  
Rettulit auratæ militiæq; decus.  
Nec non Christiano, Fridericis atq; duobus,  
Tradidit Arctoi sceptrum regenda soli.  
Rectori quod erant Atridae Nestor Achillesq;  
Id tribus his solus regibus ille fuit.  
Ilius est fractus Christernus fortibus armis,  
Cederet at regnis Marte cadente tribus.

Christophorum profugo stantem pro rege ducemq;  
Albertum, nigri qui bouis ora gerit,  
Vasta instaurati renouantes bella Gradiū,  
Ad regis constat procubuisse pedes.

Sensitq; infelix inuidias Hassnia uires,  
Ilius auspicijs Hassnia capti pijs.  
Rostrate memorare potest quis prælia clausis  
Pro tantis dignè conditione ducis t

Alta sed emensæ referam uestigia uitæ,  
Et quoties hostis copia strata feri.  
Norbius ingenti uenit obuius agmine primus  
Est ubi Scandlaci grandis eremus agri.

Trita uidens socij sed Otho Stigsenius arma,  
Hic uno, dixit, bina trophæa diei  
Sunt etiam nobis uires, uel præstet Achillem  
At uix intuitus terga pudenda dedit.

Obstitit & Marcus Meyer, cum dira moueret,  
Quatuor in partes is laceratus obit.  
Vidus adhuc Oelinus habet fera signa cruoris,  
Casorum uarijs ossibus albet humus.

Pestifer hos sequitur Nauclerus in ordine quartus,  
Successum & uires sperat habere suas.  
At non Holsticus cedens, nec territus Heros,  
Obuia uictrici tendit ad arma manu.

Turbatum superatq; Ducem stringitq; catenis,  
Firma procul muris non Aleburga tuis.  
Regali donat sceptrum, plumboq; coronat,  
Tunc ubi supplicij afficiendus erat.

Infansos etiam Comites extendit arena,  
Hic ubi Taurinus mons iuga celsus habet.  
Formidat


2045 2046. Ioan. Ranzouii. 2047 2048.

Formidata olim totis Dithmarsia regnis  
Hoc duce principibus colla premenda dedit,  
Et quamuis ualidis pugnarit fortiter armis,  
In tribus est tandem uicta cruore locis.  
Cetera que restant Sophocleo digna Cothurno,  
Cantet cum claris Holsata terra Danis.  
Ipse Deus uerò talem uilescere gemmam  
Non passus, cæli traxit ad castra uagi.

DE ARMIS IOANNIS RANZOUÏI, equitis aurati, quorum suam partem Henricus, &c. Rantz. filius, donauit fratri Paulo.

**D**uidere arma patris cum uellēt bellica nati,  
Corpore quæ proprio gesserat ipse suo,  
Mars clypeū abiecit, dixitq; o parcite nati,  
Parcite, in his aliquid Mars quoq; iuris habet.  
Que toties genitor defendit ab hostibus arma,  
Turpe, ea si natis diripiuntur, erit.

DE SEPULTURA ET EXEQVIIS FUNEBRIBVS EIVSDEM NOBILISSIMI EQVITIS, IOANNIS Ranzouïi, appendix, per Christophorum Kellinghausen Hamburgensem.

 **M** de Præclarissimi heroïs, cum illustri uitæ curriculo rebusq; fortiter gestis, tum placida & beata ex hac mundi colluuię emigratione multa superius luculenter cõmemorata sint: id unum te, humanissime Lector, desiderare amplius posse existimaui, quod disertè illic explicatum non erat, quæ is funeris pompa in honore ad sepulturam elatus, quoq; splendore & magnificentia iusta ei facta essent. De qua re, quoniam ea quoq; ut reliqua, honorificentissima ipsi meritò cõtigerunt, quàm potero pauantis ætatis senio debilitatus, & lenta morbi diuturni tabe confectus, integris planè uniuersis & immotis animi sensib. de ærumnosa hac uita, obitu sanè perquam tranquillo & pio, discederet: inter cætera plurima, quæ prudenter pieq; admodum & munificè, se fatis functo peragenda, testatus constituit, & illud si ut se post mortem illatum maiorum sepulchro, quo & pater, & auus, & proauus & abauus, conditi quietem sanctam in Domino agerent, in oppido propinquo Iezohoa tumularent. Quia uerò grassabatur tunc eo in oppido uehementer pestis (ut & in alijs plerisque Germaniæ locis & oppidis) qua multi indies mortales mortem obirent, ne propinquos suos, gentiles & amicos ad honestandū funus eum in locum accerferent, quem iusto metu propter uitę periculum adire omnes formidare poterant, tandiu id differre, seq; in adem proximam deponere, quoad pestilens contagio illic serpere & sæuire omnino desisset, iusserat. Quod supremum dulcissimi parentis mandatum, ut ei post obitum quoq; mortem gererent, quem uiuentem amore summo complexi, mira cum pietate & obseruantia obsequentissimè semper coluissent, fideliter quoq; & solerter sunt executi filij. Exemptis enim intestinis, arcuulaq; ex plumbo seorsum conditis, exenteratum primū cadauer opobalsamoq; inunctum, & fragrantibus aromatis, molli

Integra, dante Deo, post tristia fata manebunt,  
Ut sacras, dum uixit, tutaq; semper erant.  
Ergo dedit Paulo, fraterni pignus amoris,  
Henricus partem, Marte monente, suam.  
Exoptatq; armis cum laude utatur ipsdem,  
His usus genitor qualiter ante fuit.

QVÆRELA ANNAE RANTZOUÏI in funere eiusdem dilectiſſiſ. coniugis ſui, incomparabilis uirtute heroïs, incisa lapidi ſepulchri, quod in piam patri memoriam grati filij in tēplo primario oppidi Iezohœ ſtatuerunt,

**C**oniugis Anna ſui cū cōderet oſſa ſepulchro,  
Hæc ait, in lachrymas tota ſoluta piæ:  
Si mihi non tecum licuit, uir ponere uitam,  
Mox, tamen intereunt ni mea uota, ſequar.  
Et præcor, ut placidè coniuncti uiuimus ambo,  
Sic quoq; Cœleſti nos beet arce Deus.

HHH tis, molli

matris, molli intersperso Anglici sili tomento effartum, deinde sacrophago  
 item plumbeo querno intecto ligno compositum, in æde paræciali pagi Bre-  
 dēbergē (quam collapsam ipse olim restituerat, & donarijs elegantiq; exadifi-  
 cata turri pio liberaliq; animo exornauerat) lateritia extracta domuncula de-  
 posuerunt. Vbi cum in tertium iam mensem supra annum constitisset, mite-  
 scente magis magisq; in oppido lue, ad principes & ciuitates finitimas, ad agna-  
 tos, necessarios & amicos, literas dederunt, ut in colliculum imminentem op-  
 pido pridie Calendas Martias conuenire, & deducendo funeri intrerelle pom-  
 pæ uellent. Quo adueniente tempore, alter filiorum maior natu Henricus  
 Rantzouius, regius in Holsatia Vicarius (nam Paulus iunior frater cum illu-  
 strissimo Principe Adolpho ad obsidionem arcis Gothæ profectus, ex necessa-  
 ria ea causa parentalibus adesse non poterat) cum familiaribus nonnullis bi-  
 duo antè ad templum sese conferens, ubi in ædícula clausum funus custodieba-  
 tur, ea effracta, post habitam funebrem ab eius ædis presbytero Nicolao Vin-  
 terbergio orationem, cum per fenestellam stanneam, quæ eum in usum in locu-  
 lo erat, faciem defuncti charissimi parentis, desiderio etiamnum nimio uix la-  
 chrymis temperans, supremum contuitus esset, & aliquot eius imagunculas  
 ex argento conflato inauratas iniecisset: id serici uillosi atro intectum uelami-  
 ne, & arcæ impositum, in castrum suum Bredēbergam secum auexit. In quod  
 precedentibus cum faculis nepotibus, & honorifica insequente pompa, illatū,  
 in cubiculum pullato undique panno instratum uelatumq;, accensis circum  
 funalibus, pheretro collocauit. Huc postridie eius diei Eberhardus ab Hol-  
 le, Lubecensium & Verdensium præsul & Henrici affinis, uir spectabilis adue-  
 honoris fastigio longè dignissimus, cum honesto & mediocri comitatu adue-  
 nit, alijq; item nonnulli nobiles uiri, ut funeri efferendo interessent: qui honori-  
 fice omnes excepti & tractati splendide, noctem ibi unam cum suis egerunt. In  
 sequenti die, qui exequijs præfinitus Calendas Martias antecederat, elatum  
 cubiculo in ueliculum idem, quod fuerat aduectum, pullo integumento obdu-  
 ctum collocauerunt: & alijs nonnullis ponè legentibus eius uestigia curribus  
 quibus mœstissima coniunx nurusq; geminæ, cum numerosa & pulchra ne-  
 potum neptiumq; sobole, & agnatæ quædam femina uehebantur, satellibus  
 stipatum undiquaque circumcursantibus, ita in oppidum inducitur. Interea  
 Henricus Rantzouius cum antistite, & quibusdam agnatione proximio-  
 ribus, amplaque ministrorum familia, lugubri omnes habitu, pullis & syndone  
 peplis à pileis interga defluentibus equorumque ephippijs atratis stragu-  
 lis operatis, in collem oppido propinquum contenderunt: quod principum  
 ciuitatumque legati, propinqui, gentiles & amici, præclari omnes & nobi-  
 les uiri, magno numero confluxerant. Quibus in corona circumstentibus  
 cum illum ad diem dictum rogati promptè accessissent, utq; ad reliqua exe-  
 quialis eius honoris & celebritatis solennia peragenda, supremam & piam,  
 paternis manibus secum operam præstare, & ijs finitis epulo funebri interesse  
 non grauaretur, perhumaniter perq; amāter rogauit. Inde ternis simul binisue  
 iunctim equitantibus, composito decenter ordine currum, quo funus defere-  
 batur, consecrati, longo agmine (nam trecenti ferme erant, qui equis ueheban-  
 tur) lentoq; & moderato equorum gradu, sensim & magnifice oppido adeque  
 magnificus heros per amplas sibi & splendidas olim extruxerat) funus depo-  
 sissent, in hospitia per oppidum pleriq; dilapsi sunt, ut equis in stabula traditis  
 singuli ad cohonestandam funeris pompam redirent. Sub idem præterea tēpus  
 curribus frequentibus, quorum supra quinquaginta fuisse constat, ingens fo-  
 minarum

minarum uirginumq; nobilium turba aduecta est: quæ cunctæ pro regionis  
 more, ut funus comitarentur, candidis lineis uelamentis capita obuolutæ, quæ  
 inde per scapulas utraq; licenter errantia dependebat, sese perornauerant. Ea-  
 rum complures ad defuncti equitis, coniugem Annam, ex uetusta & clara Val-  
 stropiorum gente prudentissimam honoratissimamq; foeminam, sese conferen-  
 tes, quæ iisdem in ædibus ad funus uiri mæsta atq; adeo exanimata fere luctu  
 morabatur, largifluis opplentibus uultum lachrymis, & ingenti animi dolore  
 intercipiente spiritum, eam uerbis amanter & diligenter consolata sunt. Quæ  
 dum fierent, interim æra campana in ædibus sacris, cum in oppido, tum in uici-  
 nis circumquaq; pagis parochialibus, nusquam cessabat: quib. & oppidū ipsum,  
 & omnis circum uicinia late personuit. Cæterum ubi efferendo funeri desti-  
 nata ad senithora, illud serico uilloso nigro obductum seni eiusdem gentis &  
 stemmatis, præstantes omnes animis & uiribus nobiles uiri, succolantes in hu-  
 meros pheretro sustulerunt, & lento grauiq; incessu, dum subinde ob nimium  
 plumbei ligneiq; loculi pondus furcis perdicisq; transuerso subiectis, subsiste-  
 re cogerebantur, in templum eius oppidi primarium, diuo Laurentio martyri di-  
 catum, deduxerunt, longo honoratissimoq; & præcedentium & comitantium  
 agmine. In primis ex ludo literario pueri de more antecedeabant, lugubres can-  
 tiones uernacula Latinaq; lingua alternatim decantantes, quibus nunc gau-  
 dium, nunc tristitiam aut uulniantium animis infundebant. Hos uerbi diuini my-  
 sta & inter prætes in oppido & pagis finitimis insequiebantur, quibus sacratæ  
 supra quadraginta ex nobilitate uirgines, eiusdem cœnobij contigui templo  
 alumnae, candido omnes amictu ( ut eius sectæ mos & instituta ferunt ) succe-  
 debant, & ipsæ temperatis uocibus suaviter funeri præcinentes. Hinc ministri  
 uinuersi Henrici, habitu obscuro & tristi funalia manibus gestantes, ingredie-  
 bantur: eorum uestigia calcabant nouem e duobus filijs nepotes, deducen-  
 tes præceptoribus, & ipsi cereos grandiusculos, quibus conuersa gentis Ran-  
 zouia insignia ( ut cæteris funalibus cunctis ) appensa spectabantur, funeri  
 auito præferentes. Inde proxime ante loculum absolutæ nigredinis equus  
 unicolor, pullato terram radente stragulo, à uicarij regij puero sessore segnitier  
 adigebatur. Sequebatur uerè longè honestissimus illustrium & ornatissimo-  
 rum uirorum comitatus, quibus unus omnibus habitus atratus & lugubris  
 erat. In his nobilissimi grauissimiq; uiri, legati Friderici II. Daniæ regis, trium-  
 phissimusq; Lubecensium & Verdensium antistes, legati comitis Schouenbur-  
 gi, ciuitatumq; Lubecensium & Hamburgensium, conspiciebantur. Ade-  
 rant ex gentilitia stirpe Rantzouiorum prognati plures paucioresue triginta,  
 uiri propè omnes meriti, & prisca rerum gestarum memoria florentes, & æta-  
 te canisq; decoris uenerandi. Nam quos ex nobilitate omni Holsatica floren-  
 tia integer adhuc & uiuidus, ad præclara eximia uirtutis præmia & orna-  
 menta confectanda capiendaq; sanguis alebat, eorum pars multò maxima ad  
 obsidionem arcis Gothæ, ab illustri magnanimoq; duce Adolpho euocata,  
 sub pellibus & uelis canabeis in castris excubabat. Quæ expeditio cum in  
 idem fortè tempus incidisset, effecit, ut rariores uirorum nobilium, quam ac-  
 cessissent alioqui, pompæ huic exequiali intèressent: cum præterea complures  
 quoque in Dania Friderico regi contra Suecum iam pridem militarent. Sed  
 nobilium tamen eiusdem ditionis numerus, qui funus sectati sunt, trecentos  
 circiter nihilo minus adæquauit. Post nobilitatem succedebat oppidi senatus  
 ciuesq; honoratiores, quos ex pagis circumquaq; finitimis coloni longo ordi-  
 ne insequentes agmen claudebant. Nec longò hinc intercedente interuallo,  
 frequens elegantissimæq; foeminarum nobilium spectabatur series, quæ & ipse  
 HHH 2 pio



pro regionis more habitu funebri, ut dictum est, præcedentium uirorum pompam comitabantur: easque inter eminentes, luctuque & mœnore propè confecta, clarissimi equitis coniunx, cum nuru utraq; & neptibus pluribus, omnium oculus in se uertebat. Vbi iam in cœmiterium uentum est, circuitu ter de more templo funus intulerunt, idque media in æde ante suggestum, ex quo conciones sacræ ad populum haberi solent, sub machinula lignea instar ædiculæ fabricata cancellaque, quæ undiquaque defixis cereis collucentibus ardebat, constituerunt. Exinde finitis cantionibus usitatis & solennibus, orationem funebrem habuit eius ædis oppidique presbyter summus. D. Ioannes Vorstius, quem præpositum uulgo uocant, uir pietate & doctrina senioque uenerabilis. Qui dum peroraret, funus ex eo loco succedentium nobilium humeris sublatum, & ad latus australe chori prope clathros, quo loco maiores eius complures tumulati sunt, ut & lapides impositi eorumque inscriptiones, & ara ab istis dem inibi Sanctæ indiuiduæ Trinitati dicata, abundè testantur, in sepulchrum arcuatum, quod pijs gratique filij, cum in sempiternam charissimi parentis memoriam, tum proprium & perpetuum familiæ suæ monumentum haud leuibus impensis pulcherrimum ædificauerunt, depositum est. Id supra reliquam partem porrecto & utrinque redacto, altius assurgens, cui insignia gentis artificiosè eleganterque incisa, & coloribus distincta, quoquo uersus latera exornant, uenas supernè utriusque parentis quasi recubantis imagines, niueo marmore arte fabre effictas, spectantibus ostendit. Eodem quoque loco passim Epitaphia & elogia, quæ hoc libro continentur, lapidibus in columnas parietemque immixtis incisa inculptaque, de uitæ cursu rebusque gestis, tam præstantis & spectatissimi in clyta uirtute uiri, electores erudiunt. At peractis ritibus & solenniter in æde sacra cœremonijs cunctis, hinc ad conuiuium funebre discessum est: quod magna electissimorum conuiuium frequentia, & splendore ac munificentia, ut tanti uiri exequijs conueniebat, summa celebratum est. Aeris quoque plurimum in pauperes distributum, & largæ alijs alijsque & quæ pater moriens passim & à se nuncupatis donari mandauerat, & quæ his filiorum insuper adiecit liberalitas, munera præbita sunt. Quibus per dies aliquot, ut mos est, agitatæ uniuersæ si inde, post actas utrinque prolixè decenterque gratias, in sua discesserunt. Ita qui placidè beateque de instabilis huius uitæ, quam omnem præclarè fortunatamque exegit, præsidio & statione discesserat: qui immortalē meritis illustribus ubique terrarum de se famam & gloriam excitauerat: qui spectata & sempiternæ egregiæ atque inuictæ uirtutis monumenta posteris moriens reliquerat: honestissimam quoque caduci atque emortui cadaveris sepulturam, iustaque & exequias se dignas, hoc extremum honoris & officij defuncto parenti in mœnore & luctu maximo pijsissimis filijs tribuentibus, cumulatè consecutus est. Quod equidē ipsum ad reliquam eius in uita felicitatē, quæ non sine admiratione magna, occulto quodam conspirantium syderum fauore ac consensu, uel potius effusa atque constanti diuini numinis, rectissimam mentem gubernantis adiuuantisque benignitate atque clementia, atque extremū usque halitum perpetua usus est, quasi coronidem seu colophonem aptissimè congruentem, accessisse arbitror, ut, qui in uita prospera gloriosaque omnia habuisset, nec hoc extremo mortalibus præstari solito honore ac munere careret. Et si enim sunt, qui sepulturæ iacturam leuem ducant, quando ex quocumque terræ operculo tantundem ad superos itineris esse pijs creditur: & multi præstantissimi uiri, & æternis ob comprobata factis uirtutem laudum præconijs celebrati, uel in teteris obruti agitatique fluctibus pauerint: uel in puluere cœnoque patente sub dio à uermibus

à uerbibus ferisq; immitibus laniati deuoratiq; sint: alijs uere indignis extincti supplicijs passim & miserè computruerint: ij tamen ipsi honestum post mortem sepulchrum haud adeò aspernantur, quin, si contingat, ingens bonum: sine denegetur à fortuna, leuiter ferendum esse statuunt. Omnes certe mortales, præstantibus & præclaro uitæ exitu diem suum extremum claudant, ut tranquillo & præclaro uitæ exitu diem suum extremum claudant, exercitijs uiuis tumulo, uti supremo corporis humani receptaculo, donataq; post exhaustos uitæ labores quietis sede, honestè contegantur. Nam & sanctissimos illos uiros, quos antiquissimis sæculis, ob summam uitæ innocentiam ac religionem, Deo per charos fuisse sacræ literæ testantur, tam mortuos uel inprimis præcepisse posteris suis legimus, ut obita morte cadauera sua sepulchris, uel à seipsis, uel maioribus suis constructis, honorificè inferrent atque deponerent.

EPITAPHIUM, IN QVO IPSE MAGNANIMVS ET SPECTATISSIMVS HEROS, IOANNES Rantzouius loquitur: autore eodem.

**D**VM licuit uoluitq; Deus, mihi uita placebat  
 Lubrica, nunc mors est non grauis ipsa mihi.  
 Sed patriæ forsan nimis immatura uideur,  
 Semper uiuenti quæ mihi chara fuit,  
 Pro qua non timui terraq; mariq; labores,  
 Et propè præsentem læuis adire necem,  
 Illa meam nunc forsan opem deserta requirit,  
 Sæpius in magnis qua fuit usa malis.  
 At mihi quo pacto nimium properata senectus  
 Absciderit uitæ stamina pulla meæ?  
 Naturæ (quodcunque datum) satis ex mihi uixi:  
 Sic etate grauis perfero fata lubens.  
 Namq; quotis æuum iam tot produciur annos,  
 Quot mihi præscripta uiuere lege datum?  
 Et uitæ satis, ad laudem quod sufficit, egi,  
 Nèc perijt uirtus nostra cadauca nimis.  
 Gloria per totum mea iam percrebuit orbem,  
 Quæ radijs cincti solis aditur equis.  
 Illa superstes erit, donec benefacta probare,  
 Supplicijsq; malos subdere, moris erit.  
 Sic merui, uirtute bonam dum profero famam,  
 Et mihi pars uitæ nulla labore caret.  
 At dulces utinam moueant mea facta nepotes,  
 Ut fieri similes aut superare iuuēt.  
 Nondum etiam horrebant prima lanugine malæ,  
 Cum functo satis arma parente tuli.  
 Hinc lubuit procul amotas inuisere terras,  
 Et magni uarios orbis adire situs.  
 Visa mihi tellus, quam flauus arare Britannus,  
 Lædere quam ferro fuscus iberus amat:  
 Quam molles habitant Itali, Cretesq; Syriq;  
 Quam gentes Asiæ Martis amore truces,  
 Ad Solymas sacras fortunatumq; sepulchrum,  
 Sum meritis nactus nomen equestre meis.

## De Sepultura Ran.

Hoc etiam feci pulchris illustrius ausis,  
 Et decus extendi Marte togâq; mecum.  
 Nam patriam claros repelens per Teutonas oram,  
 Gessi uictrici fortia bella manu.  
 Et uia quas longinqua mihi patefacerat artes,  
 His patriæ ceppi commodus esse mea.  
 Ipsa mihi testis meritorum Dania pugnax,  
 Quam lata profert ius ditione suum.  
 Nouit et Oceanus mea Balthicus inelyta facta,  
 Creuerit ut fuso sepe cruore rubens.  
 Virtutemq; meam merito complexa fauore,  
 Que mihi natalis Cymbrica terra fuit.  
 Hanc quoq; cum damno mirata bis Hafnia capta:  
 Principibus sedes Hafnia grata suis.  
 Cognouitq; potens opibusq; uirisq; Lubeca,  
 Eminent Arctoo quæ decus alta solo.  
 Nec secus hanc cum clade sua Dithmarsia sensit,  
 Cum subiit iustum me duce uicta iugum.  
 Et tamen est quod uicta mihi quoq; debeat ultra,  
 Vita quod est multis uoce redempta mea.  
 Sic operam tribus impendi pro regibus omnem.  
 Sub gelido regnum qui tenuere polo.  
 Et charæ uigilans patriæ ducibusq; dicaui,  
 In me quicquid opis consilijq; fuit.  
 Hinc opibus partis, patriæ natale subiuit,  
 His quoq; collatis amplificare decus.  
 Impensisq; duas construxi grandibus arces,  
 Quas soboles equa nunc mea sorte tenet.  
 His præcor utantur post secula multa nepotes,  
 Et mea conentur fortia facta sequi.  
 Hac fragilis uitæ cursum ratione peregi,  
 Sic obij mortem sustineoq; lubens.  
 Deposited tumba corpus mortale quiescit,  
 Spiritus in sancta sede perennis agit.

F I N I S.

ACTA

ACTA ET GESTA  
CELEBERRIMI CONVENTVS ELE

CTORALIS APVD FRANCOFVRTVM MOENI IN GER-  
mania anno 1562 celebrati, ad caeremoniarum Im-  
perialium cognitionem utilia.

VERA NARRATIO QVO MODO

ET FORMA D. MAXIMILIANVS BOHEMIAE REX  
&c. Electus fuerit in Regem Romanorum, idq; apud Franco-  
furtum Moeni, Anno Domini 1562. die  
24. Nouembris.



**M**ANITIO adeo huius actus tota manus Electorij Senatús se-  
ptem nimirum Optimates. Imperij matutino satis tempore  
horam circiter sextam in aede Romana, quae eadem est domus  
Senatoria Francofurtensium, cõuenientes ibidem ad aliquot  
horarum spatium (nona serè prætererat) unã moram traxe-  
runt. Exinde porro omnes ac singuli patricio seu electorali  
suo habitu pro more induci (habitus autem erat toga talaris coccinea præto-  
risimè panni, & ornamentum capitis mitra rubea exquisitissimo pelliti generis  
e subducta, licet ex his Electoribus unus D. Maximilianus eo quod regis pol-  
leret apud Bohemos dignitate regio quoq; diademate circa tempora cinctus,  
caetera vero in uestitu par erat) spectabilis sanè atq; pulchro ordine pariter bini  
nobini & primo adeo Elector Moguntinus & Elector Treuirensis, postea Ele-  
ctor Coloniensis, & Elector Bohemiae, deinde una serie coniuncti Elect. Pala-  
tinus, Elect. Saxoniae, & Elect. Brandenburgensis inuicem comitati omnes in  
equis ad templum D. Bartholomæo sacrè deuenere, paritèq; ordine in chorum  
eiusdem templi, ad cuius utrunq; latus sedilia procerum splendidis admodum  
ac deauratis aulis extracta, & decorata erant, ingressi sunt. Regi autem Maxi-  
miliano Elector Saxoniae gladium Imperialem in argentea aurataq; uagina  
reconditum prætulit, interea quoq; dum ibi cultus diuinus perageretur, gla-  
dius illum Imperialem D. Petrus à Rosenberg; Coronam autem regiam D.  
Schenk à Limpurg, quoties ea Rex deponeret, ex officio tenuerunt.

Cum igitur, ut dixi, ad Chorum templi deuenissent, confedissentq; partim  
Elect. Moguntinus & Elect. Bohemiae, & Elect. Palatinus à dextro chori late-  
ris & Treuirensis, tum Episcopus Vuirburgensis pontificalia pro more elri-  
candatus, hymnum, Veni Sancte spiritus, deuotè succinuis, quem deinde Mu-  
sicus chorus Caesareus ad finem usq; suauitè cõcentu modulatus est, proceribus  
interea ad genus prouolutis: Hoc finito Vuirburgensis Episcopus publicum  
Missæ officium de Spiritu sancto iuxta Bullæ aureæ cõstitutionem inchoauit,  
proceribus interim nonnullis nempe Elect. Palatino, Saxonæ & Brandenbur-  
geni, eo quod communibus hisce ecclesie caeremonijs interesse minus soleant,  
in cõclauè dextro chori lateri proximè, sedentibus, & ipsos comitantibus  
Vuilhelmo comite prouinciali Hallsia, Georgio comite Palatino Elect. filio,  
Francisco duce à Lauenburg, Anhaldo cæterisq; alijs unã cū consiliarijs suis,  
qui omnes postea quam Missæ sacrum finitum animaduertent, in chorum re-  
gressi suam quicq; pristinam sessionem coeperunt. Finito itaq; hoc sacro officio  
idem Vuirburgensis Episc. hymnum, Veni creator, canere incipiens reliquam  
eius partem musico choro decantandum reliquit. Quo peractio omnes pariter

Electores ad summum altare, seruatō priori ordine, processerunt, iuramentum istuc praeſtituri, cuius hæc erat forma: Ego N. N. iuro & testor per sacrosanctū Euangelium, cuius scripturam coram me hic præsentem intueor, quod per fidem meam quam Deo omnipotenti quamēq; Sacro Imperio Rom. debeo ex toto cordis mei sensu atq; intellectu per diuinum adiutorium suffragium datum & electurus sim in caput seculare totius Christianitatis, inq; Regem Romanorum & destinatum Cæsarem eum quem & ratio mea & intellectus fore non munerā aut præmium, non promissio aut quiduis horum aliud, ita me Deus iuret & sanctum eius Euangelium.

Primus itaq; Elector Moguntinus iuramentum hoc interposuit, qui pacem iurationis formulam cæteris deinceps Electoribus, nempe Treuitrensi, Coloniensi, Bohemæ, Palatino, Saxoniz & Brandenburgensi proposuit. Ecclesiastici quidem Electores inter iurandum dextram in pectore ponere, sæculares autem hanc ad librum Euangelij applicare uisi sunt.

Hoc peractō reuerenter de altari omnes recedentes suum quicq; sessionis loco cum repetere, moxq; iterum sacer hymnus, Veni Sancte spiritus, concenit & modo (ut antè retulimus) decantatus est: proceres rursus genua inflexerunt.

Post hæc igitur in nomine Altissimi in conclaue chori (qui locus sessionis loci erat Electionis) iuxta ordinem processions prius obseruatum primò Moguntinus, deinde Treuitrensis, Coloniensis, Palatinus & Brandenburgensis ingressi, & ostio post se ocluso soli ibidem paulo minus dimidte horæ spatio manserunt. Hoc interiecto mox unusquisq; eorum duos ex suis ætanos consiliarios (quos singuli ad id iam antè delegerant) intrò in conclaue accessit iussit, interfectus, & D. Leonhardus ab Harnach supremus cubicularius: omnes uerò hi consiliarij, cum uix semihoræ spatio in conclaui fuissent, iterum ex eo digressi, iterumq; ostium oclusum, & Electores soli intus ad horam integram commorati sunt. Ne longè post Cancellarius Moguntinensis, & unus ex Secretarijs qui uerba uocesq; circa suffragia electionis ore tenus prolatis celeri calamo in scripti formula conciperent, coramq; recitarent, accessit sunt.

Predicti quoq; consiliarij statim postea in conclaue reuocati sunt, ut essent quasi testes secretæ Electionis. Quibus admodum citò dimissis, in locum eorum accessit sunt quidam Principes Vuilhelmus comes prouincialis Hassiz, Georg. comes Palatinus, Franciscus dux Lauenburgens. Ioan. Albertus Meckelburg. & princeps Anhaltiz, quos omnes & singulos Electorum senatus statim ad ipsum Rom. Imperatorem ablegauit, eiusq; Cæs. Maest. rogari iussit, ut quandoquidem in Electione rata ac transacta sint omnia, sua Maest. ad se in templum S. Bartholomæi ad audiendam uotorum & suffragiorum conceptionem uenire non grauetur.

Interea inclyti Electores nihilo secius in conclaui expectantes fatigerunt, ut proclamationis forma de electo nouo Rege Rom. legitimo ac unanimitate modo conceptis in scripto uerbis exprimeretur.

Adueniente igitur Cæsare, idq; in ipsa meridie, pariter omnes Electores decenti ordine è conclaui excedentes ipsius Mai. obuiam processerunt, quibus cum ille sigillatim uenerabilem dextram porrexisset, placidi sacris testis unâ successit. Habebat autem in comitatu suo Cæsar inclytos Imperij Proceres, Ducem Bauriaz, Ducem Iuliz, Ducem Wuirttembergensem, Ducem Meckelburgensem, Principem Vransz, aliosq; permultos Principes, comites ac heroes.

Rursus igitur in chorū itur, Elect. Treuitrensis præunte solo, posthunc Elect. Palatino & Marchione simul, deinde proximè præcedente Cæsarem Electore Saxon. qui & eidem gladium prætulit, Cæsare dein sequentibus à tergo Elect. Moguntino,

# Maximiliani II. Rom. Regis. 2065

Moguntino, Bohemix, & Coloniensi, atq; sic in sacrarij chori sese receperunt, ubi cum Cæsar pontificalia sua ex auro contextum paludamentum humeris induit, & capite diadema Cæsareū gestans, ē sacrario rursus in conclave transtret pari ipsum ordine Electores in prædictum conclave deduxerunt, primò præcunte Electore Treuirensi solo, quem Palatinus pomum Imperiale auratum, Brandenburgensis uerò sceptrum Imperij, & Elector Saxonix gladium Imperialem, eumq; nudum ex officio quisque suo Cæs. Maestati præferentes sequebantur, mox ipse Cæsar, tum post eum Elect. Moguntinus, Elect. Bohemix, & Elect. Coloniensis.

Considentibus ergo ipsis in conclau Cæs. Maestati per Elect. Moguntinū reuerenter denunciatum & explicatum est, quòd Maximilianū Bohemix Regem & c. filium suæ M. unanimi uoto ac suffragio in Romanorum Regem, ac deputatum Cæsarem delegissent, ideoq; eos omnes humiliter orare, ut hoc suæ Maest. ratum & acceptum habere, & Regem hunc Rom. recens electum agnoscere ac recipere clementer dignetur. Quod quidem Cæsar summa cum anticiatione profecutus est.

Quo peracto Electores iterum ē conclau in chorum exeuntes & Cæsareæ Maestati in dextro chori latere locum eminentiorem designantes interim Regem Rom. (quem elegerant) ad summum chori altare honorificè deduxerunt superq; ipsum imposuerunt, ipsis interea circumquaq; adstantibus: Sedit itaq; Rex in altari rantisper, donec ad finem usq; decantatum esset gloriosissimū ac soleane canticū Te Deum laudamus. Quod sanè canticum tanto cōmunis iubilationis sonitu, clangore ac strepitu hinc humanæ harmoniæ ac musicorū instrumentorū, hinc tubarum, organi, hinc tympanorū aheneorum toti templo insonuit, ut omnem ferè auditum excelluisse uisa sint. Nec illa quidē satis erant ad summi iubilac gaudij testationē nisi etiam totius geminæ urbis Francofurtens. bardarum fragore ac sonitu reboarent, tūtesq; & templa acri campanarum ingeminarum sonitu contremarent. Inter hæc uerò iubila (cū longius producerentur) Electores sæculares Clenodias Imperiales, quas diximus eoduci Lauenburgens. & Elect. Brandenburgensis sceptrum Imperiale principi Anhaltio, ut hi uicem ipsorum interim sustinerent, donec à summo altari reddissent, tenenda coram Cæs. Maestate tradiderunt. Postquàm illa itaq; tam gloriosa & uarij generis iubila tandem remitterentur, tum sacri Electores Regem Rom. de summo altari rursus dimittentes ipsum extra in medio templi supra solium sublime quoddam contignarum, quod ibi extructū erat, in throno regio constituerunt, feceruntq; eum publicè pro conclone totius populi, rectorum etiam Decretis ipsorum per Decanum Moguntin. sententia electū Regem Rom. proclamari. Atque his ita omnibus & singulis non minùs solenniter quam feliciter peractis tam Cæsar & Rex, quam cæteri Electores, Principes, Procereq; omnes ad suum quisq; diuersorium se conferre cœperūt. Erant autem ante fores eiusdem templi quidam ē Senatu Francofurtens. constituti uirtu spectabiles, qui gestarent cœlū portabile (ut uulgus appellat) ex auro sericoq; contextum, ut sub eo Cæsar & Rex usq; ad palatia sua graderentur. Senatus quoq; idem tantam platearum longitudinem quāta à templo inde ad pallatia usq; pertingeret, tabulatis ligneis, eo quòd compita luto & cæno ex pluuiarū improbo humore erant immunda, sterni curauit. Etus autem ē templo processionis hæc ferè erat series, primò omnium præcessit ingens uulicorum, comitū herouum nobilissimq; turba, hanc sequebantur tubicines cū tympanis aheneis, primò ij qui erāt Elect. Saxon. deinde tubicines Brandenburgens. postea Ro.

Regis, extremò tubicines ac tympana Cæsaris, qui omnes alternis uerbis acriter ingeminare sonum sine intermissione intendebant: hos rursus sequebatur alij principes ac magnates Imperij post illos Cæsareæ Maiestatis eaduceantur auro sericoq; uulso uestiti, tum magnificus ordo Electorum, Treuirensi præeunte solo, post hunc Elect. Palatinus in dextra pomum imperiale, & Elect. Brandeburgen. sceptrū gerentes simul incedebāt, deinde Elect. Saxoniz gladium gerens, solus post hunc tandem Sac. Cæsareæ Maiestas & Rex Romano. auro uerterq; caput diademate cinctus paludamentoq; auro superindutus gradiebatur, horū mox uestigia Elect. Moguntinus & Elect. Coloniensis præeiebāt, illos rursus ingens ac longa procerū nobiliū ac Guardiaz & Satellij Cæsarei & Regij hastata phalanx cū innumera aulicorū populiq; multitudine sectabantur.

Atq; cū hoc modo ad palatium Cæsaris iam deuentum esset, tum Cæsaris ipse in palatium suum ad sumenda prandia magno procerum comitatu stipatus diuertit. Et sic quidem fuit primi huius actus electorialis finis. Tanta autē fuit optimatum omnium inter eligendum unanimitas ac concordia, quanta ne à centum quidem annis audita fuisse perhibeatur. Ex quo merito omnes Christiani firmissimè sperare debēt, Deum tandē res nostras clementer respicenturū, concordiam & pacē daturū, & omnia tranquilla ac laxa redditurū esse.

### ALTERA NARRATIO DE GLORIOSA ET SOLENNI CORONATIONE ROM. REGIS DIUI MA- ximiliani facta eodem loco & anno, die uerò

ultimò Nouembris.



Orro interfectis sex diebus & instantibus Calēdis Nouembris (qui dies Diuo Andreæ Christi apostolo sacer est) rursus in templo prædicto cōuenēre primò ecclesiastici Electores nempe Moguntinus, Treuirensis & Coloniensis, atq; unā cū his Vuirzburgensis & Marquardus Spirensis antistites, idēq; manē cū dies satis illuxerat horam paulò post sextam, imminente uerò iam septima tum Bohemiz rex, & unā cum eodem Saeculares Electores Palatinus, Saxonienſis & Brandenburgensis ad Palatium Cæsaris unā se contulere. Ipse igitur Rex sericam uestem ad palatium quæq; promissa quidem, sed strictior erat, & aurato texto, cui prætiosissimum pellicium subductum prominebat, pellucidam gestabat, hanc superindutus oblongum indumentum ex auro contextum chlamydis instar, capitis uerò pileum cæteris Electoribus conformem: qui idem omnes & singuli electorali suo habitu & clenodijs imperialibus in dextris, ut supra relatū est, conspicui Cæsaream & Regiam Maiest. quorū uterq; sub regmine portatili aurato incedebat cælum id uocant, (cuius tergeminum axem humeris sustinebant selecti senatu Frācofurtē. uiri D. Christopherus Keller, Carolus Kuhorn ambo scabini, & Anton. lungius, Carolus à Glaubach, Iustinianus ab Holzhausen, & Daniel Hengsbürgerus quatuor senatorij ordinis uiri) à latere quidem dextro Elect. Palatinus, à sinistro autem Elect. Brandenburgensis & Bartholomæi comitati sunt. Eò postquam deuentum, atq; id ecclesiasticis Electoribus, qui in sacratio chori interim sua quisq; pontificalia induerant, denuntiatum esset, protinus hi quidē obuiam Cæsareæ & Reg. Maiest. in medium chori progressi sunt, primò ad eò Elect. Moguntinus præcedens cū clero suo, ex hoc alio crucē argenteam oblongam, alio pedum episcopale, alio baculum argenteum, in quo sigilla Archicancellariorū Imperij affixa pendebar, gestantibus, Maiestatem ipsius uenerabundus excepit: ad Regis uerò utrunq; latus duo episcopi supradicti Vuirzburgē. & Spirensis (eò quòd reliqui duo electores Archiepiscopi.

# Maximiliani II. Rom. Regis. 2067

chiepisc. nondum essent consecrati) se applicantes ipsum medium reuerenter  
amplexi sunt, hos uerò tres Sæculares Elect. cu clenodijs suis, mox Cæsar ipse,  
& à tergo eius baro quidã Schenckius à Limburgk chlamydem Cæsaris por-  
tans, post hinc duo reliqui Electores ecclesiastici. Treuirensis & Coloniensis  
sequebantur. Cæsare itaq; primùm in choro sessionis locum à dextris capi-  
ente, tres Electores sæculares unus pomũ aureum, alter sceptrum, tertius gla-  
dium tenendo coram eius Maiestate stantes paululum ministrarunt, quibus il-  
le mox inuuit ut & ipsi ponẽ in dextro latere considerent, iussitq; ut ipsoru of-  
ficiarũ substituti interim utcem eorũ gererent: reliquis quoq; principibus Du-  
ci Bavariz, Duci Luliz, Magistro ordinis Germanici, Vuolligãgo & Georgio  
Palatinis, duci Meckelburgensi alijsq; ex opposito sibi sedilia dari man-  
dauit: præterea alios duces & principes, nempe Vuirtenbergensem, ducẽ Lo-  
tharingẽsem, duos Landgrauios, ducẽ Lauenburgensem, ducẽ de Arschot,  
principem Vraniz, & principem Anhaltiz & reliquos, ubicunq; uellent, con-  
sistere permisit. Legati quoq; pontificij non longo inde intervallo à cõspectu  
ipsius sicut & reliqui Electorum summi consiliarij absidebant. Rex interim  
in medio tempore apud altare consistens donec Cæsar cum toto senatu princel-  
pum cõsedisset expectauit, cumq; apud altare flexis genibus orasset precesq;  
suis rapetibusq; altis decoratam à duobus episcopis Vuirzburgensi & Spiren-  
si ducitur, reliquis quoq; Electorib. ecclesiasticis unã cum his itam quicq; sedẽ  
nempe Treuirensi & Vuirzburgensi à dextro regis latere, Coloniensi uerò &  
Spirensi à sinistro occupantibus. Mox igitur Elector Moguntinus, qui con-  
secrator erat, sacrum officium Missæ inchoans, pro more confessionem præfa-  
tus est. Hæc cum incipitur tum Elect. Palatinus è choro in conclauẽ se subdu-  
xit, licet reliqui duo Elect. Saxon. & Brandenburgensis sub sacro illo persiste-  
rent, donec cantaretur alleluia. Rex itaq; mox à duobus illis episcopis Vuit-  
turgensi & Spirensi ad summũ altare deducitur, ubi ipsum ad genua prouolu-  
tum Elect. Moguntinus, tanquam consecrator, his ferẽ uerbis interrogat, nem-  
pe an fidem Catholicam seruare, ecclesiam Christi defendere, iusticiam admi-  
nistrare, Imperium Roma. augere et amplificare, uiduas & orphanos omnesq;  
pauperes tutari, & Pontifici Romano debitum honorẽ tribuere uelit, ad quæ  
omnia cum Rex se promptum & paratum fore affirmãdo respõdisset Elector  
Moguntinus manũ super caput eius imponens orauit, finitisq; precibus Re-  
gẽ sacro charismate inungere coepit, et primò in summo capitis uertice, de-  
inde in pectore, postea in scapulis seu humeris, tum in dextro brachio inq; dexte-  
ra manus palma inunctum duo Episcopi supradicti in conclauẽ chori, ut ibi  
oleum charismatis aqua ablueret, deduxerunt. Quod cõm esset ablutum Re-  
gem alio uestitu nempe Diaconali, quem amictum quondam Imperator Ca-  
rolus Magnus gestauerat, indutum rursus è conclauẽ ad summũ altare redũ-  
cunt, cui tum Consecrator Moguntinus gladium nudum in manum dedit si-  
mulq; monuit & hortatus est, ut totã Imperij Rom. repub. fideliter protege-  
re, omniaq; quæ ad eius salutem ac conseruationẽ cõcernerẽt, pro uiribus suis  
persequi uelit: gladium igitur illum in uaginam Elect. Sax. recõdidit ac Regis  
lateri circumdedit. Mox Consecrator dextro Regis digito pretiosissimum an-  
nulum aptauit, corpori chlamydem ex atro rigidã induit, sinistra manu chry-  
sometum siue pomum aureum imperiale, dextra uerò sceptrum regium, & ca-  
piti coronam auream (quæ clenodiã fuẽre Caroli Magni) imposuit: coronam  
autem, cum Regi imponeretur, tres Electores ecclesiastici simul attigerunt, re-  
gemq; religiose iniuriarunt. Sic itaq; coronatum Elect. Moguntinus iterum per-  
turamentum in sancta Euangelia officij ac promissi facti admonet, simulquẽ  
iniungit, quatenus omnia quæcunq; Christianum regem facere decet, & fact



est pro animi sui vitibus seruare ac præstare studeat. Post hæc igitur regem iam solenniter & gloriose Coronatum ducunt in sublimem quandam structuram asseribus contignatam cuius omnia atratis segmentatisq; stratis pannoq; uiri di circunquaq; erant tecta: super hæc autem erat sella seu thronus regius in forma regij illius solij quo Carolum Magnum usum fuisse perhibent, miro splendore apparatus, in hoc throno seu solio collocatum, & sedentem ipsum Regem possessione ac residentia Romani Imperij publice in conspectu omnium inaugurarunt. Tum Elect. Moguntinus Regi Romanorum regno recens iniuncta to de summi honoris istius accessione suo & aliorum confratrum suorum nomine honorifice gratulatus & bene precatus est, seq; & omnes alios status Imperij gratia ac tutelæ ipsius humiliter commendauit.

Mox igitur rursus magno cum iubilio ac gaudio totus chorus muscus gloriose, Te Deum laudamus, decantare, tubæq; & organa ac tympana toti templo insonare cœperunt. Interea à nouo rege coronato heroici equitis deauratis armis decorati & insigniti sunt quidam principes, barones ac nobiles, nempe duo Comites Palatini, duo Landgrauj, Dux Eberhardus Vuirtenbergen. Ioan. Albertus dux Meckelburg. Dux Carolus à Munsterberg. Christoforus à Carleuitz, Eras. Magro. Ioan. Phrysinger &c. Quibus solenniter peractis Rex iterum è sublimi illa structura descendens in chorum redijt ac sellam suam pristinam repetijt, intendens cultui diuino, cuius sacra Elector Moguntinus peragebat: cumq; sub offertorio sacra Missæ rex patensam apud altare deosculatus esset, obtulit sacrificari Electori Moguntino super altare magnum aureorum numerum, moxq; rursus in solio suo recubens, librum quoq; Euangelij, cum finita esset eius lectio, osculo ueneratus est. Porro inter hæc duo canonicis Aquenses in medium coram rege prodierunt, qui conceptis uerbis & iuramento præmissis Maiestatem ipsius ueteris statuti ac consuetudinis admonuerunt, asserentes unumquemq; Regem Romanorum nouiter electum ac coronatum in numerum collegarum seu canonicorum Aquensium recipi solere. Hæc autem cum omnia & singula ita gererentur, & ad finem properarent, rursus serenissima Regina D. Maximiliani coniunx, quæ toto huius actionis tempore unâ cum multis illustribus matronis & ducibus ut Lotharingæ eiusq; filia, & ite Electoris Saxo. coniuge, atq; Buarix ducissa, ac plerisq; alijs in loco sublimi consistens singulas has caeremonias spectauerat, tandem surgens se è templo in Electoris Saxo. conjugis diuersorium ad sumendum ibi prandium cû toto prædicto nobilissimarû ducû comitatu recepit: ubi etiam totius Electorij senatus amplissimâ è templo processione è fenestra spectauit. Finito itaq; (ut ad incerta redeâ) demû hoc summæ Missæ sacro Electores ecclesiastici in chori faceribus secedentes pôtificales sacras uestes rursus deposuere, habitu ordinis Electorij induerunt, tû Cesar (qui toti huic sacro officio & coronationis actui in solio Cesareo residens interfuit) cum illi aspersa esset aqua benedicta è sella surrexit, exituq; è templo parat. Diuertunt itaq; unâ omnes ad Curiam senatoriâ ubi Cesarum seu imperiale conuiuium in cœnaculo apparatus erat, præcedere primò Electore Treuirensi solo, & post ipsum sequentibus in una serie Palatino cum pomo aureo, Saxone cum gladio nudo & Brandenburgensi cum sceptro Imperiali, mox Cesar ipse & ad passum unum iuxta à sinistro latere Rex Rom. loniensi. Inter eundem uerò Rex Rom. per duos equestres hastarios magnam uim aureorum & argenteorum in medium populi, cuius tamen maior pars ob custodiam Regis & turbas cauendas armis induta erat, spargere & hasta subijcere curauit. Fit igitur mira hinc inde cõursio, mira direptio, quassatio & percussio, ita ut quidâ è uulgo ob uolentâ concussione uix mortis periculû euaferint. Cesare itaq; & Rege cum toto procerû comitatu ad curiam uenientibus & au-

# Maximiliani II. Rom. Regis. 2069

& aulam siue coenaculum ascendentibus mox iterum omnes tubæ, tympana  
& bombardæ immenso sonitu gaudij lætitiæq; signa dare coeperunt.

## SEQVITVR CONVIVII

Cæsarei descriptio.

**R**RANT igitur in aula senaculi illius omnia magnifico planè appara-  
tu instructa, mensæq; distincto ordine adornatæ, ita ut ea mensa que  
Cæsari & Regi una ponebatur, cæteris alijs septem graduum altitu-  
dine emineret. Hinc igitur cum tandem Cæsar & Rex accumbere  
uellent, cū Elector Brandenburgensis ex solenni ordinis sui seu electuræ Bran-  
denburgensis officio (à quo Sacri Imperij Archicamerarius appellatur) mox e  
coenaculo illo per gradus descendens & equo insilens ad tripodē qui sub dio  
& propè coquinam Cæsaream positus erat, festinat inq; eo malluuium seu pol-  
lubrum deauratum aqua repletum & mundissimam mappulam inuenit, quæ  
secum in equo ad coenaculum tulit, cumq; equo descendisset, eumq; equi co-  
mitem à Zollerem (eò quòd is esset Sacri Imperij Vicecamerarius) in manus tan-  
quam ex officij iure ad ipsum pertinentem propriam tradidisset ipse pedes per  
gradus coenaculi ascendens tubis tympanisq; hinc inde sonantibus eadem ad  
lauandas manus Cæsari ac Regi subministrauit, moxq; peluim illam unā cum  
mappula prædicto comiti à Zollerē, cui prius & equū, ut ea retineret, tradidit.

Post hæc descendit e coenaculo Elector Saxoniz uolens & ipse officij sui,  
quod sibi ratione ordinis Imperij incumbere, satagere, similiter equum satis  
splendidi ornātū ascendit, rectaq; tendens ad eundem ferē locum in effusæ aue-  
næ ingentem aceruum cū equo infertur, ac illo descendens sumpsit in manum  
modiolum argenteum deauratum, quem auenæ mensura ad summum usque  
repleuit concelsitq; hunc mox ad distribuendum reliquum auenæ tradidit co-  
mitem à Pappenheim, eò quòd is esset Rom. Imperij Vicemarschaleus: ipse inte-  
dem in equo ad coenaculum rediens, modiolum argenteum & ipsum quadrupe-  
dem, cui infederat, iam dicto comiti pro officij iure seruandum reliquit.

Deinde e coenaculo descendit quoq; Elect. Palatinus ad obeundas officij sui,  
quod in Imperio gerit, partes (unde Archidapiferū seu Discopherū Imperij eum  
appellant) qui cum & ipse in phalerato equo ad coquinam Cæsaream uenisset,  
ættria fercula seu catinos deauratos ad coenaculū portat, præcedit ipsum Elect. Sa-  
xonie cū nigro bacillo tanquā Architrictinius seu aulæ Cæs. Marschaleus: cum  
itaq; Palatinus ad coenaculū ueniens equo descendisset tradidissetq; hunc pro-  
more officij comiti à Seldeneck (qui est Ro. Imperij Vicedapifer) ipse fercula it-  
la præcedente eū Elect. Saxon. cū bacillo (ut dixi) mensæ Cæsaris opposuit: ca-  
tinos uerò illos postea idem comes referuauit. Porro unus ex Baronibus à  
Limpurgk Archipincernæ Ro. Imperij (quod officij est Elect. Bohemiz) uicē  
gerens uasa potoria aurea argenteaq; procurans Cæsari Regiq; pocula mini-  
strauit: quæ & ipsa postea idem sibi de iure uendicauit. Erat quoq; proximè co-  
quinam Cæsaris fons uinarijs artificiosè in publico apparatus, e cuius canali-  
bus seu fistulis merū uinum satis largè promanabat, quibuscūq; ex eo quantū  
satis erat haurientibus. Atq; cū sic Elect. Sæcularis suo quisq; officio, quod Ro-  
imp. debebat, persuncti essent ac mensalia negotia curassent, tum postulante  
ad ordinē Elector Moguntinus cum cæteris duobus Ecclesiasticis Electorib.  
lum oblongum eumq; argentimarcarum duodecim pondere grauem, cuius tra-  
sigilla Electorum Archicellariorum affixa erant, atq; facta honorifica Inell-  
natione officij, obsequijs & iuribus suis præmissis se suosq; confratres Electo-  
res Eccles. & officia ipsorum nouo Regi Rom. humilliter commendauit, & et

omnem felicitatem ac faustam Resp. & Sacri Romani Imperij administrationem & gubernationem exoptans, ac uotis omnibus prosequens, mox propius ad ipsum accessit, & sigilla illa suae Maiestati obrulit: Sed ea Rex referuare nolens eidem Electori Moguntino ad collū, torquis instar, circumdedit: simulq; diserte profatus est, se nō solum ecclesias & iura ipsorum pro uiribus suis salua ac illasa cupere semper, sed etiam se omnibus ac singulis ipsis, sicut & ceteris Sacri Rom. Imperij statibus, donec uiueret, benignum, propensum atq; amictū animum allaturum esse. Cū itaq; sex Electores munia sua Imperialia sic coram nouo Rege executi essent, substitutis interim ac ordinatis suo loco & nomine duodecim indyctis comitibus, qui deinceps inter prandendum Caesarem ac Regiā mensae inseruient, ipsi tandem mox singuli singulis mensis eodē in coenaculo positis ad sumendum cibū accubere: harum autē mensarum hic erat ordo: primò mensa Elect. Moguntini in dextero post Caesarem latere, à sinistro autē Elect. Colonienſis, & inter utrunq; latus ex opposito Caes. Maiest. Elect. Treuirensis mensa erat adornata: porro in dextero latere post Moguntinū ac cubitū fortiebatur Elect. Palatinus, & à sinistra eius loci parte post Colonienſis mensa separatim positae erant una Elect. Saxoniae, & altera Elect. Brandenburgensis. Hoc igitur ordine cōsidentibus illis ac prandentibus omnia quidē splendide lauteq; apparatus fuere, & suus cuiq; mensae illorū adiunctus abax, quo super imponebantur aurea uasa, cyathi lancesq; & id genus similia ex argenti perfrantibus cuiq; ipsorū suis nobilibus pocillatoribus, dapiferis et bacillonibus.

Præter has Electorum mensas fuere & aliae duae haud longē inde ac ministrantibus cuiq; ipsorū suis nobilibus pocillatoribus, dapiferis et bacillonibus. Præter has Electorum mensas fuere & aliae duae haud longē inde ac ministrantibus cuiq; ipsorū suis nobilibus pocillatoribus, dapiferis et bacillonibus. Præter has Electorum mensas fuere & aliae duae haud longē inde ac ministrantibus cuiq; ipsorū suis nobilibus pocillatoribus, dapiferis et bacillonibus. Præter has Electorum mensas fuere & aliae duae haud longē inde ac ministrantibus cuiq; ipsorū suis nobilibus pocillatoribus, dapiferis et bacillonibus.

Postquam tandem epulis exempta fames fuerat, remotisq; mensis omnes surrexerant, tum sex Electores ad summam mensam Caesaris Regisq; q; uterq; communem habebat accedentes sui quisq; officij imperialis munia (quae quidem interim officarijs seu uicarijs suis commiserant) repetierunt, paululumq; ministrarunt. Mox uerò & Caesar & Rex à mensa digressi inde ad spectaculū, quod publicè praebebatur, è sublimi loco uidendum processerunt. Erat autem Bospectatae magnitudinis totus & integer ad ignem tostus & assatus, atq; uarij generis animalibus intus repletus & foris adipatus: Hunc uulgus seu sex hominū dispartitū, dilantauit frustillatimq; diuisit. Quo spectaculo finito Caesar & Rex è coenaculo domus senatoriae cum toto Electorum aliorumq; Principum senatu nobiliumq; comitatu pari ordine ac forma, in qua è templo eos exiuisse diximus ad Palatium suum diuertere coepit tubis tympanisq; omnibus certatim insonantibus: eò cū deuenisset totum illum Sacrum Electoribus (sunt) decoratum sereno uultu iunctis dextris honorificè placideq; à se dimisit.

Et hic quidem fuit solennis ac gloriosae huius coronationis felicissimus exitus. Deo Regi Regum, & Domino dominantium, sit soli gloria, laus & honor in perpetuum, Amen.

# DE ELECTIONE ET INAUGURATIONE MAXIMI

LIANI AVSTRIÆ II. ROM. REGIS,

Francofurti ad Mœnum,

Anno 1562.

HISTORIA PER ADAMVM ET NI-

colaum Heydenos fratres, Gemel-

los, descripta.

## REVERENDISSIMO AMPLISSIMO,

QVE PRINCIPICI AC PRAESVLI DOMINO IOANNI A

Leyhen, Archiepiscopo Treuerensi, & Electori, Sacri Romani Imperij per Gal-

liam & Regnum Arelatense Cancellario, Domino nostro Co-

lendissimo atq; Obseruandissimo.



**Q**VVM non sine multa diligentia homines studiosi, qui nos nostratq; præ-  
cesserunt tempora, suam posteritatem insigni amore & benevolentia  
prosecuti, non tantum memorabiles Romani Imperij vicissitudines, aut  
Romanorum Imperatorum successiones, sed etiam ritus præcipuos ac-  
tusq; illustriores, nouo aliquo Rege atq; Imperatore designato, habitos  
atq; celebratos scripto comprehenderint. Illustrissime & Reuerendissime  
in Christo Præsul, sanè quam optimis quamq; honestissimis eorum exemplis nos iu-  
niores quoq; insistere cum primis decet. Itaq; nuper nobis Francofurtum profectis, ac  
inibi actu ritibusq; per quam memorabilibus, quibus uos Romani nostri Imperij Ele-  
ctores & Principes in eligendo inaugurandoq; Romanorum Rege MAXIMILIA-  
NO Austriæ II. utebamini, partim uis partimq; aliorum inditio exploratis, ut eos  
ex Germanico edito scripto Latine succisuis operis redderemus, cum honestissimis,  
qua diximus, maiorum exemplis, tum singulari ad hoc studij genus amore incitati su-  
mus: Verum enim uero etsi id nostrum scriptum primo quidem intuitu minime di-  
gnum, quod sub diuina raperetur iudicarem, & quia rudi, ut aiunt Minerua, magis  
compactum quam fabrefactum esset, & quod alios hanc ipsam materiam dignioribus  
illustraturos uerbis consideremus, secius tamen à quibusdam nostrorum amiculorum  
admoniti, Typographo quoq; importunis identidem sollicitante precibus, supprime-  
re, nisi difficiles & morosi omnino perhiberi uellemus, diutius nequiuimus. Quale ue-  
rò quale est, sub bono R. T. A. auspicio emittere ausi sumus, tribus potissimum causis  
adducti: Prima est, quod existimauius nos nostrorum studiorum foeturam nulli re-  
ctius consecrare posse, quam ei Principi, qui & rerum gestarum magna pars fuit, & no-  
munusculo pro innumeris beneficijs, quibus R. T. A. sibi nos nostrosq; felicitis memo-  
ria parentes in perpetuum deuinctos tenet, gratum declaremus animum. Vltimum, ut  
si hinc R. T. A. gustum aliquem percipere uellet, quos in Latina progressus fecerimus  
lingua, eiusdem R. T. A. iudicio ceptum iuris studium uel continuarem, uel pro-  
sus intermitteremus. Continuare uero etiam si R. T. A. suadeat, nosq; sumamè cupia-  
mus, difficulter, hoc difficillimo præsertim tempore, poterimus, sine R. T. A. simili-  
umq; Meecenatum liberali subsidio. Si uero sint Meecenates non solum Marones non  
deerunt, sed nec alij qui sua studia eo cupidè relaturi sint omnia, ut uel Ecclesiasticæ uel  
Politice Reipublicæ ornamento atq; utilitati esse queant. R. T. A. diuinus fauor diu  
seruet incolumem, cui nos totos communisq; patriæ salutem ita commendamus, ut ma-  
iore obseruantia magis uel ex animo commendare nequeamus. Datæ Heidelbergæ  
18. Martij, Anno 1562.

R. T. A.

addictissimi clientes,

Adamus & Nicolaus Hey-  
deni, fratres, Gemelli.

MAXI

MAXIMILIANI AVSTRIACI II. IN RO-  
MANORVM REGEM ELECTIO, E' GERMANICO LA-  
tinè reddita per Nicolaum Heydenum Eya-  
flandrum Dunensem.



Vmpraeter Cæsarem, aliosq; complures Romani Imperij  
Principes & Dominos, etiam Septemviri (qui alias Electo-  
res dicuntur) Francofurti, quod est ad Moenum flumen op-  
pidum, mense Novembri, Anno 1562. cum alijs Reipubli-  
cè de causis, tum vel maxime, ut Romanus aliquis Rex, qui  
secundum Cæsarem velut alterum Imperij Caput esset, de-  
ligeretur, convenissent: Ad vigesimum quartum eiusdem  
mensis diem, hora antemeridiana sexta, Curiam, Romana  
dictam, ingressi, ibi ad horam nonam remanserunt. Deinde trabecati simul, Re-  
ge verò Bohemix auream in capite coronam gestante, ad D. Bartholomæi equi-  
tes sese conferunt. Eo ordine, ut Moguntinum & Trevericum, Rex & Colo-  
niensis, hos verò Palatinus, Saxo, & Brandenburgicus simul insequerentur. Ho-  
rum singulis singuli Marescalli, equis quoq; insidentes, districtos præferbant  
gladios. Ut autem hoc quo dixi ordine, in sani Chorum, aureis hinc atq; hinc  
exornatum siparijs, perventum est, singulicq; suas coeperunt stationes: Vuirze-  
burgicus insignijs Pontificalibus, uti vocant, indutus, clara voce sacram illam,  
qua divini Spiritus imploratur adventus, cantilenam auspicatur, eamq; cum  
Cæsariani Regijq; Symphoniaci absoluerunt, Electoribus interim positus ge-  
nibus, pro felici consiliorum augurio, summissa voce supplicantibus. Postea  
Vuirzeburgicus Liturgiam de sancto Spiritu, ex Aureæ Bullæ præscripto (sic  
enim Carolinam Imperij Constitutionem nominant) peragere coepit. Tunc  
Palatinus, Saxo, Brandenburgicus, ex Choro in proximum conclave discedit,  
inibi donec Liturgia ad coronidem deducta esset permanentes: Insequentibus  
eos Gusselmo Lantgraavo Iunior, Georgio Palatino, Francisco Laen-  
burgico, Anhaltio, alijsq; compluribus, una cū suis Consiliarijs, Principibus  
atq; Ducibus. Finita igitur Liturgia, cunctisq; his ad suas denuo stationes re-  
versis, O de illa: Veni creator Spiritus, cantatur. Tum Septemviri ad summum  
altare simul procedentes, ibiq; librum sacratum, ut appellant, manibus contin-  
gentes, verbis conceptis per eam, qua Deo sint & Imperio devincti, fidem, re-  
ligiosè iurant, se creaturos esse Reipublicæ Christianæ novum atq; summum  
& Cæsare Magistratum, id est, Romanum Regem, quem eo munere dignum &  
inprimis idoneum ac salutarem esse censerent, quantum quidem iudicio pos-  
sint ac ingenio consequi, nullo neq; pacto, neq; largitione, neq; mercede, neq;  
pollucitatione, interueniente. Post repetita iam tertio æterni Spiritus invocati-  
one à Cantoribus, Electores interius conclave, ubi antiquitus Electio fieri  
consueverat, ingrediuntur, illic soli oclusi tum alijs Imperij de rebus delibera-  
tes, tum nominatim de aliquo in Regem adoptando suffragia ineuntes. Post  
elapsam autem sesqui horæ spacium, Moguntini Cancellarius, unaq; cum eo  
quidam Secretarius Intro accersuntur, concepta Septemvirorum suffragia ex-  
cepturi, nec non è singulorum Septemvirum Consiliarijs bini, quibus quasi re-  
ligiosis testibus præsentibus, legitima fieret suffragiorum pronuntiatio. Sub  
hac Moguntinus à reliquis Septemvirorum interrogatus, quemnam ipse eli-  
gat Romanorum Regem, deinceps in Cæsarem promovendum? Respondit:  
Se eligere Maximilianum Bohemix Regem. Tum hos uticissim Moguntinus  
sigillatim rogat. Atque ita una omnium voce Rex renuociatur Maximilia-  
nus. Hoc

# Maximiliani I I. Rom. Regis. 2073

Hoc facto, Gulielmus Lantgraues, Georgius Palatini Germanus, Franciscus Lauenburgicus, Meckelbergicus & Anhaltius ab Electoribus e Choro, ubi adhuc subliterant, accersiti, ad Cæsarem amandantur, et ipsorum in Electione consensionem denunciaturi, eumq; ut ad ipsos in D. Bartholomæi Aedem venire, dataq; audire suffragia dignetur, oraturi. Interes Electores eorundem quo fuerant coacti loco, renunciationem Regis describendam, inq; literas sua relata suffragia, proprijs singuli signis obsignanda curant. Porro Cæsare circiter horam diei duodecimam aduentante, ei Electores pariter ex Choro in medium usq; Fanum obuiam prodeunt, quos ille comiter salutato, benigne ex ordine appellat: comitatus Bauaro, Iuliacensi, Vuittembergico, Vraunâ in Sacramum proceditur, ibiq; Cæsare Pontificalibus induto insignis, & capiti Imperiali imposita corona, simul sese in Conclauē recipiunt. Hic Moguntia consentientibusq; omnimodo suffragijs, Regem Bohemæ, ipsius dilectionem suo assensu approbare, nouumq; Magistratum pro Romano Rege, & a se secundum deinceps agnoscere minimè grauetur, demisse orare. Hæc referenti Cæsare eum placitu annuens, Electoribus summas agit gratias, & quod optime de Republica sentiant, & suæ progeniei non minimam rationem habuisse re ipsa deprehendantur. Post hæc progredientes, Cæsare in sursum à dextra Chori parte sedem sese contulit: Electores uerò electum à se nouum Regem acceptū, altari ex more ueteri imposuerunt. Tum Symphoniaci & Organistas alternis uicibus hanc D. Augustini & Ambrosij Oden; Te Deum laudamus &c. recinunt, quibus Tubicines succinentes tarantalarum clangore totum templum personant. Campanarum quoq; pulsus haud mediocrem ædit sonitum, nec non maiora in uallis, muris ac turribus emissa tormenta, tantum efficiunt fragorem, ut ipsum coelum tonare uideretur. Tandem huiusmodi absolute latitæ significatione, Rex de altari ex Choro in æditum quoddam tabulatum, uarijs instructum aulæis, deductus, ibidem regali imponitur solio. Tum à Moguntinensis Collegij Decano suffragiorum Decreto recitato, quidam pro concione, quod tanta consensione Electio esset facta, Deo maximas agendas gratias oratione docere, & ut cuncti nouo Regi fidem omnem officijque præstent, exhortari: Ac in ipsius laudationem digressus, quamobrem Hanc orationem auditorum atque ordinum applausus & admurmuratio subsecuta est. Post hæc Cæsare solenni pompa, in ligneo strato, à Senatu Francofurtensi ob platearum immundiciem apparato, domum deducitur. Præibant autem, Nobiles, Consiliarij, Comites frequenti numero. Insequebantur Saxonis, Brandeburgici, Regis atque Cæsaris tubicines & tympanistæ, ex ordine pæuices tubis æteisq; tympanis clangentes. Tum Imperij Duces atque Principes permulti. Post eos quatuor Præcones, Heroldij dicti, Cæsarianis Aquillis triumphalibusq; insignijs conspicui. Deinde Treuericus solus. Ab eo Palatinus aureum Malm ferens, figuram orbis terrarum, iuxta Palatinum Brandeburgicus cum Regio Sceptro. Ponè hos Saxo, strictum prægestans Cæsari gladio quadrato uelo, à sex Senatorijs Francofurtensibus uiris, Christophoro Keller, Carolo Kuhorn, Antonio zum Iungen, Carolo à Glauburg, Iustiano ab Holtzhausen, & Daniele ab Hinsberg, in argenteis gestato sustibus, incedebat. Parum post, neq; ita longo intervallo, & quasi iuxta Cæsarem, electus in regio ornatu Romanorū Rex. Post eum Moguntinus & Coloniensis simul. Pompæ clauderant Centuriones & Tribuni, hastati cū suis cohortibus, reliquisq;

reliquisq; & Caesaris & Regis & Principum stipatoribus & administris. Ab  
utraque uero strani parte ciues armati, qui uitam facerent, turbamq; submoue-  
rent, astabant. Atq; ita deducto in suam aulam Cesare, Rex ceteriq; Principes  
singulis domum diuertunt.

MAXIMILIANI AVSTRIACI, II. IN  
REGEM ROMANORVM INAUGVRATIO, EX GERMANIA  
colatine reddita, per Adamum Heydenum Ey-  
slandrum Dunensem.



Vanquam in Veteri sit more positum, ut Rex Romanorum Fran-  
corum creatus, inde in saxeam sub dio Regiam sedem, crebras  
inter naves in amoenissimo Rheni litore, supra Confluentiam ad  
Reensium oppidulum positam deducatur, & ibi Electoribus om-  
nibus priuilegia ac quicquid ad ipsorum dignitatem, decus, liber-  
tatem & immunitatem, spectat confirmet, postea apud Aquisgranenses Bel-  
gic incolas, ex aurea, ut uocant, Bulla decreto inauguraretur: Artamen cum  
alijs grauidis de causis, tum ingruentis hyemis incommoditate obstante,  
deniq; uic etiam immensis in totius Reipublice commodum parceretur sum-  
ptibus, utrimq; tam Cesari & Electoribus, quam Aquisgranensibus, Fran-  
corum ultima die Nouembris, hoc est, ipsis Andreae ferijs fieri placuit. Exigi-  
tur die illucescente, Archiepiscopi Moguntinus, Treuericus, Colonienfis, unda-  
cum administris Vuirz burgo atque Spirensi Episcopi, hora imminente se-  
puma, Aedem D. Bartholomaei ingressi, in sacrarium, ut ibi Pontificalibus  
se induant ornamentis, diuertunt. Rex uero Bohemae, Electoresq; reliqui,  
Palatinus, Saxo, Brandeburgicus, in Caesares conueniunt aula. Et septima  
audita una cum Cesare Templum petunt ligneo strato, eo sese ordine, quo in  
Electione processum est, seruato: Electoribus trabeis ornatis, Cesare autem  
Archiepiscopi comiter honorifice que in ipso Chori limine excipiunt, ex quibus  
Moguntino, quod esset sacrificaturus, quidam Canonicus argenteam cu-  
cem, alius quidam Baculum Episcopalem, alius item ordinis Equestris imper-  
m sigilla ex argenteo Bacillo pendentia praeferebat. Caesar in seam a dextera  
Chori parte sessione deductus, Electores politicos iuxta ipsum insignis im-  
perialis bus aliquantisper assistentes, infra sese loca singulis praefinita capere iu-  
bet. Reliquis uicis Principibus, Teutonice familiae Magistro, Georgio &  
Vionffango Palatinis, Baturo, Iuliacensi, ac Meccelburgensi, loco ex aduer-  
so sedendi dato. Intermedia scamna a Vuirtembergicis, duobus Iunioribus Pa-  
latinis & Lantgrauijs, Item Lauenburgico, Anhaltio, Vranieri, Anshoto &  
Lotharingio occupantur. Pontificio Legato, seorsim eodem in tabulato, quo  
& Caesar, ceterisque Electores residebant, edita sessione consignata. In alce-  
rum stratum quod supererat, reliqui Legati item Barones, Comites, princi-  
pales Consiliarij ac Nobiles spectatum admissi, promiscue sese conferunt. In  
medio penes hanc sub Chori introitu stat Ara Sancti Crucis sacra, hic Rex ad ge-  
nua aliquandiu prouoluitur, interea dum Moguntinus pro ipso Deum implo-  
ret, qui ei suo optuletur, fauore, eumque ab omnibus aduersitatibus ita uindi-  
cet, quo tanto rectius communi Reipublice praesse atque prodesse ualeat.  
Deinde Treuericus et Colonienfis alleuatum in solium auratum e regione Al-  
tariis compositum deducunt sessum, ibi ei Treuerico cum Vuirzburgo dex-  
tra, Colonienfi & Spirensi leua in subsellijs ex ordine iuxta praeparatis, assis-  
tentibus. Moguntinus Pontificalibus amictus, ubi facere Sacra coepit, Palati-  
aus

# Maximiliani II. Rom. Regis 2075

nus omnium primus, post illum etiam Saxo & Brandenburgicus in Conclau-  
ue simul secedunt. At Moguntino in Sacris peragendis aliquousq; progressu,  
Rex, Treuerico atq; Coloniensi utrinq; stipatus, uestemq; trabeam indutus,  
procedit ad aram, illic à Moguntino, Episcopale manu tenente bacillum, hac uel  
simili formula, uerbis latinis cōcepta, rogatus: An fidem Catholicam seruare,  
Ecclesiam defendere, iustitiam administrare, Imperiū augere ac protegere, ui-  
duas, pupillos, & id genus calamitosos miseratq; obnoxios homines tueri: de-  
niq; an æqualiter iudicare, ac debitū Romano Pontifici honorem uelit exhibe-  
re? Respondit, Volo: Hoc dato responso ad Aram propius ductus, liquidò uer-  
cationibus, pro uiribus omnia. Sic iureiurando præstito, ad solium regreditur,  
Moguntino interim ad Principes hinc inde stantes & assurgentes conuerso &  
interrogante: An huic Regi secundum illud Apostoli, Omnis anima superio-  
ribus potestatibus subdita sit, fidem & obsequium prestare, eiusq; regnum con-  
firmare uelint. Eo compromisso, Regeq; ad aram redeunte, Moguntinus Deo  
suppliciter agit gratias, quod eum diuino assertum clypeo, supra cūctos totius  
terra Reges euehere, & eius subditos prompta ornare obedientia sit dignatus.  
Secundum hæc in pectus & caput, & brachiorū flexus, manuumq; palmas in-  
ungit, inquit: Ego te hoc chrismate in Regem Romanorū inauguro, Deus  
atq; te Latitiæ oleo, quo ueteres Sancti Prophetæ, & Reges perfusi leguntur,  
ungat. Vinctum Regem Treuericus, Coloniensis & Palatinus, qui cōmodum  
ad hoc Conclau prodebat, unà in sacrariū ad detergendum oleum abducunt,  
inibi aureo amiculo deposito, Imperialibus D. Caroli ornamentis, à Senatu No-  
bergico, qui ea de ueteri consuetudine asseruare solet, transmissis, more Dia-  
coni induunt, atque sic eum uestitum ad Altare statuendum producunt. Hic  
Moguntinus Archiepiscopis collegis adhibitis, ensē uagina liberatū eius tra-  
dit manibus, huiusmodi uerba subiiciens: Accipe Gladium hūc per manus no-  
stras, eoq; accinctus, parcas subiectis, ac superbos debelles, memor interim spi-  
ritualis istius Regis, de quo David in hunc modum uaticinatus est: Accinge  
femori gladium tuum, potentissime heros. Gladium, hac quæ dixi uerbo-  
rum formula, traditum, ut Rex in uaginam recondidit, Saxo progrediens illi-  
us lateri accommodat. Rursum Moguntinus accedens, eius digito præciosissi-  
& eo Catholicæ fidei recorderis signaculi. Postea ei D. Caroli splendidissimū  
iuxta ac maximi præcij pallium inicit, optans, ut quemadmodum nunc in Ro-  
manorum Regem inauguretur, ita, Deo fortunante, stola fidei amictus, in  
Christiana fortiter perseveret professione, regnaturus deinceps cum Regum  
R E G E in æterna gloria. Exin Regium sceptrum, pomūque, orbis ter-  
rarum figuram representans, porrigit, admonens rursum, ut Christianæ Rei-  
publicæ orbis iustitiam æquabiliter administret, paci consulat, leges Imperij  
omneis pro uirili tueatur. Diadema autem tres Archiepiscopi simul eius  
capiti superimponunt, dicentes: Accipe Regiam Regni coronam, quæ licet  
ab indignis, Episcoporum tamen, de ueteri consuetudine, manibus capiti tuo  
coaptatur. Hisce peractis, Rex iterum Moguntino iurat, facturum se bo-  
ni Principis officium, ac leges, ut Christianum Regem apprimè deceat fartas  
tectas ab omni uiolatione conseruaturum. Post in locum editiorem pictura-  
tissimis usquequaque aulæis prætentum, comitantibus Archiepiscopis, ascen-  
dit, & ibi in Saxeam D. Caroli sedem collocatus, hoc ritu Romani Imperij pos-  
sionem inicit. Hic Moguntinus lingua populari uerba facere cœpit, eique  
multam salutem precatus, se ipsi suosq; collegas, & omneis totius Imperij Or-  
dines, diligenter & officiosè commendat. Mox Symphoniaci & Organistæ  
uicibus



uicibus alternis, summo cum iubilo canticum illud, Te Deum laudamus, recinunt. Tubicinibus etiam clangoris iucunditate & dulcedine publicam lætitiã excitantibus. Interim inauguratus Rex, Georgium, Ludouicum, Io. Casymirũ Palatinos: Item Landgrauij filios duos, Eberhardum Vuirtebergicum, Albertum Meccelburgensem, Carolum Munsterbergicum, D. Carolum Carlouitium, Erasmum Magerum, Ioannem Georgium Preitingerum, & complures alios Duces Illustresq; uiros, eo quod eorũ humeros stricto D. Caroli gladio, leniter quodam modo feriebat, in ordinem Equestrem recipit. His expeditis ad Altare regreditur, Moguntino sacrificanti multos aureos offerens; inde rursum ad solium digressus, ibi ad exitum omnium Cæremoniarum hæret.

Tandem ex familia Canonorum Aquisgranensium duo accedunt, multamq; salutem precati, in suum illum Collegium, more antiquitatis recepto, alliciunt. Harum autem omnium quæ in fano fiebant rerum & solennitatum; spectatrix erat Maria Regis uxor, in priuato quodam tabulato astans, una cum duobus Regijs filijs, totidemq; filiabus: Item Lotharingij uidua, eiusdemq; filia, nec non Saxonis & Bauari coniugibus. Celebratis iam in fano omnibus Cæremonijs, in curiam inde pro prandio Cæsaris, Regisq; ac reliquorum Imperij ordinum, sumptuosissime apparatus illu strissima pompa, & qua uix ullum uiderat Germania splendidiorem, proceditur. Pone tres Regij stipatores insequuntur, qui equis insidentes, in uulgus missilia iactant, nummos scilicet aureos & argenteos, ita utrinque signatos, ut in altera parte, Maximilianus D. G. Bohemix Rex, in altera, Coronatus est in Regem Romanorum, Anno 62. legeretur. In Curiam, ut uentum est, ubi Cæsar & Rex iugementis, omnibus alijs septem gradus editiori, consistere cœperunt, Electores singuli sua ex aureæ Bullæ ordinatione officia obeunt. Et quidem omnium primò Brandeburgicus, qui pocellatoris munere fungitur, Curia descendens, in generosum equum ascendit, & ad mensam quandam medio foro strattam properans, auream inde peluim & mappam accipit, ijsq; in Curiam rediens Cæsari & Regi, ut manus lauent atque abstergent, administrat, post peluim, mappa & equo Comiti Zollerano, ex iure antiquo cedentibus. Deinde Saxo, qui Imperij Ensiferum & Marescallum agit, in equum agillimus insiliens, eo in auenaceum aceruum, prope Curiam effusum, incitato celerimè fertur, indeq; modium implet argenteum, subinde modio & equo inferiori Marescallulo, Friderico Pappenheimio, attributo, auena autem pro derelicto habita, uulgiq; direptioni concessa. Postea Palatinus Archidapifer ad coquinam extra Curiam, propter Franciscanorum ædem constructam, expeditus in equo aspirat, indeq; assumptis ferculis, Curiam uersus reditum maturat, ibi equo relicto, fercula ad mensam Cæsaris, ei Saxone nigrum bacillum præferente, defert. Eius equum unã cum argenteis, quibus fercula gestabantur, patinis iure quodam peculiari Dominus Seldekus adipiscitur. Consecrant mensam Archiepiscopi Treuerico uerbis præeunte, cui reliqui duo respondent. A consecratione Moguntinus se comitantibus Treuerico & Colonienfi, codicillos, Imperijq; sigilla, ex oblongo argenteo bacillo, plus minus duodecim marcorum precio, appendentia, Regi affert, Rex sigilla allata, Moguntini colloac commodat, recipiẽs se sibi tum ipsos Archicancellarios, Electoresq; reliquos, ac uniuersos Imperij Ordines quam commendatissimos habiturum. Tum iura atque priuilegia ipsorum non modò ab omni defensurum uiolatione, sed quum res ita feret, amplificaturum etiam. Hisce officijs posteaquam Electores solenniter sunt defuncti, singuli separatim mensis, in eadem aula splendidissime instructis, dispositisq; ad utrunque Cæsaris & Regis mensæ latus, discumbunt. A latere dextro primam occupat Moguntinus, alteram Palatinus. Ad

Maximiliani II. Rom. Regis. 2077

Ad sinistrum positarum, primam tenet Coloniensis, secundam Saxo, tertiam Brandenburgicus. Contra Cæsare & Regem mensa posita erat, cui Treuericus iuxta legis Carolinæ formulam accumbit. Hæ aut mensæ omnes tam Cæsarianæ, quam Electorum, aureis adornatæ stragulis magnificentissimè nitebant, supra etiam & à tergo aureis aulæis affabre sumptuosissimèq; opere cōfectis probendentibus. Præter iam dictas mensas adhuc aliæ duæ oblongæ in eadem stant ad quas collocantur Teutonice familiæ magister, Vuirzburgicus & Sptrensis Episcopi, itē Bauarus, Iuliacensis, ac plures alij Duces atq; Principes uiri. In contiguo aulæ hypocausto etiam quatuor aliæ mensæ instructæ erant, quarum primæ assident Legati Colonienses, D. Arnoldus à Sigen, Constantinus à Leiskirchen, Caspar Geilukirchen, Philippus Geyll, Consules, & N. Lithocomus, I. V. Licenciatus, Syndicus. Secundæ Aquisgranenses, Nicolaus Vuildermannus senior Consul, Ioannes Ellerbornius, Franciscus Blockius, D. Gerlaeus Radermacherus Syndicus. Tertiæ Norici, D. Sebaldus Hallerus ab Hallerstein, senior consul, & Gabriel Nutzel. Quartæ Francofortenses Ordinati, D. Nicolaus Stallberger Prætor, Iohannes à Grauburg, Hogerus à Molheim, Daniel zum Iungen, D. Cōradus Humbracht, Scabini, & D. Iohannes Fichardus, Syndicus. Mensis singulis singuli abaci, omnis generis aureis atque argenteis uasis, in triclinijs expositis, opulentissimi adiecti. Mensam Cæsarianam procurabant, præter cæteros, duodecim præcipui Imperij Cōmites, Electorum uicem obeuntes. Habebant quoq; Electores & Principes suos singuli Comites ac Nobiles, qui illis à dapibus & poculis erant. Legatis quatuor Ciuitatum certi etiam attributi ministri. Cæterum licet conuiuium insigni magnificentia ingentiq; epularum apparatu instructissimum tenis sic præberetur ferculis, ut deua simul edulia apponerentur, inter ea tamen plurima nō esui apta, digna solum erant, quæ cum admiratione oculos pascere. Bellarijs etiam secundæ præferim mensæ conquisitis uinisq; prætiosissimis fuerunt instructæ. Interim dum sic:

*Regis sic extractis celebrant conuiuia mensis,*

ante Curiam album & rubens merum, duabus fistulis per speciem bicipitis Aquilæ ædita columellæ impositæ, subterranea deriuatione profunde batur. Veteri etiam consuetudine Bos integer, multis alijs animalibus factus, ligneo ueru in foro torrebatur, ex quo parte aliqua ad inauratum Romano Regem delata, reliquum multitudinis direptioni cecidit. Mensis remotis Treuericus gratias egit, postea Cæsar & Rex ornati insignibus ab Electoribus cæterisq; Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & ante ambulonibus domum deducuntur, quibus deductis singuli in suareceperunt Palatia.

FINIS.

KKK DIVO

# DIVO MAXIMILIANO AVSTRIO II. ROM. BOHE-

MIAEQVE REGI &c. DE HONORE NOVO

gratulatur, autore

IOHANNE POSTHIO GERMERSHEMIO.



Ceani tandem felicibus exit ab undis  
Illa dies uotis sepe petita meis,  
Qua satus augusto Regum de stem-  
mate uenit.

MAXIMVS in nostros AEMILIA-  
NVS agros,

Et patrij (quod sit faustum) successor honoris,  
Regali accepit sceptrum gerenda manu,  
Hic ubi conspicitur ualidis fronsurda muris  
Ad liquidas moeni pratercuntis aquas.  
Gratulor, applaudoq; tuis, Rex Maxime, coeptis,  
Gratulor, & faustas insuper addo preces,  
Omnipotens ut te simul & tua facta gubernet,  
Qui mare, qui terras, qui regit astra Deus.  
Is tibi iam regni moderandas tradit habenas,  
Tutelam populi tradit & ipse sui.  
Quem petit, atq; diu miserandis cladibus urget,  
Quae furit in Geticis bellua dira iugis.  
Turca ferox, nimiumq; potens opibusq; uirisq;  
Bella gerit terra, bella geritq; mari:  
Et trepidos patria fugans de sede colonos,  
Innocuas rapido destruit igne domos.  
Inq; potestatem si quos sibi Marte redegit,  
Hos cruciat, diris & necat usq; modis.  
Impia uel uiuos Mahumetica sacra probare,  
Et summi cogit sacra negare Dei.  
Atq; suis rabidus meditatur subdere sceptris  
Sol uagus immenso quicquid in orbe uidet.  
In primisq; meam foedissimus ille sororem  
Pannoniam ferro tempus in omne petit.  
Quam si forte suo posset coniungere regno:  
(Dij tamen hoc omen pondus habere uentent)  
Inde uia facta scelerato milite sperat  
Protinus attonitam me quoq; posse capi.  
Ac quasi iam populos, nostras & uicerit urbes,  
Et teneat Rheni littora tota mei:  
Sic animo caedes ferus, & noua uulnera uersat,  
Cudit & in nostrum tela cruenta caput.  
At Tu, cui tantum diuina potentia munus,  
Et magni titulos Regis habere dedit,  
Tu nostris prohibe rapidos a sinibus hostes,  
Qui cupiunt Christi dilaniare gregem.  
Est tibi qui possit committere praelia miles,  
Inq; pharetratos fortiter irae Getas.

Et mihi sunt uires armisq; assueta iuuentus,  
Quae tibi subsidium non leue ferre potest.  
Nec dubitare decet, Christo duce, & auspice Chri-  
Terga dabunt hostes sanguinolenta fuga. (sic  
Visitaq; submittere truculentum Turcia uultum  
Ante tuos ponet sceptrum superba pedes.  
Ipse pererrabis, nullo prohibente, beata  
Oppida, quae Luc' Turcia diues habet.  
Et quocunq; rotis uenies uictoribus, isto  
Barbantes Musis cedet abacto loco.  
Quaeq; fuit longum Scythico subiecta latroni,  
Artibus & caruit Graecia maxima suis,  
Aonias, per te iam libera facta, sorores  
Suscipiet, Christi suscipietq; fidem.  
Tum Solymas arces, monumentaq; sancta sepulchra  
Insistens niueo uictor adibus equo.  
Inde triumphato gaudens Oriente recurret,  
Mirandus populis, cum populisq; patri.  
Te qui tum reducem cano uenerabilis eus  
Excipiet, letas iniicietq; manus.  
Illi tu referes fera bella grauesq; labores,  
Et referes longe mille pericla uiae.  
Quosq; fauente Deo, felix superaueris hostes,  
Quaeq; tua fuerint merita capta manu.  
Illa dies, Rex Magne, tibi letissima quondam  
Surget ab Eois conspicienda uadis.  
Tum simul a cunctis tua praestantissima facta  
Magnanimi gestis ante ferentur aui,  
Et patris, patriq; tui, licet emula uerq;  
Gesserit antiquis praelia Caesaribus.  
Quae si quis cupiat pleno describere uersu  
Iliadas longe uincet Homere tuas.  
Sunt tamen historijs totum uulgata per orbem,  
Quae potuerunt nulli post abolere dies.  
Felices homines, felicia secula nostra,  
Talibus a dominis quae meruere regi,  
Pectoribus quorum posuit Clemetia sedem,  
Qua maius superi nil habet aula Iouis.  
Quae nec supplicijs, fuso neq; sanguine gaudet,  
Atq; hominum generi turpe nocere putat,  
Quae subitot animi nata est componere motus  
Supplicibus ueniam datq; benigna reis.  
A uictisq; manus, generosi more leonis,  
Abstinet, huic hostem perdomuisse sat est.  
Viq; patet

2080. ad Regem Maximilianum. 2081

Viq; pater natos solo terrore coerces,  
 iratus pleno dum iacit ore minas:  
 Hinc secus & prauos rigida clementia uoces  
 Incepat, ut discant semper habere metum,  
 Huic Astra a soror, caelo superisq; relictis,  
 Asidet, imperio nec minus ipsa fauet:  
 Vindice qua leges, & munera publica florent,  
 Dum bonus atq; malus praemia digna ferunt:  
 Que docet uilibus semper praepone iustum,  
 Nec queni quam tacitis fallit iniqua dolis.  
 Que nec propter opes indignos auget honore,  
 Nec finit ut lateat, qui caret aere, bonus.  
 Sed facit ut magni doctas ad Apollinis artes  
 Contendant studio diues, inopsq; pari:  
 Cum uideant, quod nec iam surgat inertia diues,  
 Nec iaceat uirtus obruta pauperie.  
 Ergo tot eximios uates, tot clara uirorum  
 ingenia, haec etas fert, feret, atq; tulit.  
 Carminibusq; nouis resonant sacraria Phoebi,  
 Dum rerum dominos plurima turba canit.  
 Vixq; nouas Helicon in ferta recentia lauros  
 Sufficit, irriguis sic licet uber aquis.  
 Pierides Sophiae cultis operantur in hortis,  
 Et iuuenum gregibus pulchra uireta colunt,  
 Quae uix unquam sunt uisa prioribus annis,  
 Dum fuerat mundi Roma superba caput.  
 Ex illis redeunt uincti sua tempora fertis.  
 Praemia quae docti pectoris esse solent.  
 Iure quibus cedant Arabum, Craesiq; talenta,  
 Quicquid & in letis congerit Indus agris:  
 Quicquid & e rubri maris aequore nauita portat,  
 Committens dubijs seq; ratemq; Notis.  
 Nam pereunt gemmae, pereunt sublimia Regum  
 Tecla, perit uulgus mobile quicquid amat.  
 Frangit & absumit ualidissima quaeq; uetustas,  
 Hec ferrum, silices, haec adamantia terit.  
 Sed uiuunt aeterna nouem monumenta sororum,  
 Vlla nec his etas, fata nec ulla nocent.  
 Quis ueteres Thebas, quis diruta pergama noisset,  
 Aut casus Ithaci, Penelopesq; fidem?  
 Omnia ni memori seruassent carmine Muse,  
 Illius ut possent temporis acta legi.  
 Musarum studijs florentibus, omnia florent,  
 His sine & in tenebris sacra, profana iacent.  
 Ipsa ego sum certe uerissima testis, alumnos  
 Cum ueteres tacita mente reuoluo meos.  
 Hei mihi, quale genus, quae pectora, quam ferus illis  
 Aspectus, rigidi qui sonus oris erat.  
 Non aliquae stabant firmatae legibus urbes,  
 Viuebatq; suo quilibet arbitrio,  
 Res uulgaris erat, rapti sibi querere uictum,  
 Caedibus & madidas semper habere manus.

Nullus erat, mentis qui dono beata colebat.  
 Qui cuperet caelum scandere, nullus erat.  
 Vulgus adorabat magno pro numine terram,  
 Haec quia praecipuas sufficiebat opes.  
 Ergo quod impietas a nostris exultat oris,  
 Quod uerum colimus Mente animoq; Deum,  
 Mitibus acceptum studijs referamus oportet,  
 Per quae Religio purior usq; nitet.  
 Haec tibi si cura est, aut si tua pectora tangit,  
 Non minor Aonij sit quoq; cura gregis.  
 Sed facis, & teneris fecisti semper ab annis,  
 Et facies, donec uita superstes erit.  
 Non igitur nobis fueras hac parte monendus,  
 Cum tua ad hoc ipsum sponte feraris opus.  
 Sed tamen & remos adhibent, & lintea nauae,  
 Sponte lucet prono flumine puppis eat.  
 Sessor & assuevit calcaria subdere, quamuis  
 Acriter in iusso tramite currat equus.  
 Quod superest, iam nunc feliciter opto reuissas,  
 Auspicij dudum debita regna tuis,  
 Et fausto multis abeuntibus ordine lustris  
 Inuicta teneas tradita sceptris manu.  
 Aspiciasq; tuos diademata ferre nepotes,  
 Magnamini patris cum tibi ceedet onus.  
 Et bene pacato magno prius orbe, uocatus  
 Regis ad aeterni regna quietus eas.  
 Illic percipies solidissima gaudia, claros  
 Inter honorata sede receptus auos.  
 Interea seu bella fremunt, seu tempora sanctae  
 Pacis erunt, nostri sit tibi cura praecor.  
 Ipsa ego, te propter, durissima quaeq; subito,  
 Seu fuerint terra, siue ferenda mari.

IOHANNIS POSTHII GER-  
 mershemij Epigrammata,

De Principum concordia.

Saepe Duces inter discordia tristis oborta est,  
 Tractandum imperij nomine si quid erat:  
 At nunc tantus amor, reuerentia mutua tanta est,  
 Quanta prius nullo tempore uisa fuit.  
 Scilicet hos magno sumunt a Cesare mores,  
 Qui facit ut toto regnet in orbe quies.  
 Electores,  
 Quod patriae felix nostrae sit, & utile cunctis,  
 Nec minus & uitae, Maximiliane, tuae,  
 Vnamines uotis tibi iam communibus omnes  
 Romani imperij regia sceptris damus.  
 Tu titulis istis, & tanto nomine dignum  
 Postmodò sic etiam te, uelut antè, geras.  
 Et cum patre diu residens ad culmina rerum,  
 Aspicias regnis cuncta fauere tuis.

## Religio.

Mille premant quamuis tua pectora, Rex pie, curæ,  
Prima tamen nostri sit tibi cura precor.

## Musæ.

Ex Helicone sacra lauri de fronde coronam  
Hanc ferimus capiti, Maximiliane, tuo,  
Quam rosa, quæ uiolæ, quæ ros maris additus ornat,  
Et dulci quicquid pascit odore animum.  
Hanc tibi donamus, tu nos, Rex Magne, uicissim.  
Ut prius assueti semper amore colas.

## Ad aquilam.

Quid uolucrum regina alis plaudentibus auras  
Concutis, et lætos fundis ab ore sonos?  
Nunquid honoratus mouet hæc tibi gaudia rector,  
Qui gerit Imperij iam noua sceptrâ noui?  
Sic habet, hinc plausus ueniunt populiq; tuiq;  
Fulget et in toto purior orbe dies.

## Pecuniæ in uulgus missæ.

Aede coronatum sacra dum Curia Regem  
Excipit, et cœlum plausibus omne sonat,  
In densam populi turbam uenit aurcus inber,  
Et legitur medio regia gaza foro.

Clamaturq; beatus io, Rex inclyte uiuus,  
Cuius ab auspicijs munera tanta fluunt.

## Vinum publicè profusum.

Artifici quoq; facta manu mox Cesaris ales,  
Diuersum genino fundit ab ore merum,  
Huc sine lege ruit tollens ad sydera uoces  
Rustica turba, auidis uina petiq; gulis:  
Alter at alterius properans conaibus obstat,  
Hinc ueniunt rixæ, uasq; iacta uolant.

Hic læsum queritur saxo caput, ille eruento,  
Ore dolet, pressos uix trahit ille pedes.  
Pileolis alij potant, manibusq; cauatis,  
Vrecolis alij scilicibusq; scyphis.  
Gutturè supposito salientes ille liquores  
Haurit, et in patulum truditur inde lacum.  
Bacchus ad hæc ridens, spectacula talia, dicit,  
Muneribus debent formina, uirq; meis.

## Taurus tostus.

Repletus dudum uarijs animalibus ingens  
Taurus, et assatus conuenienter erat.  
Tandem ubi festa suum tenuerunt prandia finem,  
Diruitur medio structa culina foro.  
Rustica gens iterum clamorem ac uerbera misert,  
Taurus ad arduos diripiturq; focos.  
Hic caput, ille pedem nactus fugit, ille reuulsus  
In manibus carnes, alter in ense gerit.  
Qui potis est, alij prædam uiolentior aufert,  
Quiq; fugit populum, non fugit ille canes.  
Ista pater Mœnus spectans, non grator ullo  
Tempore, ait, nostra lusus in urbe fuit.  
Ignes nocturni.

Luciferis emensus equis spacia ardua mundi  
Oculus Hesperio Phœbus in amne capat.  
Exoritur medijs Mœni nouus ignis in unctis,  
Et tenebras late luce nitente fugat.  
Hac simul è flamma, ualidisq; è mœnibus urbis,  
Turribus eq; altis fulmina crebra tonant:  
Scilicet ista tuo, Rex Summe, parantur honori,  
Ut sint lætitiæ publica signa nouæ.  
Nec solum terras, sed et aurea sydera pulsant,  
Audit, et hæc magni regia celsa iouis.

DE GERMANIA IOHANNIS POSTHII  
POETAE. EPIGRAMMA IOHANNIS MARTI-  
ni Huberi, Basiliensis.

**D**um tibi Cesareos cuncti gratantur honores,  
Rex maior proauis, Maximiliane, tuis,  
Innumeriq; ferunt populi preciosa remoti,  
Sed longè Domino dona minora suo.  
Teutonibus ora, cui nihil est par, nilq; secundum,  
Ex Helicone refert carmina docta sacro,  
Grata quibus lætæ testatur gaudia mentis,  
Quod sint imperij tradita sceptrâ tibi:  
Optat ut à Scythico feliciter hoste triumphes,  
Cum patre Fernando sis patriæq; pater

Quiq; tibi Augusto nunc filius ore Rodolphus  
Surgit, is Austriacam tollat in astra domum,  
Palladis ingenuas et completaris ut artes,  
Quæ sine nunc omni prorsus honore iacent.  
Scilicet his speros meritis æ quabis, et altum  
Nomen ab annosa posteritate feret.  
Tempus opes carpit, cunctos aboleiq; triumphos.  
Sed nihil in uatum carmina iuris habet.  
Personat imparibus tua qui præconia plestris  
Posthiius, heroa postmodò uoce canet.

FINIS.

CARML

**D**um uidet ex albis torqueri moenibus ignes,  
Acliuos nub eis rumpere, Mœnus ait:  
Quam benè cū Ducib. populi lætatur, & ur  
Quod Rex Imperium Maximilianus adit. (bes  
Cœlar Saturnus tibi Rex ter Maxime, regnis  
Saturni cedant aurea regna tuis.

## Idem in diem Coronationis.

Septem quo caput imperii uirorum  
Nutu munia Maximilianus,  
Dies festus adest, per orbis omnes  
Gentes dignus ut extet, ille festus.  
Adfert imperio malis sepulco.  
Atq; à Teutone nobili profectis,  
Optatem requiemq; gaudiumq;  
Adfert ille scholis, sacrisq; templis,  
Longo examine plurimam salutem.  
Rex Regum Deus alme, da quocunq;  
Nobis festus ut hic dies agatur.

Non est dignior, aptiorq; non est,  
Qui nomen teneat potens Monarchæ,  
Quam tu Maxime Maximiliane.

## Aliud eiusdem ad Maximilianum.

Ingenti caperes cum scepra Bobemica plausu,  
Austriacis summum Maximiliane decus,  
Hec omnes uno populi sermone ferrebant,  
Rex tu Romanus post breue tempus eris.  
Conueniunt hominumq; preces, diuumq; uoluntates  
Felix mortales, quem probat atq; Deus.

## Aliud

Maximiliane decus patriæ, Rex Maxime regum,  
Culus famæ poli, sidera summa petiu:  
Propria dum spernis, dum commoda publica curas,  
Nec titulo, at factis nomen habere studeas:  
Te patriæ patrem Germania tota salutat,  
Et tibi decerni Cæsaris arma iubet.  
Macte animo Princeps Germano, & fortibus ausis,  
Ne patriæ titulo, re pater esse queas.

## Aliud de Maximiliano.

Maximilianus ouans sacram deductus in ædem,  
Cum tulit imperij regia scepra noui:  
E medio cœli prospectans culmine Fama,  
Edebat magno talia uerba sono:  
Dum colis heroas totus quos suspicit orbis,  
Heroes te etiam Maximiliane colunt.  
MAXIMILIANO AVSTRIO II. RÔ-  
manorum Regi, Pio, Felici, Aug. Sacrum.  
Tandem animo, atq; oculis lux iucundissima nostris  
Certius affulsit, qua te Rex Maxime Regum,  
Cernimus ingenti cumulatam laudis honore,  
Romanisq; Aquilas citi cūm, uictricibus alis

Te excipere, Augusta dominā ē in sede Quirini.  
Cui late assurgunt Tyberis populiq; Latini,  
Et Rhenus, gelidisq; pater Danubius undis.  
Sed neq; te quisquam, o soboles generosa Deo: um,  
Imperio magis aptus erat, sceptrisq; gerendis,  
Quem dudum Regno assuetum iuuentibus annis  
Obstupuit primum latus Hispania terris,  
Miraturq; suum celebris nūc Austria alumnum,  
Austria Dijs accepta parens, atq; amula Cælo.  
Scilicet ad magnos te accensum fortiter ausus  
Et Pater, & Patruus, seruesq; inuicta tuorum  
Impulit, & summa ad rerum fastigia duxit.  
En felix quæ nunc animo Germania uersat  
Gaudia: quàm multū de te sibi præscia spondet:  
Forsitan illa etiam prudens, ac gnara futuri  
Tempestatem illam uidet, ac felicia quondam  
Secula, cūm totum, ueluti Sol aureu, orbem  
Percurrens, miseram Europam, uicinaq; Regna  
Restitues, fractis succurrens undiq; rebus.

Atq; hæc ante alias omnes te maxima cura  
Solicitat, stimulatq; animi uirtutis honore  
Flagrante, atq; adeo, Rex Optime, pertinet ad te:  
Tu quoniam es prisca Imperij seruata propago,  
Vnde olim Diuum auspicijs se Romula uirtus  
Extulit, atq; caput felicibus inuulit astris.

Quæ tibi maiestas formæque gratia morum,  
Delitiæ humani generis Rex magne Quirium?  
Nam te seu mediū excipiant Patresq; Ducesq;  
Incedasq; tuas sublimis forte per urbes,  
Seu tibi commissas Regni modereris habendas,  
In fronte atq; oculis tantus decor emicat, ut te  
Quisq; pueri sanctū in terris, & amabile Numē.

Hinc te tot procerum studijs, plausuq; frequenti  
Regnatorem orbis magno cum Cæsare leti  
Aspicimus, festosq; dies celebramus ouantes.

Fortunate nimis (si quid canit Augur Apollo)  
Quæ tot barbarico cumulatata ex hoste trophæa,  
Tot spolia ampla manent: ipsū nō Caucasus ingēs  
Maumethē capiet pauidū, non Bactra, nec Indi.

Iamq; ego Pannoniam collectis uiribus omnem,  
Germanasq; acies uideo, densosq; manipulos  
Austria dum, genus acre uirum, fortesq; Boemos,  
Fatales uolucres ultrò tua signa sequentes.

Quin etiam magnā Ausoniā socia arma, uirosq;  
Et paribus iunctim concordia pectora dextris  
Vertere in externos diuini nominis hostes.

Tū demū Euphratē tremere, & magni hostia Nili  
Atq; Asiam trepidare metu, seuosq; Tyrannos  
Cernere erit passim duplices tibi tēdere palmas.

Te uerò inuictum niueis Bellona quadrigis,  
Victorem

Victorem latè populorum, altaq; corona  
 Conspicuum, ducet longis in templa triumphis.  
 I felix Augusta, Deum certissima proles,  
 Quò tua te uirius, quò te rapit inclytus ardor.  
 Dij tibi quæsitum non ui, non fraudibus ullis,  
 Imperium longum seruent: quod si omnia uulgi,  
 Si spectes studia, eterno es dignissimus æuo,  
 Nec mortem oppetere unquã, aut tristia fata subire

Vsq; adeò te cuncta ætas, iuuenesq; senesq;  
 Certatim admirantur, amant, ueneratur, adorant.  
 Ipse etiam pulchri qui quondam ad flumina Mœni  
 Casareos tenui descripsi carmine honores,  
 Ferdinandi patris Augusti, nunc debita soluo  
 Vota tibi, pronusq; tuæ figo oscula dextræ.  
 And. Rapicij, I. C.

## NOMINA ET COGNOMINATVM TVRCA CICI LEGATI, TVM EORVM, QVI CONSTANTINOPOLI

- et Buda ipsum deducentes, unã cum eo Francofurtum ingressi sunt, Anno 1562. die 23. Nouemb.*
1. Ebrahimus Strotius, ortu Polonus, Solymani Turcici Casaris Legatus,  
 23. ministros adduxit, habens secum 29 equos, & 6 camelos.
  2. Vuascha Budensis Aulae praefectus, ministros 7. equos 10.
  3. Ralsius Mustafa Quinquecelesensis, minist. 3. equos 4.
  4. Istrophius Zauschus, ministros 2
  5. Perchaimus Zauschus, min. 2.
  6. Bermanus Bili Vuascha Budonensis, minist. 2.
  7. Durachus Pulius Vuascha Budonensis, minist. 2.
  8. Dellius Constraffius Budonensis, minist. 2. equos. 3.
  9. Hoslenius Bulius Vuascha Budonensis, minist. 2. equos. 3.
  10. Durateson Budonensis, minist. 1. equos. 2.
  11. Dalli Achmallius, minist. 1. equos. 3.
  12. Odauerdus, minist. 1. equos. 3.
  13. Kadalius, equos 2.
  14. Dallius Sachemitus, equos 2.
  15. Mustaffius, minist. 1.
  16. Hussamius.

## RELATIO SIVE SERMO LEGATI PACIFICI EBRAIMI

STROTSCHENII, NATI POLONI, A SOLYMANNO TVRCA  
*rum Imperatore ex Constantinopoli ad Christianorum Casarem Ferdinandum eius nominis primum  
 destinati, apud Francofurtum Mœni coram statibus Imperij ibidem praesentibus lingua  
 Sclauonia recitatus Anno 1562. die 27. Nouembris.*



Otentissime atq; Serenissime Christianorum Electe Casar  
 Ferdinãde, Inuictissimus, ter maximus ac Potentissimus Tur  
 carũ Imp. Princeps meus Clementis. ad tuã Maiest. me terra  
 mariq; pfectum, cũ certis ac specialib. mãdatis instructũ fide  
 dignũ Legatũ misit ac direxit, tũ ut salutẽ, & felicẽ administra  
 tionem longãq; & firmam corporis sanitatẽ tuã Maiest. suo  
 nomine dicerẽ, tum uerò ut simul ipsius Maiest. propensum animũ, studiũ, be  
 neuolentiã ac uerũ amorẽ erga tuã Maiest. conceptum modis omnib. testarer,  
 declararẽ, denunciarẽq;. Quã ipsius Maiest. firmiter sperat ac planẽ cõfidit hæc  
 inicitã gratiã & amicitia, etiam per prioris legationis occasiõẽ auctã & robora  
 tam esse, idq; eò magis, qd ipsius Maiest. ante hæc quoq; satis euidentiã & indu  
 bitata cõfirmata ac duraturã amicitie amoris argumẽta erga tuã Maiest. dede  
 rit: id quod utrinq; Deus fortunare dignetur. Hæc præfatus paululũ filis respi  
 rauit. Quò uerò (mox inquit) tua Maiest. prædicti amoris, cõciliationis, ac gra  
 tia mutux indicia manifestius in Principe meo Potentissimo deprehendere,  
 cognoscere

cognoscere, ac intelligere queat, ipsius Maiestas amodo omnes Christianos captiuos libertate donatos ad tuam Maiest. & quocumque uellet, redire permisit, quos tam men alias ipsius Maiest. e captiuitate illa non auro argentoque non quauiscumque mutuerib. neque alicuius uel principis etiam intercessione seu precibus, redemi ac dimitti passus fuisset. Fecit itaque id sua Maiest. nullam aliam ob causam, quam ut firmam ac minimam fidei suam amicitiam, amoremque erga tuam Maiest. redderet omnibus. perspicuam planeque confirmaret, fretus omnino ea spe, tuam Maiest. uicissim omnes Turcas, quos hinc inde captiuos habet ac detinet, liberet & in sua religione permanentes dimissuram & postlimini restitutam esse, id ut fiat sua Maiestas per me unice atque amanter petit. Optat quoque tuam Maiestati perpetuam ualetudinem, quicquam senectam, prosperitatem ac pacificam regnorum tuorum gubernationem, cupitque etiam senectam, prosperitatem ac pacificam administrationem usque ad posterum tuam Maiest. fauere effecturum esse, ne hoc amicitiae cum tua Maiest. contractae foedus ac induciarum confirmatarum ius a quoquam suorum subditorum uel in minimo laedatur, rumpatur, aut debilitetur. Rogat insuper ac petit, ut ad has literas, quas suo nomine tuam Maiest. ego praesentavi, tua Maiest. non grauetur sigillatim respondere, quod si a tua Maiest. praestitum fuerit, experietur modis omnibus. tuam Maiest. amicabile atque pulcherrimum mutui amoris certamen cum principe meo Turcarum Imp. potentissimo & aequitatis obseruatissimo inisse, in quo ipse se nunquam a tua Maiest. uinciae superari quouis modo patietur, sed potius summo conatu enitetur, ut haec inter utrumque iam senio confectum inita amicitia ac concordia in diem magis magisque crescat, nouisque indicibus & argumentis prouocetur semper atque stabilitur.

Haec cum ille disseruisset, tum Caesarem Maiest. interrogat, qui nam in isto Principum Procerumque praesenti consessu sit Maximilianus suae Maiest. dilectus filius & Imperatorum legitimus heres: mox ergo Caesar digito monstrauit illum esse, qui a sinistris sibi assideret: tum Legatus uultu ad Regem conuerso, se coram ipso Parthico seu Turcico more inclinauit, dextram ad pectus admouens, coepit Regiae suae Maiest. multam uel longae felicitatem, faustam in administrando Romanum Imperium successionem, remque actionum suarum prosperitatem omnemque salutem imprecarum, addiditque se minime dubitare, quin ipse Rex, cum de tam praestanti ac laudato genitore sit natus, non quidem ipso Patre inferior aut inaequalis, sed potius uel iuxta nominis sui proprii paronomasiam, qua Maximilianus siue maior uocatur, longe maior, praeclearior ac praestantior futurus sit.

Ad extremum igitur Legatus rursus ad Caesarem conuersus, ea quae secum attulerat munera, nempe duos preciosissimos ex natiuo Crystallo & gemis longe nobilissimis elaboratos crateras seu pocula, & caballum Turcicum generosissimum aureis phaleris, gemis, catenisque ex purissimo auro ornatum, tum quatuor camelos ex tota urbe Constantinopoli exquisitissimos Caesarem suae Maiest. praesentare, ac summis laudibus efferre coepit: factus interim & excusans, quod & equus ille & Camelus iam ob longinquam terram marisque profectionem, quam inde a quatuor mensibus spacio fecissent, macie & defatigatione confecti, & attenuati esse conspicerentur.

EXEMPLAR SIVE COPIA LITERARVM CREDITORIA-  
rum eidem Legato in causa Induciarum octennalium ad Romanum Imperium a

Turcarum Imperatore datarum.



Go Dominus omnium Dominantium, Regnator Orientis & Occidentis, qui Potens sum facere & non facere quaecumque libet, Dominus totius Graeciae, Persiae, & Arabiae, Dominator omnium eorum quaecumque Regi & dominio subijci possunt, Magnus Heros horum temporum, & fortis Gigas latissimi huius orbis, uniuersi Maris albi atris, & sanctae ciuitatis Mecha, splendore Dei relucens, & ciuitatis Modinae sanctaeque & caeterarum urbium Ierusalem Dominus, Rex nobilissimi regni Aegypti, Dominus terrae Ioniae,



Ioniae, ciuitatūq; Athenarū, Senanū, Sacri tēpli Dei Zabilō & Balsio, Rethlan  
 & Magodin: sedes ac soliū magni Regis Nashin Rettā, et Dñs insule Algeræ,  
 & Princeps regnorū Tartaria, Mesopotamię et Medorū, Georgianoū & Vni  
 uerse Gręcię, Moreę, & Anatolię, Asię, Armenię, Vualachię, Moldato, et toti  
 us Hūgaria, aliorūq; q̄ pluriū Regnorū ac Dominiorū, quorū ego sum Impera  
 tor, ter magnus ille Cęsar Soldanus Solimānus, filius magni Imperatoris Sol  
 dani Selim, qui à Deo habeo potestātē ad regendū in freno oēs populos, & po  
 tentiā ad aperiendum omnīū ciuitatū ac fortalitiōrū portas & claustra, in manu  
 mea potētī traditi sunt oēs fines terrę, nullis exceptis, ego Dñs Orientis à terra  
 Tiscia usq; ad fines Africę, quē Deus fortē in acie gladij bellatorē cōstituit. In  
 ter cuius potētissimā Regna p̄ minimo reputat castrū impugnabile Cęsarę, &  
 p̄ uilissimo reputat inter hereditarias meas ditiōes Imperiū seu Dominū Ale  
 xandri Magni: mecū est fortitudo totius mūdi et uirtus firmamētī. Quādoqui  
 dem Rex Ferdinande, qui es potēs totius Christianitatis Dñs, & uas electū po  
 tentis fidei Christianę, creatus & electus Imperator Romanorū populorū &  
 Bohemię, Vandalorū, Crabatia & multarū aliarū ditiōnū Rex & dominator,  
 &c. Superiori tempore ad aulam meā cōfugiētū, & thronus gratia omnium  
 Principum horū temporū eam petentiū, misisti & ablegasti quēdam selectum  
 ad renouandam nobiscū pacē & contrahendam amicitia, ac noticiā faciendam,  
 quę litera datae erant, Anno à Propheta Iesu (super quē & super nostrū prophe  
 tam Mahomet sit splendor & pax Dei) millesimo, quingentesimo, sexagesimo  
 secundo, die aut̄ primo mēsis Iunij, petens à nobis ut cōcessis tibi per octenniū  
 inducijs tuas ciuitates, castra, regiones & populos posthac nullis armis infeste  
 mus, sed in pace secura ac tranquillitate uiuere sinamus, &c. Ad quā tuā pe  
 titiōnē respondemus, posthac per integrū octenniū inter nos & ab utraq; parte  
 futurā & cūtinuandam esse nouā, ueram & firmam cōcordiam & amicitiam cu  
 ius cōcordia, pacis, ac cōfederationis hęc cōditiones sunt: Primō ut tua Di  
 lectio quotannis ad aulam nostrā pro arra induciarū 30000. Hungaricos duca  
 tos mittere teneat, unā cū illo residuo, quod nobis per proximē præter lapsum  
 biennium à te debetur. Pro eo promittimus nos posthac cum Regis Iohannis  
 filio, quantum ad eius hereditarias nationes attinet, siue hęc in citeriori Hunga  
 rię, siue in ulteriore parte Theissę sitę sint (quę tamē oēs de iure belli ad nos spe  
 ctant) durātibus his inducijs octēnalib. nullas uel inimicitie, uel amicitie partes  
 suscipere uelle. Idē quoq; Regis Iohannis filius sub hoc octēnalis pacis tēpore in  
 modo prædicto obedientiā nobis p̄stare tenebit, ita ut posthac nullas inimicitias  
 nec bella cōtra uos exercere, nec subditos uestros, uel ferro, uel igne infesta  
 re, nec ciuitates, castra, aut uillas occupare, nec pecora, armenta, bona, pecunias  
 aut decimas uolenter auferre, uel exigere à colonis & subditis uestris ei liceat.  
 Nos quoq; similiter nullum ius habebimus, nec occasiōnē queremus populos  
 uestros profligandi, igne deuastandi, aut captiuos abducendi, sed potius in hoc  
 octo annorū spacio uobiscum pacem & concordiam sanctē seruabimus. Hisce  
 quoq; cōditionibus pacis subiecti erunt, cum omnibus bonis ac dominijs suis  
 Balaschi Michaël & Nicola Batheri ac horum similes pleriq; eruntq; uobis ac  
 subditis populis iam antea tempore belli alius alium bonis, fundis, ac dominijs  
 suis expulerit, unde lites ac noua dissidia à modo oriri queant, uolumus & sta  
 tuimus illa negocia, causas ac iura differri debere, donec hoc definitum inducia  
 rum tempus sit reuolutū. Præterea si fortē in posterum ob iurisdictionem noua  
 dissidia inter utrinq; nostrū oriātur, ita ut nullo modo cōciliari ac cōponi, pos  
 se uideantur, uolumus ut uestri interim uestri, nostri aut̄ nostri maneāt: seclusa  
 omni cōtentione & inimicitia. Villę quoq; nonnullę ad Danubium & Tattam  
 hinc

hinc inde sitæ eo iure, quo antè, frui permittantur, ita ut milites, qui sunt ad huc in præsidio Castelli Tattæ, nullum ius habeant uillas istas iuxta Danubium sitas infestandi aut uexandi. Præterea si ab hoc pacis spacio quidam ex uestris nobilibus aut dominis quosdam nostros nobiles ex fuga, uel qualicumq; modo captiuos penes se habuerint, eos dimittere & liberè sine damno & præda exactiōnis ad suos remittere debent, quò inita inter nos concordia & pax firmitus seruetur, & securius uiuatur. Hæc omnia & singula uolumus & iandicti finem seruari, ac teneri debere, ad hoc enim has induciarum ac confœderationis literas ex aula magnificentiæ nostræ publicari fecimus, ac insuper non solum curauimus, ut earum literarum forma cum edicto nostro uniuersis ac singulis nostri Cæsareatus summis exercituum terra maricq; Ducibus, Præfectis, Capitaneis, Centurionibus ac omnibus stipendiarijs militibus, ac satrapis promulgaretur, sed etiam ut firmiter ac sanctè seruarietur seuerè mandauimus: uolumus quoq; hæc pacis & induciarum conditio compræhendat & concernat duos nostros summos Præfectos siue Vuaiuodas Vualachie & Moltauig, ita ut nullus uestrorum Hungarorum, Crabatōrum, Schlauoniorum, aut alij quarumcunq; regionum, marium, insularumq; uestrarum populi à nostris uel pacto molestantur aut grauentur. Quod si forte quidam ex uestra parte restitutum nostris sua bona omninò tenebuntur. Quod si quidam à nobis transfugerint, & secū aut aurum, aut bona dominorum, quibus seruerūt, abstulerint, uel si idem à uestris ad nos profugientibus commissum erit, tunc ab utraq; parte, illa bona postlimini iure repeti ac restitui, transfugæ autem in exemplum aliorum puniri ac plecti debent, transfugarum enim bona de iure ac dominos ipsorum referuntur: Præterea licitum erit uestris centurionibus edificent, & illuc comæatum uictualia, arma & id genus importent. Sed ne ultra fines suos aliquid horum exerceant, &c. Durantibus quoq; his inducijs nullus uestrorum subditorum uel in Hungaria, uel alijs quibuscunq; ditionibus uestris captiuari aut abduci debet, quod tamen si causa fortè contingeret, tum illa mancipia securè & sine mora ad suos redire sinentur. Præterea quicunq; ex parte Christianorum in nostris regionibus, & in magnifica nostra aula aliquid negocij expediendum habuerint, quales sunt Legati, ministri, officarij & id genus, his omnibus non solum concedimus, & permittimus ut ambulent, accedant, & recedant à nostris ditionibus & aula, sed etiam eos reuerentia ac beneuolentia à nostris prosequendos, & linguæ nostræ interpretatione iuandos esse uolumus & iussimus. Quod si propter confinia agrorum, aut terminos, uel ob id genus causas alias dissidia & inimicitia inter subditos utriusq; partis nata fuerint, istæ lites à discretis ac æquis uiris ab utraq; parte adhibitis iudicari ac discerni, autores uerò talium dissidiōrum tanquam suspecti ac fradifragi puniri debent, &c. Inhibemus quoque certamina illa hostilia seu duella quæ in finibus ab utrinq; aliquando committi solent. Cupimus autem ut passim in uestris regionibus, hæc pacis ac concordia forma eiusq; singuli articuli publicè legatur, affigatur, & ut cū obedientia & reuerentiâ seruentur ac tepeantur, eis mandari curetur. Id quod nos uicissim fideliter ac seriò facturos iam antè promissimus, & Legatus uester, quem superioribus mensibus ad nos ablegastis, hoc ipsum à nobis uestrò nomine petijt & rogauit, simulq; nos precibus interpositis commouit, ut eam pacem ac confœderationem, per iuramentum Cæsareum, & per has creditorias literas, tanquam ipsi præsentibus uobis loqueremur, ratam ac firmam fore contestaremur: quapropter ei has pacis

litteras ad uos dedimus, ut et uestri subditi Domini ac milites ista omnia seruari teneantur. Quam diu ergo nihil eorum à uobis quod fœderi huic sit contrariū, suscipientur, tam diu uicissim à me omnes hi pacis articuli acceptabuntur ac assecurabuntur. In quorum omnium testimonium & robur iure ego hoc iurandum per uerum & uiuum Creatorem cœli & terræ, per uera signa magni & uenerandi nostri Prophetæ, per Cæsaream meam potentiam, perq̃ ueram meam fidem, quòd prædictis articulis, conditionibus ac promissis in inter nos octennalis fœderis ac pacis nihil contrariū, nil alienum, nec inconueniens, agi, tentari, aut præsumi debeat ab ullis nostrarum partium Capitaneis, Ducibus, Archistrategis, Præfectis, Vieuodis, &c. Mandatis in super omnibus nostri potentissimi Imperij iuratis Præfectis Vualachia & Molauia ipsiq̃ Regi Stephano, ac cæteris qui in finibus uestris regna nostra gubernant, ut & ipsi omnes ac singuli non minùs, quàm nos, has pacis condiciones erga uestros populos, urbes, castella, uillas & alia ad uos pertinentia sanctè, iustè ac fideliter seruent, acceptent & reuereantur, nec ullis uestris subditis etiam in minimo dânum, exitium, ignominiam aut iniuriam inferant. Breuiter, huic præpotenti ac magnæ amicitia atq̃ amoris conciliato, quantum nostras partes concernit, summum honorem, reuerentiam & auctoritatem tribuemus, ita ut ne, quod in minimis haberi possit, in nobis desideretur. Cæterum Christianos quosdam captiuos, uos, quos per Legatum uestrum dimitti petiistis, sine omni exactiōe aur̃i uel argenti liberè ad uos redire permisimus, ex qua tamen captiuitate nō quidem redimi unquam potuissent, nisi in gratiam amicitia ac concordia nostra eam libertatem illis donassemus, maxime tamen propterea, ut & uos uicissim Turcas nostros, quos captiuos detinetis, dimittatis: id quod omninò uos facturos speramus. Data ac scripta sunt hæc confœderationis ac pacis litera in Cæsareo nostro palatio & solio potentissimæ urbis Constantinopolitanae, anno magni & uenerandi nostri prophetæ 969. die uerò primo Septemb.

Porrò notandum, quòd Legatus Turcarum in comitato secum habuerit uiginti tres personas, quarum pars maior fuerunt Præfecti ac nobiles e Buda Vngariae, equos uerò 29. & Camelos 6.

CATALO.

CATALOGVS ELE  
CTORVM, PRINCIPVM, HEROVM,  
COMITVM, BARONVM, NOBILIVM, NEC NON  
aliorum Doctorum Clarissimorumq; uiro-  
rum, qui huic designationi in-  
terfuerunt.

CATALOGVS PRINCIPVM SACRI  
ROM. IMPERII QVI AD ELECTIONEM ET  
Inaugurationem Rom. Reg. Max. Francofur-  
tum ad Mœnum uenerunt,  
Anno 1562.



**F**ERDINANDVS Cæsar, Ro-  
manorum Imperator.  
Maximilianus Bohemiæ  
Rex, qui tum & electus  
& inauguratus est Rex Rom.  
Maria eiusdem Coniux, nata Hispa-  
niæ Regina, Caroli v. filia.  
Rudolphus & Ernestus, Archiduces  
Austriæ, fratres, Regis Max. filij.  
Anna & Elisabeta, sorores, Archidu-  
cissæ Austriæ, Regis Max. filia.  
Daniel Princeps Elector, & Archiepi-  
scopus Moguntinensis, ex nobili fa-  
milia Brendelorum ab Homburg.  
Ioannes Princeps Elector, & Archie-  
piscopus Treutrensis, ex nobili fa-  
milia à Leyen.  
Fridericus Princeps Elector, & Archi-  
episcopus Coloniensis, ex nobili  
familiâ Comitum à Vuida.  
Fridericus Princeps Elector, Palati-  
nus Rheni, &c.  
Augustus Princeps Elector, Saxonie  
Dux.  
Anna eiusdem Vxor, ex Regio stem-  
mate Regum Daniæ, nata.  
Ioachimus Princeps Elector, Mar-  
chio Brandeburgensis.  
Albertus Bauariæ Dux, &c.  
Anna eius Coniux, nata Archiducis-  
sa Austriæ, Ferdinandi Cæs. filia.  
Dux Georgius, Palatinus &c. Sim-  
meranus.  
Dux Vuolfgangus, Palatinus, &c.  
Bipontinus.  
Dux Ludouicus & Ioannes Casymi-  
rus, Palatini Rheni, Friderici Ele-  
ctoris filij.

Vuilhelmus Dux Iuliacensis, Cluen-  
sis, & Bergensis.  
Ernestus Dux Grubenhagensis, &  
Brunsvicensis.  
Ioannes Albertus Dux Mechlenbur-  
gensis, Megapolensis.  
Carolus Dux Lotharingiæ.  
Christina eius mater, ex Regio stem-  
mate Regum Daniæ nata.  
Renea Ducissa Lotharingiæ Christi-  
næ filia.  
Franciscus Dux Lauenburgensis.  
Vuilhelmus Landgrautus Hessorum  
Princeps Iunior.  
Ludouicus Landgrautus Hessorum  
Princeps, fratres.  
Christophorus Dux Vuirtembergi-  
Eberhardus eius filius. (eius &c.)  
Bernhardus Princeps Anhalticus.  
 PRINCIPES ECCLESIA-  
stici Imperio additi.  
Vuolfgangus Teutonici ordinis Ma-  
gister.  
Fridericus Episcopus Vuirzeburgen-  
sis, & Dux Franconiæ orientalis.  
Marquardus ab Hatsttein, Episcopus  
Spirensis.  
Vuolfgangus Abbas & Princeps  
Fuldensis.  
Georgius Hohëhemius, dictus Bom-  
bast, S. Ioan. ordinis Magister per  
Germaniam.  
D. Ioannes à Rehe, Prouinciæ Mar-  
purgensis Præfectus.  
Christoph. Sigismudus Romanus, S.  
Ioan. ord. Præfectus Meilbergensis.  
Franciscus ab Holfeld, Præfectus  
Griffstattensis.

PRINCIPES, HEROES, EPISCOPI, item Magnatum & Archiepiscoporum Legati, ac alij plures qui pro seipfis praesto fuerunt.

Zacharias Delphin, Patritius Venetus, Episcopus Phari, Papæ Pij 4. Legatus.

Bernhardus Bouchetel, Episcopus Rouensis, in Britargne, Regis Franciæ Legatus & Orator.

Philippus Dux Arscotus, Philippi Hispaniæ Regis Legatus, & unâ cum illo Vuilhelmus Marchio à Rentin, fratres.

Augerius à Busbeck, Cæsaris Ferdinandi Legatus ad Solymannum Turcarum Cæsarem, qui ex Turcia tum uenerat.

Ebrahim Strosch, uel Stratus, natione Polonus, Solymani Turcarum Cæsaris Legatus.

Martinus Cromerus, Sigismundi Augusti Polonorum Regis Legatus.

Georgius à Seyen, Comes à Vuitgenstern, Subdecanus Coloniensis, Ioannis Gebhardi à Mansfeld Principis Electoris & Archiepisc. Coloniensis Legatus, & cum eo Georgius à Leyen Magister Curiae, Rudingius ab Horst Marecallus, & Franciscus Burckhardi Cancellarius; his adiuncti fuerunt Consiliarij octo.

Franciscus Vorgach, Episcopus Vuardeinensis, Cæs. Maiest. in Hungaria Vicecancellarius.

Vuilhelmus Princeps Vraniensis, unâ cum aliquot Equitibus aurei Velleris.

Nicolaus Dux à Vademont.

Carolus Dux à Munsterberg, Regiæ Maiest. aulicus.

Lamorai ab Egmond Princeps Gauerensis.

LEGATI PRINCIPVM.

Lucas Tangel D. Iuniorum Ducum Saxoniae Legatus.

 nauis peregrina uideret̃ & noua, tamen auctores iniuriæ nomen hoc satis pro-  
 debat, & etiã quò uis illorũ pertineret, si quãdo tempus illis ad explendũ furo-  
 rem suũ cõcederetur. Neq; uerò parua fuit aut cõtemnenda præda quã Anglis  
 abstraxerunt, sed merces auulserunt & multas, & præciosas: nec latrocinium hoc  
 fuit priuatorũ hominũ, sed aperta præfectorũ uis, quam Magistratus etiã il-  
 larũ orarum defendebant: & tam latè grassabãt hæc importunitas, ut neminem  
 ex nostris inuiolatũ dimitterent, quẽ arripere possent: ex quibus sanè aliquot,  
 summo cũ periculo salutis, ex eorũ manib. euolauerunt. Cum aut̃ nostri de tan-  
 tis maleficijs apud legitimos magistratus conquerentur, nulla ex parte sunt ab  
 illis subleuati. Quid enim miseri mercatores quærelis proficerent, cũ literas ad  
 Reginã, à Legato suo profectas, ut quãdã interceptissent; nec tamen ulla fuerit *Galli literas à*  
 tam grande scelus pœna secuta, nec ullã iniuria tam insignis satisfactionem ha- *legato Angliæ*  
 buerit. Quarũ rerum summã Regina indignationẽ esse censet, quòd autoritas *ad Reginam*  
 potius q̃ uoluntas, & ipsi Illustriss. Regi, & eius Clariss. Matri, & etiã Regi Na- *proficiscentes,*  
 uaræ generali uicario, abesse uideat̃, tam licentiosam & effrenẽ suorum homi- *à legati seruis*  
 num nequitia corrigendi: deinde magnũ in eo dolorẽ accipit, q̃ adolescentulus *ui intercepte-*  
 Rex, eius charissimus frater, ad tâtas angustias reciderit, ut nec populi sui liber- *runt. 20. Au-*  
 tatẽ, nec legũ autoritatẽ tueri possit, nec ex æquo & bono cũ alijs Principibus *gusti 1562.*  
 & Imperijs agere. Quapropter tot & tã atrocibus cõtra regnũ suum cumulatĩs  
 iniurijs, apertissimẽ cerni potest acerbissimĩ motus Gallici, quos Dux Guisius  
 & eius sectatores sustentant, quanto propius regalis Mai. regnũ infestent, q̃ ul-  
 lum ex reliquis Principibus quãcunq; dittonẽ. Illud etiã inprimis cogitari de-  
 bet, q̃ nec Regis autoritas, nec Reginae matris, nec prudentia moderatorũ con-  
 siliatorũ, aut ipsos inter se Gallos, regere potest, aut uicinis nationibus iusticiã  
 administrare, quod omni præciso pacis tractatu, Rex & eius Regina mater, in-  
 decorẽ iactati, subinde nouas ad sedes pertrahuntur, cum magno salutis peri-  
 culo, quocunq; paucorum libido fert, ut suarum uideant direptiones floren-  
 tissimarum ciuitatum, & strages subiectorum contemplantur acruatim con-  
 trucidatorum. Præterea, uehementer hoc etiã attendi debet, quòd quidam  
 scriptis testificati sint, & uarijs rationibus inuulgarint, aperta ui se doctrinam  
 Euangelij prorsus profligaturos, quibus illorum furiosis minis probabile est  
 omnes Christianas nationes civili bello inter se collidendas & atterendas fo-  
 re. Nos igitur has omnes conspirationum pestes si mente colligamus, & ad *Caletum occu-*  
 extremum hoc adijciamus, quòd Anglia nostra debet ante omnia meminisse, *patum.*  
 nimirum, quos Gallia sensit sui status infestissimos perturbatores, eosdem An-  
 gliæ prius hostes fuisse perniciosissimos, qui suam ut familiam paulatim attol-  
 lerent, & amplificarent, uniuersum regni nostri ius conuellere uarijs modis, &  
 labefactare conati sunt, licet tam pestifera consilia summo Dei beneficio tandẽ

## 2114 *Causæ profect. Ang. in Galliam.*

*Exercitus è  
Gallia in Sco-  
tiam transmissus.  
Et alie uari-  
e machina-  
tiones contra  
Coronam An-  
glie 1560.*

*Caleti restitu-  
tio uocaretur  
in questionem.*

ipsis auctoribus exitiosa fuerint. Hæc omnia furoris, impietatis, iniusticiæ, crudelitatis peruersissima decreta, si pariter in unum conferantur, certè statuendū erit, Regalem Mai. nec iustam habuisse rationem afflictæ conditionis Regiæ, nec oppressorum eius subiectorum, nec uniuersæ quietis Christianæ, nec etiam propriæ salutis & suorum populorū, quæ longè debet esse illi charissima, si paucas sinat truculentissimas personas in eadē Christianorum ciuū & sanguine uololari, quos ipsa propter uiciniam ex cruentis illorum faucibus eripere possit: aut si permittat tā insolentes & inimicas cohortes in illis oppidis & portibus insidere, quibus ad nostros inuadendos, quoties uellent, excurrere possent, & tantū detrimenti nostris rebus inferre, quantum ab illorū hostilib. animis & odijs inueteratis expectari debet. Itaq; cum Regina tot haberet tā iustas & euidentes offensionis causas, & continua cū illis iungeretur, & sanè lamentabilis Gallicorum hominū querela nostris oris adiacentiū, pro salute sua cōtinenter uociferantium, & oppidorū ac portuum excidia deprecantium, in hæc euerisa præstantis. Regis & prostrata fortuna, quasdā terra & mari nostrorum hominum copias instruxit, partim ad recreandos ex infinitis miseris innocētis & urbes, ne fortè peruenirent in illorum potestatem, qui nostrā ad perniciem opportunitatem illorum statim conuerterent, sicut antehac sæpè & aperte face- re sunt aggressi, ex quo consequeretur pacis interruptio, quæ nunc inter Regi- nam Angliæ & Galliæ Regem intercedit, & eius dissensionis prætextu, Caleti- us & terrarum ad id pertinentium, Regno Angliæ detraheretur, quæ res in his Galliæ motibus diligentissimè præcaueri debet. Hæc igitur omnia cū ita sint, Regina planè confidit suam hanc legitimam defensionem Deo probatā fore, quoniam ad Christiani nominis incolumitatem accommodatur, & etiam Illu- stris. Galliæ Regi, fratri chariss. minimè displicere posse, cū uiuet institutus ipse suis, & ueris ista ponderibus appender: porro charitati patriæ satisfaciet, quæ tam periculosis temporibus istis armorū præsidijs carere non potest, & ad ex- tremū altissimis radicibus aspirante Deo, synceram fundabit & solidam inter gentes nostras pacem & concordiam, ut utrunq; regnum iure suo plenè possit & inuolatè perfrui. Interea uerò Regina firmissimè præstantis. Galliæ Regi- pmittit, & eius Sereniss. matri, Regiæq; Nauarre, fides deniq; illius uniuersis cō- siliarijs & subiectis, quod utcunq; mendax illam improborum hominū loqua- citas infamabit, defensionem hanc suam necessitate profectam, honore nixā, & officio, summa fide & integritate temperabit, nihil usurpans, nec uim adhi- bens ullā, atq; ad eodē Deum appellat & omne Christianū nomen huius instituti sui testem, q; nihil his armis aliud spectat, nisi salutem optimorū Regis Galliæ subiectorū, quorum ceruicibus manifestū & præsens exitium impendet, à qui- bus quamprimū perniciēs depulsa fuerit, ad hoc Regina omnē operam suā offeret, ut aliqua pacificatio salutatis introducatur, nec quicquā prætermittet eorum, quibus Illustris. Regis libertas recuperari possit, & omnes Gallici sta- tus Ordines recōciliantur, & plebs ad pacem & quietem componatur. Quod sanctissimū Regiæ propositū, ita tandem ad optatissimum exitū perueniet, si Deus Clementissimus harum turbarū auctoribus mētes humiles & summissas dederit, ut in ordinem ipsi redire uelint, & ad illam conditionem se demittere, quam illis patria communis assignauit, in quo magnū afferent Reip. suæ com- modum, & etiam communem in eo pacem orbis Christiani plurimum adiuua- rent, ad quam rectius esset Principes & Status cuiusq; ordinis cōcordibus stu- dijs & intima coniunctione animorum hoc tempore collaborare, quam ciuile bellum & intestinam discordiam priuatis consilijs & occultis factionibus, reli- gionis prætextu disseminare, deinde ferro & flammis grassari, causam ut malè ceptam, multò deterius exequantur.

F I N I S.

RESPON.

RESPONSIO ILLV-  
STRISS. VIRI D. CASTILIONÆI AMI-  
RALII FRANCIAE, ALIORVMQVE, QVORVM NOMINA  
in eo Indicio ædita factantur, Ad falsum Indicium quod  
professus esse dicitur quidam Ioannes Poltro-  
tius Dominus Meræi, quum de mors  
te Ducis Guisiani quæstio  
haberetur.



QVVM nuper in obsidione urbis Aureliæ Ducl Guisiano hoc improu-  
sum inopinatumq; accidisset, ut ex glande machinulæ tormētariæ, quam  
pistolam uocant, graue uulnus acciperet die decimaoctaua Februarij,  
paucis post diebus sparsus fuit rumor, quendam Meræum id fecisse im-  
pulsore & authore Amiralio: quum tamen eo tempore Amiralius Cado-  
mi Normanorum esset, ubi etiam nunc est, dux præfectusq; Regij exerci-  
tus sub Illustrissimo Principe Condensi. Eo rumore non ualde commotus fuit Amira-  
lius, quod existimaret fore, ut paulò post eiusmodi calumnia, quemadmodum similes  
aliæ complures, sua sponte refrigesceret, & penitus extingueretur. Sed postea intellexit  
diulgari inter suos, instigante Valeta quodam Magistro, castrorum (ut uocant) leuis ar-  
mature equitū quos in exercitu suo habebat Guisianus, exemplum confessionis quæ di-  
cebatur esse Ioannis Poltroctij, qui se dominum Meræi dicebat, excepta & subsignata ab  
actuuario quodam Maleuallo, cuius summa hæc est: Poltroctium ipsa regia matre inquit-  
rente, præsentibus nonnullis proceribus, Consiliarijs Regis & Equitibus Ordinis regij,  
sta respondisse, ut Amiralium, & aliquot alios primores, nec non etiam quosdam Mini-  
stros uerbi Dei uehementer premeret, quasi qui ipsum uerbis & promissis & data pecu-  
nia ad id patrandū pellexissent. Ex quo facile est Amiralio uidere, quod omnibus perspi-  
cum est, hac arte id agi, ut à se alienentur Germanorum equitum animi, & turbarum  
aliquid exoriatum inter suos. Id uerò dissimulare non potest habita ratione honoris sui  
adeoq; ipsius ueritatis, nec alijs consistam istam accusationem imputare, quam hosti-  
bus tranquillitatis publicæ huius regni, qui mala sua uoluntate impulsu, non desinunt  
omnia moliri, ut Amiralium ipsum penitus euertant, & una cum eo omnes quotquot  
Euangelio nomen dederunt, dum totius mundi odium in ipsos concitare eiusmodi do-  
lis & fraudulentis consilijs conantur. Itaq; officij sui esse duxit, primo quoque tempore  
huic malo mederi, & istorum insidiosas machinationes detegere. Hæ sunt causæ quæ  
nunc illum impellunt ut spretis malitiosis artibus perditorum istorum hominum, &  
fretus Dei auxilio bonæq; conscientie testimonio, non uereatur Confessionem illam,  
qualiscunq; tandem sit, in uulgus edere, ut ab omnibus falsim legatur, addita tamen in  
singulis capitibus responsione sua. Interim hoc palam testatur denunciatisq; paratum se  
semper fore ad hanc accusationem respondere apud quosuis iudices non suspectos, eti-  
am inter exterarum gentes quam late patet Christianum nomen: adeoq; innocentiam su-  
am omnibus modis tueri, ut rei æquitas, dignitatisq; suæ ratio, & amplissimus honoris  
gradus quem in hoc regno, Dei Regisq; beneficio obtinet, postulant: idq; ut istis calum-  
nijs detectis, ac ueritate crassas mendaciorum nebulas discutiente, autho-  
res ipsi non impune ferant, sed prout rei magnitudo & graui-  
tas requirit temeritatis & audaciæ suæ di-  
gnas poenas luant.



ACTA DIE VIGESIMA PRIMA FEBRUARII, ANNO M. D. LXII. IN PAGO S. HILARII ad S. Mesminum in castris.



Oram Regina Regis matre, presentibus Cardinali Borbonio, duce Stampensi, Principe Mantuano, Comite Gruyrensi, Domino Martigensi, Sanfaco, Cipterio, Loffensi, & Episcopo Lemouicem, Consiliarijs Regis in secretiori consilio (quod priuatum uulgò dicitur) & ordinis Regij Equitibus, adductus fuit Ioannes Poltrotius qui se dominum Meræi profitebatur, natus in ea Ducatus Angolismensis regione quæ dominium Albæ terræ dicitur, annum agens circiter uigesimum sextum. Ibi iussus à Regina: uerè & aperte proferre, qua de causa comprehensus & in carcerem fuerit coniectus: quid eum impulerit, ut machinula tormentaria (quam pistolam uocant) impeteret & fauciaret ducem Guisianum die louis postremo: quod eius fuerit consilium, quisue finis propositus uel ei, uel alijs: à quibus persuasus confirmatusq; eò sit progressus: quantam pecuniam eo nomine acceperit, uel accepturum se sperarit: coram Regina genibus flexis supplicans, & delicti ueniam petens, confessus est quæ hinc ordine per capita describuntur.

TESTIMONIUM SIVE CONFESSIO.

Se uidelicet circiter postremum mensem Iunium aut Iulium, quum Aureliæ esset Princeps Condensis, & in eius comitatu Dominus Subizij, cuius ipsè est famulus, Aureliam profectum esse.

RESPONSIO.

Respondet Amiralus prout rei ueritas habet, & sanctissimè affirmat tantamquam coram Deo, nescire se quo tempore Aureliam uenerit, Aureliæ uel discesserit Poltrotius: nec memorem esse, uisum sibi unquam Poltrotium, auditum uel omnino eius nomen, ante postremum mensem Ianuarij, quo tempore ipsi innotuit ea occasione quæ postea subiicietur.

CONFESSIO.

Aureliæ dominum Fuquerium natu minorem Royæ gubernatorem, & capitaneum Brionem, quum in ipsum incidissent, ira loquutos, ut dicerent illum se aliquando expertos hominem strenuum & in rebus gerendis acrem. Itaq; si uelit egregium facinus suscipere quod ad Dei cultum, Regis honorem, Maiestatisq; eius conseruationem, & totius populi miserè afflictis & oppressis, solatium magnopere pertineat, magnam inde laudem eum reportaturum. Tum sese petisse ut rem totam familiariter liberèq; ipsi aperirent, & quidnam illud esset in quo operam suam requirerent, affirmantem interea paratissimum se semper fore siquid arduum Regis causa suscipiendum sit, cui gratū aliquod officium præstare ualde cupiat. Ibi illos perspecta eius uoluntate adiecisse, ut dominum Amiralium conueniret, qui consilium omne ipsi exponeret, quod uno tantum uerbo attigerant.

RESPONSIO.

Quod ad capitaneum Brionem attinet, confirmat Amiralus nunquam se illum audiuisse de Poltrotio uerbum facientem: neq; uerissimè esse Brionem siquid tale fabricari rescuisset, taciturnum postea fuisse, quum in castra aduersa transiit, Guisiani partes sequutus, apud quem etiam mortuus est. Meminit quidem Fuquerium circiter finem Ianuarij postremi, nec unquam antea, mentione facta de Poltrotio qui nuper Lugduno aduenerat, dixisse, annis superioribus

bus cum bellum in Picardia gereretur sibi uisum hominem illum strenuum, & industrium, dignumque cui negotium aliquod committatur. Et fatetur Amiralium hoc Fuquerij de Poltroto testimonium, in causa fuisse ut hominis opera postea ui uoluerit, quemadmodum mox dicitur. Ceterum non dubitat Amiralium, quin Fuquetius paratus sit de se ipso respondere, ut cui dictorum factorumque tuorum ratio optime constet.

## C O N F E S S I O.

Itaque altero uel tertio post die se à Fuquerio & Brione introductum ad D. Castilionæum Amiralium, qui tum Aurelis degebat in ædibus proximis Principi Condensi: fuisseque cum eò deduceretur, Amiralium in aula inferiore omnines ex aula egredi quotquot aderant: idque ilico factum. Fuquerium etiam & Brionem inde exiisse, ita ut solus ipse remaneret cum Castilionæo: qui tum in hanc sententiam ipsum est alloquutus, paratúsne esset forti animo in castra Guisiani ire: (erant autem eo tempore castra Regis, quæ Guisiani castra Castilionæus nominabat, ad Baugencium oppidum posita) quod si in castra illa iterum se reciperet ad id perficiendum de quo cum ipso conferret, operepretium facturum, remque gratissimam Deo, Regi, ac Reipublicæ. Tum uero se illum rogauisse, quidnam esset quod à se suscipi & præstari uellet. Respondisse Amiralium interficiendo Guisiano agi, qui fidelibus adeò infestus erat: qua de re si cogitare uelit, facturum opus meritorium erga Deum & homines. Hoc sermone audito, quoniam arduum facinus illud sibi uidebatur, & cui patrando par esse non posset, se respondisse Castilionæo, non tantum sibi robur esse animi, ut rem tantam suscipere auderet. Ad eiusmodi responsum substituisse Castilionæum, nec ultra progressum esse urgendo: tantum petiisse ne cuiquam consilium illud detegeret, neue de ea re uerbum ullum faceret.

## R E S P O N S I O.

Totum hoc caput falsissimum est & calumniosè confictum: in quo cupit Amiralium primo loco notari, se in tota hac Confessione nominari tantum D. Castilionæum, quod nomen ipse quidem non refugit, aut quasi paucum honorificum fastidit, sed id tamen non obscurum argumentum est, ex qua officina prodierit hæc Confessio, quum ita appellari non soleat in parte uel la huius regni, aut apud uicinas gentes, nisi forte ab ijs qui conantur eiusmodi artibus ipsum spoliare amplissima dignitate, & summo honoris gradu quem iure obtinet, Dei scilicet Regisque beneficio. Secundo loco, uerba illa (Erant autem eo tempore castra Regis, quæ Guisiani castra Castilionæus nominabat, ad Baugencium oppidum posita:) satis ostendunt, quisquis hanc confessionem Poltroto dictauerit, uel eius nomine falso supposuerit, hominem fuisse sibi affectibusque suis non satis moderantem ad id simulandum quod uult, qui que sibi hoc unum proposuerit, nihil omnino omittere quod grauari Amiralium possit & inuidiam ei conflare, siue ad rem illud faciat, siue minus. Postremo, ubi dicitur Amiralium, ut Poltroto quod cupiebat persuaderet, hoc sermone uel facturum opus meritorium erga Deum & homines quis non uidet totam hæc orationem compositam ab aliquo ueræ illius religionis penitus ignaro homine, cuius se cultorem profiteretur Amiralium? Debuerat certe, quisquis ille sit, parum cautus & prouidus homo, priusquam in animum induceret, Evangelicæ hominis orationem simulare, saltem didicisse quid sit doctrina Evangelicæ, & quantum perire condemnet uoces illas Mereri & Meritoria opera. Sed hoc illud est quod iusto Dei iudicio usuuenire solet falsis testibus, ut suo ipsi ore conuicti deprehendantur.

## Responsio D. Castilionæi

### CONFESSIO.

Postea quum Dominus Subizij Aurelia Lugdunum proficisceretur, se unum ex eius comitibus fuisse, & cum eo Lugduni semper uersatum, nec inde discessisse ante decimum quintum diem postquam prælium illud in agro Durodeni commissum fuerat.

### RESPONSIO.

Illorum omnium ignarus est Amiralus.

### CONFESSIO.

Quo tempore Castilionæus ad Subizium scripsit Lugduni tum agentem, ut ad se Poltrotium mitteret.

### RESPONSIO.

Toto illo tēpore sapissimè ad Subizium literas dedit Amiralus: sed quàm chara est illi uita hæc, quàm charus est nominis sui honor & bona existimatio, non temerè confirmat se nunquam scripsisse ut mitteretur Poltrotius, quem nunquam antea sibi uisum cognitumue fuisse recordari potest, & de quo ne cogitabat quidem.

### CONFESSIO.

Itaq; se tunc à Subizio ad Castilionæum cum fasciculo literarum dimissum, non communicata secum re ulla de qua ad Castilionæum scriberetur. Se igitur uenisse in pagum cui nomen Villæfrancæ non procul à Cellis oppido Biturigum, ibiq; reperisse Castilionæum, cui literarum fasciculum obtulerit.

### RESPONSIO.

Ita omnino esse recordatur Amiralus. Sed tantum abesse dicit ut literis actum fuerit inter se & Subizium, quomodo negotium hoc de quo nunc sermo est, Poltrotio committi posset: ut contra Subizius scriberet, uelle ad se remitti Poltrotium, quod industrius homo esset. Idq; uerum esse, fidem facient litteræ ipsæ.

### CONFESSIO.

Literis lectis iussisse ut Aureliam pergeret, ibiq; se expectaret.

### RESPONSIO.

Amiralus non iussit eum Aureliam ire, sed eò proficisci uolentem quia si ibi illic negotium esse diceret, à se dimisit.

### CONFESSIO.

Quum uerò Aureliam rediisset Castilionæus, dicit Poltrotius se ad illum uenisse ut uoluntatem eius intelligeret: tum Castilionæum rogasse memoriæ ne teneret de quibus loquutus cum ipso fuerat superiore ætate. Ad hoc se respondisse memorem quidem esse, sed id sibi uideri nimis periculosum, Castilionæum uerò subiecisse, si id exequi uellet, facinus facturum quo non aliud antea auditum sit præstantius aut magis honorificum, pro cultu Dei & utilitate Reipublicæ: & conatum esse, animum ipsi addere eumq; confirmare ad id suscipiendum ac perficiendum. Se uerò cœpisse ad excusationes descendere. Sed statim interuenisse Th. B. & alium quendam ministrum, parua statura hominem, satis robustum, barba nigra: qui uarijs sermonibus ipsum adhortati sint, inter cæteras illud quærentes, Annon beatus esset futurus qui ferret crucem suam in hoc mundo, quemadmodū Dominus crucē tulit pro nobis. Tandem post præterea alia in hanc sententiam allata, dixisse ipsum fore mortaliū hominum beatissimū, si illud exequi uellet de quo Amiralus cū ipso egerat, quia tyrannū tolleret è medio: quo præclaro facto lucraretur Paradisum. & in cōsortium beatorum migraret, si oppetere cōtingeret pro tā iusta causa. Quibus rationib. ita impulsus se fuisse dicit Poltrotius ut tandem persuaderetur & ad Castilio-

Castilionæum se conuertens, qui intererat dum illa omnia dicebantur ab ipsis ministris, diceret, se igitur pariturum Dei uoluntati, & iturum in castra Guisiani, ut id de quo inter ipsos actum erat, aggrediretur, uiamq; iniret exequendi negotij. Eo autem nomine ualde collaudatum fuisse tam à Castilionæo quam ab ipsis Ministris: qui adiciebant non ipsum solum esse quide eiusmodi rebus suscipiendis cogitasset, sed complures alios non admodum dissimilia facienda sibi proposuisse. Adeoq; Castilionæum ait commemorasse, esse nobis uiros amplius quinquaginta eosq; non parui nominis, qui polliciti essent se alia quadam similia perfecturos. Cæterum Castilionæum tunc iussisse per argentarium suum ipsi numerari uiginti nummos aureos scutatos, ut ueniret in pagam qui Messas dicitur, ubi tum castra habebat Guisianus, quò facilius dispicere posset quis aditus illi pateret, & quæ deinde ratio sequenda esset ad id conficiendum quod susceperat.

## R E S P O N S I O.

Respondet Amiralus, serioq; affirmat coram Deo & hominibus ut res est, totum hunc sermonem falsissimè & iniquissimè confictum fuisse. Præterea uerò, ut omnes intelligant quomodo se gesserit erga Guisianum, ingenuè profitetur se ante hos postremos tumultus sciuisse de multis qui constitissent interficere Guisianum quòd indignis modis ab eo tractati fuissent. Sed tantum abesse, ut ipsos ad id sit cohortatus, uel eorum consilia comprobarit, ut contra conatus sit hoc dissuadere & homines ab hac sententia abduceret: quod non ignorat ipsa Guisiani uxor, quam earum rerum in tempore certiorum fecit. Non negat quidem, post eadem fratrum Vassiensium & illud facinus Guisiani, quum iam arma cepissent quibus id pro tuenda auctoritate edictorum Regis & depellenda à capitibus miserorum & afflictorum ui Guisiani, cæterorumq; eiusdem factionis, iure facere, licebat se illos omnino pro publicis Dei & publicæ tranquillitatis totius regni hostibus habuisse, & persecutum esse. Sed idem Amiralus quàm sibi chara est nominis sui existimatio, tam sanctè affirmat, nunquam se probasse ut tale quicquam in caput illius attètaretur, donec certò rescuit et bene compertum habuit Guisianum ipsum et Mareschalam à Sancto Andrea certos homines suum Andelotum, interficerent, sicut nuper prolixè exposuit Amiralus Regi in colloquio non procul ab urbe Parisiorum habito, & postea D. Constabili Aureliæ. Fatetur enim se eius rei certiore factum, si quando ab eo tempore audiuit aliquos qui dicerent se Guisianum occisuros in suis ipsius castris, non conatum dissuadere. Rursum tamen quàm chara est sibi sua uita, & nominis sui existimatio, testatur se nunquam ullum subornasse, induxisse, aut pellexisse ad id parandum, gratia, spe, pretio, promissis, per se uel per alium, directè uel indirectè. Quod autem ad uiginti illos nummos aureos scutatos attinet, hoc agnoscit uerum esse, quum postremò reuersus esset Aureliam circiter finem lanuarij, postquam admonitus fuerat à Fuquerio Poltrotium se nouisse hominem esse strenuum, & cuius opera tutò uti liceret: se cogitasse illum exploratorem mittere qui referret quid in castris hostium ageretur: eoq; nomine numerosos illi iussu suo uiginti nummos aureos scutatos: nec se aliud quid quam prætereà ipsi dixisse, nec mentionem ullam factam de interficiendo uel non interficiendo Guisiano. Imò tantum abest, ut si quid de nece Guisiani cogitasset Amiralus, negotium uoluisset cõmittere Poltrotio, ut quum eum exploratorem mittebat in castra Guisiani, id faceret dubitans illiq; subdiffidens, quia uidebatur de ingressu in castra hostium mirè facilia omnia sibi promittere. Quod & Amiralus

Amiralius Domino Grammontio dixit qui tum ibi aderat: nec tamen mutavit consilium de eo mittendi in castra hostium, hoc adijciens, facilius minoris sumptu de hominis industria & fide periculum fieri, quam qui ad eum domum alendum faciendus esset.

Ad hoc ipsum caput Confessionis Th. B. testatur verissimè coram populis omnibus, quàm latè patet Christiani nominis appellatio, quæ hic descripta legitur: Nempe, quum multos uideret in Guisiani animatos & inflammatos propter publicam piorum eadem ab ipso Valsij perpetrata: se tamen eo tempore nunquam censuisse aliter contra eum agendum esse quàm uia iuris ordinaria: eiusque rei testes aduocat omnes quotquot tunc ipsum uiderunt, uel loquentem audiuerunt. Quæ etiam fuit illi causa eundi Moncellos cum alijs delectis ad hoc hominibus ab Ecclesia Evangelica Parisiensi, ut apud Regiam matrem, & Reginam matrem, necnon & Regem Navarrae conquererentur de scelere illo & eade, ut ex iure & legibus uindicaretur, suppliciter etiam petens ut primo quoque tempore obuiam iretur tumultibus qui iam tum reagnominari uidebantur, & postea ex primis illis conatibus exorti sunt. Et certe ea tum fuit Reginae responsio, ut Ecclesie Parisiensis Evangelicæ legatis satisfaceret, quòd ostenderet, fore ut breui & pro rei grauitate, in fontes animaduertent. Sed quum paulò post Guisianus cum suis arma cepisset, eoque res deuenissent, ut iuri & æquitati locus nullus esset, atque adeò Rex ipse & Regina ita ut omnes norunt ab ipsis tractarentur, fatetur sese B. iam tum & publice in suis concionibus, & per literas, & in priuatis sermonibus, tam illustri Principem Condensem, quàm clarissimum uirum D. Amiralius, & reliquos omnes proceres, imò omnium ordinum homines qui Evangelij professionem amplexi erant, admonuisse ut officij sui meminissent: idque ut eos cohortaretur ad uendam & uindicandam modis omnibus à Deo concessis, auctoritatem edictorum Regis, & eorum innocentiam qui miserè oppressi iacebant. Ab eo tempore se in hac ipsa uoluntate semper perstitisse, & peristere adhuc fatetur: sic tamen ut omnes etiam admoneret, meminissent utendum esse armis tanta cum moderatione quanta maxima fieri potest: deinde secundum Dei honorem, ante omnia pacis habendam esse rationem, modò ne nimia simplicitate & credulitate imponi sibi sinerent. Quarum rerum testes citat omnes quotquot ipsum audiuerunt uel publice, uel priuatim, & qui ueritatem profert uolent. Cæterum, quantum ad Guisianum attinet, quia ipsum semper agnouit præcipuum authorem & fautorem harum turbarum, fatetur sapissimè se quam potuit sperare futurum) uel tali pernicie liberaret hoc regnum: eiusque testes dat omnes qui interfuerunt concionibus suis & precibus: nominatim Domina Ferrariensis scit quid de illo sibi dixerit B. ore & corde, quid item scripsisse, aut unquam conuenisse Poltroium coram, uel per nuntium, uel unquam nouisse hominem, uel aliquid negotij cum eo habuisse: tantum abest ut eum ad id suscipiendum incitarit. Addit præterea idem B. nunquam repertum iri se aliquem subornasse, collocaße, uel summississe ad id patrandum: in quo tamen agnoscit iustum Dei iudicium, parum aut etiam grauiorem ultionem denunciantis ac minantis omnibus sancti Evangelij sui iuratis hostibus, & qui authores sunt tot ac tantarum miseriarum calamitatumque in hoc regno. Confirmationem autem responsionis suæ, præter illa quæ iam antea protulit, petit ex ipsis uerbis quæ hic Poltroio in Confessione tribuuntur, ex quibus sanè iudicari non recusat. Nam, quo nomine Deo gratias maximas agit, non ita ignarus est officij munerisque sui, aut parum in eo uersatus, ut sic abutatur sacra Scriptura & perperam applicet, quemadmodum habetur in illis uerbis, de fe-

de ferenda sua cruce: multò uerò minds ut dicat homines lucrari Paradisum. Itaq; totam istam Confessionem remittit in eam officinam ex qua illam prodijle certum est: profiteturq; se paratum rationem reddere dictorum factorumq; omnium suorum in toto hoc bello, siue in genere, siue singulatim, & eo nomine subire iudicium omnium tribunalium non suspectorum, tam in hoc regno quàm apud exterarum gentes: nec causam dicit quin habeatur omnium mortalium, quotquot hodie uiuunt, sceleratissimus, si mendax uel culpæ affinis in hac responsione deprehendi possit.

## C O N F E S S I O.

Septuaginti illos aureos accepisse, & uenisse in pagum Messas in castra: ubi obtulit se Guisiano, professusq; est poenitere se quod arma cepisset contra Regem, & decreuisse posthac ipsius partes sequi. Hoc tum boni consuluisse & probasse Guisianum, & adiecisse gratum sibi esse eius aduentum. Quum autem Guisianus, relicto pago Messas, Blesos proficisceretur, fateretur Poltrotius se cum eius comitatu iussisse ac redijisse.

## R E S P O N S I O.

Credit Amiralius ita esse. Sic enim ipsi retulit Poltrotius, non Aurellæ, ubi nunquam illum uidit, ex quo euntem in castra Guisiana dimisit ut obseruaret quid illic ageretur: sed in pago cui Neapoli nomen est, ut postea dicitur. Recordatur præterea Amiralius, Poltrotium referentem quæ uiderat & cognouerat in illis castris, dixisse se ut faciliorem aditum haberet, conuenisse non procul ab oppido Magduno quendam quem Stagni dominum uulgò dicunt, à quo ad Guisianum fuisset deductus, etq; oblatas.

## C O N F E S S I O.

Aliquot post diebus se redijisse Aureliam ad Castilionæum, ubi conatus sit exculare se, ne tantum negotium susceperet, quòd Guisianus nunquam domino egredi soleret nisi multis stipatus comitibus. Sed Castilionæum multò studiosius quàm antea ipsum animasse. Scire enim ipsum quid sibi pollicitus esset, nec opus nunc esse ut excusationem ullam afferret. Præterea curasse ut B. & ille alius Minister qui primò eum alloquutus fuerat, multis sermonibus secum agerent, qui eius mentem & animū ita perturbarunt, ut consenserit se facturū quod uellent. Ad eum etiam magis confirmandum in hac mala uoluntate, Castilionæum ipsum ei dedisse centum aureos nummos in charta complicatos, quibus equum sibi compararet, si suus minus bonus esset, ut fuga sibi consulere posset confecta. Quos centum nummos aureos ipse accepit, & uenit in pagum Messas, ubi tum adhuc erant castra, ut dispiceret de perpetrandi sceleris occasione.

## R E S P O N S I O.

Certum est Poltrotium, cum Aureliam rediret ad ea renuncianda quæ obseruauerat in castris hostium, non reperisse Amiraliū, qui tam in Normantiam tendebat cum parte exercitus sui, idq; satis ostendit reliqua quæ habent. Verum quidem est, Andelotum, auditis ijs quæ renuntiabat Poltrotius Aurellæ, ipsum misisse ad fratrem suum Amiraliū, qui tunc ad pagum illum peruenerat cui Neapolis est nomen (distat autem pagus sex aut septem millibus passuum ab urbe Aurelia) iam iam profecturus in Normantiam. Addiderat etiam Dominum Trauensem à quo deduceretur, per quem Amiraliū significabat, se cogitasse de comprehendendo Poltrotio & manu ei inijcienda, quòd uideretur referre satis dubia & incerta. Amiralius tamen audito homine iudicauit eius opera uti licere ad quædam rescinda quæ gererentur in hostium

filium castris: eorum nomine tradidit ei centum illos aureos nummos de quibus nunc agitur, partim ut equum meliorem sibi emeret, partim ad sumptus quos omnino requirit summa illa festinatio & celeritas prorsus necessaria in perfrendis eiusmodi nuntiis: iussit etiam ut se absente omnia ad fratrem Andelotum referret. Meminit præterea Amiralus Poltrotium dum exponebat quæ in castris hostium fierent, eo usque progressum ut diceret facile interfici posse Guisianum. Sed affirmat Amiralus se hunc sermonem nunquam excepisse, quod eum existimaret omnino frivolum: Et quàm chara est sibi sua uita, quàm chara etiam nominis sui existimatio, confirmat nunquam sibi uel unum uerbum excidisse, quo Poltrotium ad eam rem impelleret.

Ad hoc ipsum confessionis caput respondet Th. B. se, quantum meminit potest, nunquam nouisse aut uidisse Poltrotium: imò ne nunc quidem eum nosse, tantum abest ut hominem unquam de illo negotio conuenerit.

## C O N F E S S I O.

Postea quum Guisianus unâ cum exercitu suo uenisset in hunc pagum sancti Hilarij ad Sanctum Mesminum, se eum esse consequutum postquam equum emisisset à Domino Maluelinetio in pago ipso Messas, cui pro pretio numeravit centum aureos, & accessionis etiam nomine tradidit alium minorem equum quo ipse prius uti solebat. Postea se per aliquot dies distat à Sancto Hilario, & negotij executionem distulisse, donec uiderit uehementer urgeri obfidionem urbis Aureliæ, nihilquæ in oppugnatione omittente Guisianos milites ut urbem expugnarent. Tum autem ueritum ne multi boni & pij uiri qui in ea urbe erant interficerentur, & omnia ferro ignique miscerentur, apud se constituisse, quod promiserat, tum exequi. Itaque die lousi postremo qui erat decimus octauus huius mensis, quum pransus esset in uilla quadam quæ distat mille passibus ab ea domo in qua diuersabatur Guisianus, uenisse sibi in mentem eo ipso die exequi quod iam dudum agitabat. Quum ergo Guisianus transiret fluuium Ligerulum ut ueniret in suburbium quod Porterellum uocant, commitatus est illum & sequutus ad ipsum usque Porterellum: inde paulò post reuersus est per pontem & pagum quem Oliuetum dicunt, ubi est statio Helueticorum, uenitque expectaturus Guisianum quæ in reditu ad ripam fluminis appellere eum oportebat, ut siue paucis siue multis comitibus stipatum repellere eum uideretur, quod & fecit. Nam audito tubæ sono ad reditum Guisiani, quum ille reuertens ad suos, nauiculam ingressurus esset traiciendi fluminis causa, propius accessit ipse ad ripam fluminis. Postquam autem Guisianus iam è nauicula in terram descenderat comites nullos colloquebatur, sedens in curto mulo: ipsum à tergo insequutus est, & quum non longe abesset ab hospitio suo in compito quodam ex quo plures uix diuersas in partes feruntur, pistolam suam in eum torquere cœpit, tribus glandibus & puluere tormentario factam (aberat autem à Guisiano sex aut septem passus) ita iectum dirigens ut humerum illius confingeret, quia existimabat reliqua corporis parte armatum esse. Atque illico equum Hispanicum incitans quo uehebatur, magna celeritate euasit per sylvas cœduas & saltus, confecitque ea nocte iter ferè uiginti M passuum, putans se longius recedere ab urbe Aureliæ. Sed, ita uolente Deo, contigit ut obscura nocte aberraret à suo itinere, & præter opinionem reueteretur in pagum Oliuetum, in stationem uigilum exercitus Heluetici, quorum unus quidam ipsum alloquens hanc uocem emisit Houardot. Qua audita protinus intellexit esse uigiles Heluetios, itaque se pedem referre cœpisse, & equum quàm maximè urgendo ut fuga sibi conuuleret.

leret, equitasse usq; ad diei sequentis horam nonam matutinam. Quum autem lentiret equum suum ex longi itineris labore defatigatum & languidiorum factum diuertisse in uillam quandam usq; in diem posterum, quo ibi inuentus est & comprehensus ab ijs qui uinctum adduxerunt.

## R E S P O N S I O.

Hoc caput solam Poltrotij personam respicit: quare de his uiderit ipse. Interim tamen laudandus Deus in omnibus iustis suis iudicijs.

## C O N F E S S I O.

Quod autem Regina ex ipso quaesuit, an ulli alij huius deliberationis socij aut participes essent praeter Castilionæum, & duos illos Ministros: respondit nullos sibi de ea re uerbum fecisse praeter Castilionæum, B. & illum alterum eius collegam: se tamen arbitrari Dominum à Rupe Focaldi non inscium fuisse consilij: quia quum uenisset in pagum illum cui nomen Villæfrancæ, non procul Cellis oppido Biturigum, ipsum uultu placido intueri uisus est, adiecitq; sibi gratum esse eius aduentum.

## R E S P O N S I O.

Hæc confessio ex diametro repugnat illi superiori in qua accusabantur Furerius & capitaneus Briò, falsò tamen & immerito, ut credit Amiralius. Quod autem ad eam partem attinet quæ respicit D. Comitè à Rupe Focaldi, respondet ipse ut notissimum est, se si quid eiusmodi negotij rescuisset, hodie non inficiaturum: sed ne uerbum quidem antea unquam de hac re audiuisse, priusquam factam esse audiuit. Cæterum iudicandum relinquit omnibus qui prudenter & ex æquo ista omnia expendere uolent, an Poltrotij coniectura firmis rationibus nitatur, ac non potius manifestè pateat Poltrotium potius instigatum ut quoquo modo nomen Comitris à Rupe Focaldi deferret, quam ut simplicem ueritatem proferret.

## C O N F E S S I O.

Quantum ad Principem Condensem, de ipso interrogatus Poltrotius, respondit se nunquam cognouisse, communicata illi fuisse hæc consilia: uel aliquid illum de istis rescuuisse: atq; adeò bona fide dicit, credere se illum planè ignorantem fuisse. Imò contra, quando primò secum Castilionæus de ea deliberatione loquutus est, quum ipse quaereret an iussu Principis hæc agitaretur, Castilionæum respondisse, de Principe Condensi per contandum ipsi non esse.

## R E S P O N S I O.

Agnoscat Amiralius ex hoc capite aduersariorum calliditatem, qui omnibus rationibus conantur, ipsum & totum hunc exercitum dislingere ac abalienare ab illustrissimo Principe Condensi, qui generalis est Locum tenès Regina in capita eiusmodi calumniatorum recidant. Cæterum minimè dubitat de innocenti illustrissimi Principis, cui etiam summæ integritatis testimonium semper dabit, nò in hoc tantum facto, sed etiam in ijs omnibus quæ per ipsum suscepta, gesta, aut scripta fuerunt in toto belli negotio. Negat uerò præcisæ fidentem capitis superioris, persians in ijs quæ iam antea respondit.

## C O N F E S S I O.

Confessus est præterea Andelotum nunquam secum de ea re uerba fecisse, nec item Subizium. Imò contra cum ipse Subizio exposuisset primos illos sermones Castilionæi de hoc negotio, quos paulò antè retuli, respondisse Subizium, non ita fieri oportere: Deum enim si de Guisiano poenas sumere uelit, posse alia ratione in ipsum animaduertere, ut non opus sit hanc uiam tentare.

Respon



## Responsio D. Castilionæi

### RESPONSIO.

Non putat Amiralius Poltrotium cum D. Subizio unquam ita loquutum, ex quo etiam nihil unquam eiusmodi intellexit. Nec uerò dubitat de innocentia D. Andeloti fratris sui, aut D. Subizi.

### CONFESSIO.

Monuit etiam Reginam Poltrotius, ut diligenter sibi caueret, quoniam post prælium illud commissum non procul à Druidarum urbe, Castilionæus & omnes Duces exercitus, militesq; quos secum habet, mala in illam sint uoluntate, quòd dicant se ab ea proditos, ut quæ multa illis pollicita esset cum in colloquium uentum est non procul ab urbe Parisiorum, in quibus fidem illis non seruarit.

### RESPONSIO.

Respondet Amiralius hanc monitoris orationem non aliunde potuisse proficisci, quàm ab homine cui mala sit mens, & malus animus, qui se oblectet præsentibus miseris & calamitatibus huius regni, atque adeò qui eas diuturnas esse cupiat. Cæterum fidei suæ obseruantiaq; erga Regem & Reginam testes meliores citare non potest quàm Reginam ipsam, præstitaque ad hunc usq; diem à se fidelis serui officia. Interim testatur coram Deo, ipsius gratia fereret Regis & Reginae Maiestatì & patriæ ipsi debitum: & in eadem uoluntate se ad finem usq; constanter perseveraturum. Non dubitat etiam quin eodem sint animo clarissimi duces, cæteriq; qui in suo exercitu sunt.

### CONFESSIO.

Illud insuper addens, complures esse tam in aula & comitatu Regis, quàm in his castris, qui subornati & summissi sint à Castilionæo ad similia tentanda & exequenda. Nomina tamen non audiuit eorum quos Castilionæus per eiusmodi homines interficere uelit. Tantùm in genere ex ipso intellexit, caso duce Guisiano, curaturum se interficiendos eos omnes continua serie, qui in exercitu imperare uelint: & sane occidi oportere sex aut septem Equites ordinis Regij, quorum tamen nomina reticebat. (Sed ipse sapissimè audiuit ex ducibus & militibus qui erant Aureliæ ipsos pessimè odisse D. ducem Monpensierium & D. Sanzacam) quod si contingeret Guisianum & illos Equites de medio tolli erga quos malè essent animati, se ad Regem uenturos ut eius imperio ac potestati se subijciant, & iussis ipsius per omnia pareant.

### RESPONSIO.

In hoc capite respondet Amiralius ut antea, existimandam relinquens omnibus quibus probè notus est, etiam si concederet se talia molitum esse, auerissimè sit communicaturum fuisse cum eius conditionis homine qualis fuit Poltrotius. Quod uerò refert se ex ducibus & militibus audiuisse, dicit Amiralium non suum esse de eo respondere: neq; uerò quicquam eorum credit, præsertim quum odij nullæ ita graues sint occasiones in eos qui in hoc capite nominantur.

### CONFESSIO.

Adiecit præterea se quum esset Blesis cum duce Guisiano, quo tempore castra erant in pago Messas, reperisse in hortis domus regiae, quum Rex palemediocri statura, barba rufa, tibialibus rubris indutum, & tunicula ex corio ad elegantiam (ut moris est) incisa, qui in manu pistolam teneret puluere tormentario fartam, quem uiderat alias Aureliæ in aula adium in quibus debebat Castilionæus.

Respon-

## RESPONSIO.

Quid Blesis uidere potuerit Poltrocius ignorat Amiralius, neq; de eo se respondere æquum est. Sed hoc probè scit, se exercitumq; suum, qua debent uoluntate esse erga Regis Maiestatem, ipsamq; omni studio, reuerentia, & obseruantia prosequi, ut ueros fidelesq; subditos ac seruos facere decet, nihilq; rerū omnium maiori sibi curæ esse, quam ut omnia prosperè ipsi eueniant, quæ ad eius incolumitatem & dignitatis amplificationem spectant.

## CONFESSIO.

Ad hæc se uidisse in his castris quatuor uiros qui generosis equis uehuntur quos quidem aliter nominare non potest, sed ex cōspectu ipso facile recognoscet. Adfuisse autem illos in aula ædium Castilionæi, quū postremò ipsum est alloquutus: petiisseq; tum ab eo Castilionæum uellet ne uiris illis in notitiā uenire, qui alia quædam magni momenti facturos se recepissent. Sed sese, quòd metueret detegi, rogauisse Castilionæum ne de ipso apud illos uerba faceret. Addidit si fieret sibi potestas deambulandi per hæc castra, sperare futurum ut illos indicaret & demonstraret.

## RESPONSIO.

Amiralius respondet traditionem hanc & falsum commentum in eadem officina conflatum fuisse, ubi & reliqua. Quod si animus erat certam rei ueritatem cognoscere, oportuisse illi permitti ut castra, bonis & fidis custodibus deducentibus, circumiret.

## CONFESSIO.

Interrogatus deinde Poltrocius de Castilionæo, quid decreuisset facere quū relicta Aurelia proficisceretur in Normanniam: respondit eius consilium fuisse adiungere se Anglis militibus, eosq; adducere Aureliam: eumq; Aurelia discedentem promississe fratri suo Andeloto, si Guisianus ad urbem obsidentem & oppugnandam propius accederet, se uenturū subsidio, & tentaturum si qua ratione prælium cum hoste committi posset.

## RESPONSIO.

Respondet Amiralius, hostes suos qui falsò iuris obtentu omnia curiosè cōquirunt & scrutantur ut ipsum euertant, debuisse potius hæc percontari ab alijs qui consiliorum suorum sunt participes, quā à Poltrocio, aut alijs eiusdem conditionis hominibus. Adde, quòd non erat Aureliæ Poltrocius cum inde discederet Amiralius (salutē nesciuisse se affirmat) ideoq; non potest testis esse quid Andeloto fratri promississet, nec aliud referre potest quàm quòd ab alijs forte accepit. Affirmat idem Amiralius nunquam repertum iri aliquid à se susceptum, quòd non sit consentaneum officio ueri & fidelis subditi ac serui Maiestatis Regiæ: atq; ad eò se mori malle, quàm ut aliquid eiusmodi uel cogitet facere, eiusq; rei fidem faciet, quoties res postulabit.

## CONFESSIO.

Interrogatus præterea de ratione mortis Mareschalli à sancto Andrea, & quonam modo occisus fuisset, respondit audiuisse se ex multis nobilibus uiris Aureliæ, Mareschallum à sancto Andrea in prælio dedidisse se primū adolescenti cuidam nobili, procerâ statura, barbata flaua aut rufa: deinde secundo se dedidisse Principi Portiano: quòd prior ille ægreferens, ipsum pistola sua confossum interfecerit. Hic uerò finem loquēdi fecit Poltrocius, confessioniq; suæ ab actuario exceptæ subscripsit.

Die uigesima secunda eiusdem mensis huius anni, hæc confessiones heri ex ore ipsius Ioannis Poltrocij exceptæ, prout singula capita confessus est coram regina, & consilij Proceribus ac Equitibus ordinis Regij, recitatæ fuerunt ac

repetitæ ipsi Poltrotio: in quibus, præstito iureiurando, perseverare se dixit, confirmas uera esse quæ hic habentur. Cuius rei ut fidem faceret, subscriptum manu sua singulis paginis.

Sic subscriptum:

P. Malenallus.

Si Poltrotius, aut metu mortis, aut alio quouis modo subornatus, perstitit in falsis suis & commentitijs confessionibus, multò magis æquum est Amiralium & eos quos ille ut criminis alicuius conscios nominauit, perseverare in responsionibus suis, quæ nihil continent præter puram & simplicem ueritatem. Cæterum rei totius ueritatis non potest aliunde melius deprehendi, quàm si Amiralium illi quæ alij cum Poltrotio componantur: recusatis tamen Curijs Parliamentorum, reiectis quæ cæteris omnibus iudicibus qui similiter palam sese ipsius aduersarios in his tumultibus sunt professi. Itaque suppliciter rogant eius Maiestatem & obtestantur ut Poltrotium bene & diligenter curet asseruandum eo in loco ubi nec minis terri, nec subornari: possit donec Deus pacem largiatur multorum uotis iamdiu optatam, adeoque huic regno ualde necessariam: atque ita omnia hæc in lucem proferri possint & à iudicibus non suspectis iudicari. Quod si qui iudices ex Curijs illis Parliamentorum, aut alij, legitimo hoc ordi- ne neglecto, cupidè causæ huius cognitionem suscipiant, & de Poltrotio sententiam ferant, hac ratione uiam præcludentes Amiralio, cæterisque omnibus innocentiae suæ in oculis hominum patefaciendæ, refutandarumque quærelarum huius accusationis: iam nunc denuntiant ipsi, Deumque testantur contra illos iudices cæterosque omnes, prout res exiget, præter ius omne integritatis suæ & innocentiae ac bonæ existimationis rationem non habitam, quam tamē Normanorum duodecimo die Martij, anno Millesimo Quingentesimo sexagesimo secundo. Datum Cadomi

### EXEMPLVM LITERARVM AMIRALIJ ad Reginam, quas ad eam cum præcedenti Responsione emisit.

**D**omina, uidi & legi secundo ab hinc die, ea quæ uigesima prima mensis proximi quidam Ioannes Poltrotius qui se Dominum Meræi dicit, interrogatus respondisse fertur: qui fatetur uulneratū à se ducem Guisianum: me etiam indicat quasi suadorem, uel potius impulsorē, quo instigante illud fecerit. Ego uerò quia in hoc negotio nihil rerum omnium magis metuo, quàm ut de Poltrotio sententia feratur, adeoque supplicium sumatur, prius quàm facti huius ueritas probe cognita fuerit: hoc à Maiestate tua peto & supplex precor, ut imperes bona fide magnaque cū cura asseruari hominem. Interim pro innocentiae meæ defensione ad singula capita Confessionis illius, quæ quidem mihi uisa sunt responsione digna scripsi, quæ nunc Maiestati tuæ mitto per hunc præconem in exercitu nostro: ex quibus omnes sano iudicio præditi, rei ueritatē tantum non oculis cernere poterunt. Illud etiā addo, uereque affirmo, nunquam probatum iri, me unquam hunc hominem, uel alium instigasse ad id patrandum, imò uel cogitasse, ut cuiusquam ad id opera uterer. Nam contrà, semper impediui quoad eius facere potui, ne qui eiusmodi sumilia agerent uel exequerentur. Sæpenumerò autem ea de re loquutus sum cum D. Cardinali Lotharingo, & cum Domina Guisiana, imò etiam cum tua Maiestate: quæ recordari potest quantū illud improbarim, nisi ab hinc quinque aut sex menses, ex quo sanè tempore non ita multum contēdi cum ijs, qui ea se uoluntate

uoluntate esse ostenderent: nimirum, ex quo uenerunt ad me certi homines, quos in tempore nominabo, qui se conductos & subornatos fuisse dicerent ad me interficiendum. Qua de re, rogo Maiestatem tuam, ut memor esse uelit, se à me admonitam fuisse ad Parisiorum urbem quum è pristino egredieremur, ubi ex utraq; parte ad colloquium uentum erat: quod etiam dixi D. Conestabili. Verè tamen illud pronuciare possum, me ad eam eadem nec quenquam unq; cõduxisse, nec induxisse, nec pellexisse. Et certè eorum omnium testimonio libenter stabo quicunq; audierunt eum eiusmodi deliberationes coram me proponerentur, quantopere ea omnia ut futilia riserim. Ceterū ne Maiestati tuæ longioribus literis tædium afferam, iterū ab ipsa suppliciter peto, ut pro suo Imperio curet Poltrotium bona fide ac magna cum cura asseruandū, ut huius tacti ueritas pateat. Nam hoc quoq; uererer, ne si Parisios eum trāsferri cõtinueret, quod futurum accepi, qui nunc regnant in Curia Parlamenti ad supplicium hominem trahi iubeant, ut mihi falli huius criminis labes semper hæreat: aut ne eo nomine in me aliquid constituere, meq; suræ cognitioni subijcere conentur, quod certè iure facere non possunt, quū sint ab initio professi se mihi esse aduersarios, & ego uicissim eorum iudicium reiecerim. Sed interea nō li putare hæc à me dici, quasi mortem D. Guisiani doleam aut agreferam. Extimo enim maius bonum non potuisse contingere huic regno, Ecclesiæ Dei, & priuati mihi totiq; domui meæ. Adde quòd, si ita uideatur Maiestati tuæ, hæc erit optima occasio cõmodissimãq; uia ad constituendū huius Regni statum, & recuperandã ueram tranquillitatē, quod nos omnes qui in hoc exercituum sumus, uehementer cupimus tibi coram exponere, modò nobis liberum & cursum habere liceat: quemadmodū absens tibi significauimus & à te supplices petijmus, simulatq; de morte ipsius D. Guisiani certiores facti fuimus. Domina, Deum Opt. Max. precor, ut tibi det bene ualere, diuissimèq; uiuere. Cadomi duodecimã die Martij M. D. LXII.

EIVSDEM AMIRALII PROLIXIOR  
narratio, & explicatio facti cõsiliijq; sui, in quibusdam capitibus, ex  
quibus nonnullos perperam ipsum criminari, & falsas  
coniecturas ducere audierat.

## P R A E F A T I O.

**R**esponso D. Amiralij super testimonio Ioannis Poltrotij, ad Regiam missa, illiq; oblata, ac deinde typis excusa, & plurimis Gallicarum locis diuulgata, apud sanæ mentis & erecti iudicij homines sufficere debuerat ad eum culpa liberandū: quippe quæ non modo uiris bonis & cordatis, quibus antea cta eius uita, resq; ab ipso gesta & uiuendi ratio, ac potissimū singulare, quod in eo semper apparuit ueritatis studium, probè cognita fuerant, & perspecta, satisfecit: uerum etiam reliquis omnibus qui animaduertere possunt & iudicare quàm genuinum sit ueritatis color, eiusq; oratio simplex & aperta. Idq; eò magis quod uerò uehementer & enixè contēderat, ut Poltrotius, cuius testimonio reus ageretur, tutò & diligenter in custodia asseruaretur, idoneo tempore & loco in suum conspectum producendus: quod certè nunquam fecisset, nisi certò fuisset persuasus innocentia hoc modo suam, certò & penitus comprobatū iri. Hanc autem eius confidentiam optimè etiam confirmat protestatio illi annexa. Si quidem perspicuū est, nō dicis tantum causa & perfunctoriè, postulasse ipsum testem coram se sisti, ac eò usq; sponte sese demisisse, quamuis nullo iure obstri-

etum: sed hoc unum spectasse ut rei ueritate liquido patefacta, innocētia que  
 que sua clarius illustraret. Nec uerò magna ratione carebat, quod protestaba-  
 tur, quicquid antea actum erat, irritum esse debere, & quæuis testimonium, falsa  
 & suspecta habenda, nisi in accusatoris conspectu adductus causam dixisset.  
 Nemo enim non uidebat fore ut postquam à misero illo quicquid libuisset, pro-  
 posita impunitate exortum esset, ad Senatum Parisiensem amandaretur, ubi  
 iudices habiturus esset ipsius Amiralij capitales & hostes, quod ne ipsi qui-  
 dem dissimularunt. Vt cunctæ se res habeat, negari non potest, quin Amiralius,  
 nominis sui & ueritatis tuendæ causa, nihil penitus omiserit, quod faceret ad  
 sinistra omnem suspicionem remouendam factumque ipsius ueritatem patefacien-  
 dam, ut nescire nemo posset, quo pacto res sese haberet. Ceterum id quoque  
 posset à nonnullis obijci, satisfuturum fuisse, si quæ ad causæ suæ defensionem  
 pertinere putabat, soli Reginae exposuisset, nec dubium cuiquam esse debet,  
 quin Amiralius ipse tanto rerum usu atque in humanis negotijs ita exercitatus,  
 ut omnes norunt, quum præterea quo tempore Responsonem illam edidit,  
 plurimos summa prudentia uiros, atque in publicis negotijs diu multumque uer-  
 satos, apud se haberet, antè eiusmodi scriptum editum præuidere potuerit & se-  
 cum expendere quantum ponderis illud esset habiturum: ac rationes etiam ui-  
 derit, quæ ab hoc consilio poterant ipsum deterrere. Verum duabus præcipue  
 de causis eò deductus fuit: primum, quia sperabat hoc modo præcipitem iu-  
 dicum sententiam retardari posse, petitionisque suæ, & cōtestationis rationem  
 aliquam habitum iri: deinde quum ignoraret quis tandem horum tumultu-  
 um exitus futurus esset, interea uolebat multorum uotis obtemperare: atque  
 ut ipsis satisfaceret, saltem ipsos edocere, potissimum uerò exteros, quo pacto  
 sese in hoc negotio gessisset, usque dum in accusatoris conspectum uenisset, cu-  
 ius testimonium confidebat ueritati, quam proferebat, consentaneum fore. Cæ-  
 terum ab eo tempore certo rescituit Amiralius, semper agnouisse Poltrotiu fal-  
 sum esse prius illud suum testimonium. Vnde certo cōfingere licet iam inde ab  
 initio malis artibus inductum fuisse, ut ita loqueretur. Accesserunt præterea  
 quedam alia eaque uaria testimonia ipsi Poltrotio attributa, quorum nonnullis,  
 quæ consulto supprimuntur, Amiralius crimine liberatur: alij uerò, quæ pas-  
 sim dispersa fuerunt, reus agitur: quæ quidem posteriora, uel ob id unum quod  
 prorogandæ suæ uitæ magnum perpetuò studium, & spem Poltrotijs ubique  
 ostendit, Amiralius suspecta habet, & subornata putat: nec dubitat Poltro-  
 tio persuasum fuisse, hanc unam esse optimam sententiæ in se late retardan-  
 dæ rationem, si Amiralium in hoc facto inuolueret. Ceterum nec sine ratione  
 credit Amiralius corrupta & adulterata illa omnia fuisse, siquidem ex multo-  
 rum honorum & locupletum uiuorum testimonio constabit, Poltrotiu Lute-  
 ticiæ, quum in Palatii carcere teneretur, multis affirmasse Amiralium culpa o-  
 mni à se coram iudicibus liberatum, quod idem fecit audiente infinita homi-  
 num turba, quum ad supplicium traheretur. Huc adde, quod eiusmodi testimo-  
 nia, à turatis & manifestis hostibus suis conscripta fuerunt, quæ solis ipsis præ-  
 sentibus ille ex uinculis loqueretur. Ex quo iudicare præoptum est, eos qui tot  
 alij in rebus nominis sui existimatione, & animæ salutē prostituere nihil du-  
 bitarunt, hanc ipsedem illis gratificandi & ipsi Amiralio nocendi occasione præ-  
 termittere noluisse. Id autem ita esse cum alia multa, tum uerò maxime planè  
 facient epistolæ quædam à nonnullis lectæ (quæ quidem idoneo tempore &  
 loco proferentur) à præcipuis huius causæ iudicibus ad quosdam in aula Re-  
 gia scriptæ, ad accelerandam Poltrotij necem: in quibus hæc ipsa uerba usur-  
 pantur, longiorem Poltrotij custodiam & asseruationem nihil profuturam,  
 nec diutius procrastinandum esse supplicium, quoniam quæ dixerat, retracta  
 re uellet. Porro hoc quoque rescituit Amiralius, quoniam in sua priore Respon-  
 sione

ione confessus est pecuniam à se Poltrotio datam, inde in multorum animis  
 natam esse aliquam coniecturam, & calumniam quoque in se fabricatam, quasi uil  
 delictum ex eo satis appareat arcanum aliquod consilium illi cum Poltrotio in-  
 tercessisse, cui pecuniam ita subministraret. Hoc uero licet responsione non ma-  
 gnopere indigeat, quum per se ridiculum sit dicere, uiginti aureos coronatos hu-  
 ius facinoris designandi causa ab Amiralio fuisse datos, citra ullam aliam in po-  
 sterum pollicitationem aut pactionem: tamen sicut antehac sincere & candidè,  
 remoto omni fisco, agnouit quicquid inter se & Poltrotium actum fuit, & quo  
 pacto eius opera sit usus: (quod tamen fateri non cogebatur, sed reticere po-  
 terat si libuisset, uel etiam ita ad eiusmodi testimonium responderè ut calidi ali  
 cuius & ueteratoris rabulæ technas & artificia imitaretur) ita etiam nunc eodè  
 ueborum cādore, eademque ueritatis luce adhibita, uerè & singulatim omnes  
 docere uoluit, quorsum & quo consilio hanc pecuniam summam Poltrotio de-  
 derit, ac simul etiam ostendere quicquid conijci posset uel afferri contra se &  
 aduersus ea quæ sponte confessus est, & publicè iam antea edidit, falsum esse &  
 comentitum. Studet autem hoc scripto his præcipuè satisfacere, qui rei milita-  
 ris sunt periti & iura belli norunt: apud illos demum non alios quosquam sese  
 purgaturus. Nec enim ignorat factum istud, ardere bello & hostiliter patratum,  
 ordinariæ iudicium cognitioni & purgationi (quamuis id quoque nullo nego-  
 tio fieri possit) minime esse obnoxium. Accedit etiā quod satis nota sunt, quæ  
 in ipsum tentata fuerunt, artificia: atque eiusmodi fraudes & fallaciæ satis superque  
 sunt detectæ: aduersus quas non desunt illi, Dei beneficio, optima, quibus se  
 se iure & legitime tueatur, præsidia. Præterea coram Deo propriæ conscientie  
 testimonium, & coram hominibus testimoniorum uarietas, & repugnantia:  
 animus quoque Poltrotij, perturbatus, tamque sæuæ & horredæ necis, ut ipse fal-  
 sus est, terrore perculsus: uitæ etiā prorogandæ spes quæ eum eousque aluit, do-  
 nec quatuor equis distractus, obiit, abundè coarguunt & uelut digito com-  
 monstrant ipsum existimasse, Amiralij nomine adiuncto, se euasurum. Petitio  
 denique Amiralij, qua suo tempore & loco flagitauit Poltrotium asseruari: &  
 quod de integritate sua testificatus est, nisi hoc fieret: manifesta quoque & affe-  
 ctibus inquinata eaque extra necessitatem præceps iudicum, (quorum cogna-  
 tionem iam pridem antehac defugerat Amiralius) sententiâ executione man-  
 data: illud denique quod reo tam uaria respondententi, aduersus eo genere eaque  
 dignitate uirum temerè fides haberi non debet, innocentiam eius satis super-  
 que comprobant.

## NARRATIO.

Statim & citra moram ullam iam inde ab initio Dominus Amiralius parti  
 Sculatim respondisset ad prius testimonium à Iohāne poltrotio, qui se Meræi  
 Dominum assererat, dictum: neque hucusque distulisset subtilius explicare quor-  
 sum, & qua occasione pecuniam bis illi subministrasset, nisi interposita qua a-  
 pud Reginam usus erat, supplici petitione & contestatione, nunquam putasset  
 tam celere & subitam fore supplicij de illo sumpti executionem: quod qui-  
 dem etsi calidè & contra rationem omnem & iuris ordinem est factum, ta-  
 men ad innocentiam suam asserendam omnium maximè, siquid aliud ualere  
 existimat. Certè confidebat potius Poltrotium in custodia asseruatum iri, tum  
 ad facti huius, tum ad aliorum etiam quorundam extorquendam ueritatè quæ  
 ab eo primum rogata sunt: quæque huius sunt momenti, ut significant aliquid  
 in Regis ipsius personam fuisse tentatum. Sed quoniam hodie extant quidam ma-  
 leuoli homines & inconsiderati, qui hac specie obiecta obliquè Amiralium in-  
 simulant, huiusmodi refellendis calumnijs hoc etiam caput illustrare uoluit:  
 ne si contingat exteris istis rumoribus imbui, iusta innocētis hominis caussa  
 uel minus intellecta, uel etiam defensione destituta opprimatur.

## 2130 Responsio D. Castilionæi

In primis ergo quod in altera inquisitione Poltrotius ait se operâ & ministrium suum Amiralio detulisse, & ab eo interrogatum quod genus obsequij ei præstare posset: affirmat Amiralius sibi à Poltrotio fuisse respõsum, magnam sibi cum Amalio notitiã intercedere, cui uidelicet in Picardia superiorib. bel-  
 lis militasset, qui si in castris Guisianis esset, perfacile sibi fore omnia eius consilia & machinationes expiscari, & intelligere, quas Amiralio deinde significaret. Quinetiam si minus illic Amalium reciperet, in illo tamẽ exercitu tam multos sibi cognitos esse milites, ut nullo pacto dubitet, tutum sibi ad eos aditum fore. Hæc causa fuit cur de illo diffidere inciperet Amiralius, ac D. Grãdimontano ea diceret quæ in priore scripto habentur. Nam reuera maior erat sinistri quippiã de eo suspicandi quàm bene ominandi occasio, Amiralius quum nullam eius notitiã habuisset, nisi triduo aut quadriduo antea, quũ ad ipsum literas D. Subizij adferret, & iste sese in castra Guisiana iturũ tam prõpte polliceretur. Veruntamẽ rerum bellicarum periti homines, satis norunt, quãtum momentum isthæc habeãt, & huiusmodi occasionib. oblati, q̃ non sit pecuniã parcedum, atq; ad eũ qui cum Amiralio familiaris sunt uersati probe sciunt q̃ ita huiusmodi negocijs fuerit semper liberalis. Hæc itaq; prima fuit ratio q̃ Amiralium impulit, ut uiginti illos coronatos ei daret quãuis eos satis temere collocatos arbitraretur, ut in huiusmodi negotiationibus sæpẽ usu uenire solet, certe nihil minus quàm de Poltrotio cogitabat, quum ad se Neapolim, Aurelianis agri uicium, uenit D. Traueus, qui diceret se à D. Andeleto ex urbe missum, ut quendã ex castris Guisianis uenientẽ ad ipsum deduceret. Tum in cubiculum se recepit Amiralius ignarus adhuc quid hoc rei esset. Neq; enim deerãt satis multi in illo exercitu hostium qui de hostis consilijs ipsum comonerent. Percontãti igitur speciatim de multis quum optimã rationẽ ille redderet, quarit tandem Amiralius an de sua ex urbe p̃fectione & quò iter haberet certior factus esset D. Guisius. Respondit ille se quidẽ de ipso p̃fectionis die p̃cisẽ nihil in Guisij castris audisse: sed ante sex aut septem dies Guisium probe rescuuisse in Normãniã ipsum cõtendere, cui etiã rei ita occurrisset, ut in suo itinere multa esset impedimenta offensurus. Atq; hic exposuit, Marschallo Villeuillæ & Ringrauiõ comiti fuisse mãdatum ut oppida omnia quãtamuis exigua, aut infirma ita muniturẽt ut ipsi obsistere possent, quib. etiã non magno p̃p̃ere Amiralius nocere posset, ut qui nec peditatum nec tormenta bellica secũdunderet. Guisium quoq; Lutetiã mandasse, equos omnes quotquot ibi inuenirentur cogi, siue Præsidum & Cõsiliatorum, siue aliorum, quicunq; tãdem illi essent. Præterea statuisse etiã Guisium ad hunc usum adhibere equos tormentarios quotquot haberet, ut adiunctis etiã alijs satis multis quos penes se habebat, circiter quatuor mille egtes catapultatorios ex toto exercitu selectos educere posset: quibuscum, additis etiã grauioris & leuioris armaturæ equitibus, extremum Amiralij agmẽ inuaderet: cuius p̃fectionem cum hoc equitum numero & alijs qui in Normania reperirentur, ita se impedire posse cõsistebat ut neq; disiungi possent & disgregari, neq; in hospicijs requiescere. Præterea alienatis quorundam ex Germanico equitatu animis, eõ necessitatibus & inopiã se propediem ipsos redacturum, ut uel ipsos haberet ad nutũ suum cõformatos, uel etiam ipsi Amiralium pessimẽ tractarent. Hoc uerò consilium quoniã omnium maximẽ tenebat Amiralius statim Poltrotium monet, ut quã celerrimẽ reuertatur, ut per eum resciscat quid acturus esset Guisius. Respondit Poltrotius hoc quidẽ se libentissimẽ facturum, sed tamẽ equito ad tãtam celeritatem idoneo destitui. Hic Amiralius, uellem, inquit, ad manum esset strenuus aliquis inter meos, quem tibi darem. Sed nullus mihi satis ualidus remãsit, quoniã quos habebã, ijs dedi, qui antehac in Germaniã ad fratrem Andelotum meo mandato sunt p̃fecti. Excipit ille, si pecuniam habeat, equum

equum se facile nacturum. Tum Amiralius, Absit, inquit, ut hoc negotium remoretur pecuniæ inopia quam ipse tibi suppeditabo. Sed uide omnium ut de ijs, quæ ab hoste gerentur diligenter & sedulo certiozem me facias. Quod si forte labore fractum equum amiseris, pecuniam rursus dabo unde tibi attelligam an me insequi uelit Guisius. Alioqui si eum uideas aliquid contra Aureliam moliri, fratri meo Andeloto significabis. Atq; hic centum aureos coronatos Poltrotio numerauit. Ac quò melius de Poltrotij celeritate in illa sua reuersione liqueat, noluit Aureliæ per urbem ipsam iter facere, ne uel tempus ibi tereret, uel à quopiam agnosceretur: rogauitq; Traueum ut se apud D. Andelotum exequaret, quòd eum in suo reditu, non conueniret. Se enim negotijs, quæ ab Amiraliō madata haberet, ita urgeri. Itaq; per suburbanos uicos itinere arrepto, recta Magdunum contendit. Et hæc quidem causa est cur centum illos aureos Poltrotio Amiralius dederit. Atq; hic asseueranter uel famæ & nominis sui periculo, affirmat, quò antea sermo à Poltrotio ortus esset, non difficile fore Guisium interimere, nihil unquam se respondisse, quò eiusmodi consiliū uel probaret, uel improbare: utpote qui nihil minus crederet, quàm hoc illum in animo habere. Nec uerò alia de causa centum illos aureos ei numerauit, quàm ut ab eo citissime admoneretur, si forte Guisius se insequi constituisset. Iam uerò ut omnes intelligant, an temere & sine causa hoc Amiralius pertinuerit, paucis hoc scripto complecti uoluit, quibus tandem rationibus moueretur.

In primis nescius non erat de sua profectioe certiozem factum esse Guisium, quam scilicet in publico Germanici equitatus conuentu, octiduo & amplius ante suum discessum edicere coactus fuerat. Nec uerò ab itum accerare poterat, quoniam currus omnes & equitum Germanorum impedimenta Aureliæ relinquere oportebat, quòd uix tandem impetrari potuit. Erat enim hoc Germanis ante hæc prorsus inauditum & insolens, quòd tamen quam celerissime potuit, perfecit. Nec uerò dubium esse debet, quin hoc interea Guisius reiciuerit, quippe qui inter ipsos equites Germanos, homines appositos haberet, qui illos ad se pellicerent, sicuti iam ipsorum nonnulli erant corrupti. Deinde præter illa quæ Poltrotius retulerat, certior iam factus erat Amiralius, passim in Normania mandatum fuisse, ut quicquid impedimentorum cogitari posset, itineri suo obijceretur, tum ad intercludendum commeatum, tum in genere, ut alijs omnibus rationibus, suo exercitui incommoarent. Atq; ut certius hoc liqueat, inciderunt in eius manus multæ oppida in cœnibus clausa comportaretur, & pristinorum usus ferro detracto, adimeretur, quòd etiam in plurimis locis factum fuit: deniq; in modis omnibus exercitui suo molestia & negotium exhiberetur. Itaq; si Cadomo, Honorio, Pontimarino, Tuquis & alijs oppidis ita prospectum fuisset, fieri certe nullo modo poterat, ut ad mare Amiralius accederet, pecuniã, quam inde expectabat, ad soluenda Germanis equitibus stipendia, collecturus. Quare intellecta, certum seditionis militaris periculum impendebat, quò quotidiani militum sermones satis declarabant. Quòd si etiam ipsos insecutus fuisset Guisius, uerisimile est in summas difficultates cum toto exercitu uenturum fuisse Amiraliū. Certè præclusus erat ei ad mare aditus, unde peno modo per solutis, intra paucos dies consecuta fuisset extrema clades, dimicandi etiam facultate erepta. Siquidem trans Neuburgianam planiciem, ea summo eorum dedecore iter claudere potuerint. In tantis porrò angustijs



quod unum Amiralio maximè optabile futurum erat, nimirum prælio decernere, non nisi perquam incommode & difficulter fieri poterat quod à fronte, à tergo, & ad utrumque latus multa erant munita oppida, ad quæ hostes receptus habebant. Accedebat alia etiam incommoditas, quod in regionibus illis ita sunt pagi extructi ditissimis inter se domibus, ut plerumque uix quinquaginta equites simul diuertere potuerint. Erant porro omnes istæ difficultates, & incommoda, Guisio ipsi, & cunctis copiarum eius ducibus satis cognita: unde in eam opinionem adducebatur Amiralius, ut cum putaret de se potius insequendo, quam Aurelia obsidenda, consilium esse capturum. Conscisa enim & profligata, quæ secum Amiralius ducebat, equitum manu, certum erat de Aurelia actum esse. Contra autem, Aurelia capta, si integer steteret Amiralij equitatus, non deerant alia belli continuan di rationes. Hæc porro omnia sigillatim exponere Amiralius uoluit, ut intelligant omnes an pecuniâ hac occasione datam parèe & grauatiè erogare debuerit, quæ præsertim tantum momenti positum esset in Guisianis consilijs citò & uere resciscendis. Erant alij præterea multi, qui in eadem operam suam uenditabant, qui etiam hoc nomine magnas pecuniæ summas, quod tamè silentio tegunt, acceperunt. Sed quoniâ absurdum uideri posset Amiralium, qui hæc omnes difficultates satis prouidebat, hanc tamè profectiõnem suscepisse: neminem latere uult, coactum hoc se fecisse, quippe qui eo necessitatis esset redactus, ut Germanos equites nisi solutis stipendijs amplius retinere non posset: quod non nisi hoc ueluti extremo remedio tentato, præstare poterat. Ceterum præter hæc omnia, ex quibus intelligi potest quæ rationes Amiralium impulerint, ut Poltrotio pecuniâ numeraret, uisum est adijcere duo præterea capita, eaque minimè negligenda. Prius est, Poltrotium ipsum, qui satis leuiter multa effutiret, priusquam Lugdunum se conferret, ac deinde rursus illic & passim, sermones cum equalibus & familiaribus de occidendo Guisio habere solitum fuisse, quæ etiâ affirmabat nunquam alia, quam sua manu interiturum: quod quum opus erit, amplius quam centum testibus confirmari potest. Atque ut apertius liqueat longè antea hoc ab ipso fuisse agitatam consilium, constabit simulatque rumor qui de Guisio nec uoluitabatur, ad duas fœminas eius propinquas apud Pictones puenit, incerto ad huc cædis authore illico eas dixisse, uereri se ne Poltrotius hoc designasset, quod etiam illi certum & fixum esse antequam ad Amiralium accessisset, omni rationis & uerisimilitudinis specie caret quod nonnulli dicunt, ipsum ad hoc agendum fuisse ab Amiralio impulsam. Nam hoc certè ex posterioribus Poltrotij ipsius responsis apparet, nunquam Amiralio cognitum hominem fuisse, nec cum eo unquam locutum, nisi quum D. Subizij literas in oppido, cui Villafranca nomen est, ab eo acciperet. Sed & illud animaduertendum est Poltrotium qui Baro nis Renodij (cuius nota est historia) ualde propinquus fuisse fertur, sponte sua ad eiusmodi facinus quod commisit designandum incitari potuisse.

Et hæc quidem uera est rerum istarum, ut gestæ sunt, narratio. Porro qui persuadere conantur Poltrotio pecuniâ alia de causa, quæ supra commemorata est, ab Amiralio fuisse datam, præterquam quod pueriliter admodum argumentantur, eius uiri ingenium sibi ignotum esse satis declarant. Nam si quid præterea uel admisisset ipse, uel fieri iussisset, nullus metus obstarat, quod minus omnia ingenuè fateretur. Quod ut ita esse liqueat, scire cupit, equis sese priorem illam Responsonem typis mandare coegerit, nisi quod eam cuperet toto orbe diuulgari. Quod si quid amplius designasset, quorsum id dissimularet? Nam quis capitalior & magis professus eius hostis extitit, quam Guisius ille? Nec certè dubitandum est, quin ipso prælij die, cum unum ex omnibus maximè Amiralius perquisierit. Nec dubium etiam est, quin, si licuisset, tormento

mēto opposito eum traiecturus fuerit: similiter, si catapultorum myriadem ad nutum habuisset, quin mandaturus fuerit, ut illum ex omnibus unū maxime pererent, siue in acie instructa, siue saepe uel muro interiecto. Denique nihil penitus omisisset Amiralius, quod iure belli, & hostili tēpore concessum est, ut infestissimum hostem, qualis erat ille, sibi tum alijs multis optimis Regis nostri seruis, de medio tolleret. Quod ultimum est, Deum & sanctos eius Angelos Amiralius obtestatur, nihil aliud uel se fecisse, uel etiam mandasse, quam quod scriptis consignatum edidit. Quod si qui clariorem huius rei notitiam desiderant, ipsum conueniant. Nam se protinus eis responsurum promittit. Datum Castilione ad fluuium, qui uulgo Loin dicitur, quinto Maij M. D. LXIII.

*Castilioneus manu mea subscripsi.*

EPITOME RERVM  
IN VARIIS ORBIS PARTIBVS A CONFIRMATIONE FERDINANDI, ET ELECTIONE MAXIMILIANI II. Imperatorum, hinc inde gestarum, collecta ex uarijs aliorum scriptis, à Studio Historiæ.

DE REBVS IN ORBE GESTIS ANNO M. D. LVIII.



Anno à Natiuitate Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, quo Ferdinandus Francofurti, Imperator à fratre celsit, gubernationem consensu & approbatione Electorū, suscepit, mense Febuario fato cōcessit in Hispania Boetica Leonora Caroli v. & Ferdinandi soror: Nupta ea primū fuerat Emanueli Lusitanorū Regi, eiq; pepererat Mariam etiamnum illius Regni infantem: secundū Francisco I. Gallorum Regi, ex quo nullam liberat Mariam etiamnum illius Regni infantem: secundū vero ex formula conventionis, Francisco I. Gallorum Regi, ex quo nullam sobolem suscepit, eius exequiæ Lutetiæ Parisiorum diebus 13. & 14. Aprilis, in summo Beatae Mariæ Virginis templo celebratæ sunt. Decimo quinto Aprilis, Melchior Episcopus Vuirzburgensis à quindécim homicidis icū glādis bombardicæ in ciuitate sua Vuirzburgica traicitur. Venerat manē eius diei pro more suo ex arce in curiam, ad causas subditorum audiendas, inde ergo exiguo comitatu in arcem ultro Mœnū sitam & prætereundum erat, se intulissent, ac equis conscensis, apta ad tempus simulatione quasi abitura, uinum ex eo diuersorio peterēt, ferreamq; soleam ac Duce illorum proclamante, suosq; cohortante, ne quenquam elabi sinerent, crebris tormentorum emissionibus, uulneratus, in arcem suorum operatur, crebris tormentorum emissionibus, uulneratus, in arcem suorum operatur, crebris tormentorum emissionibus, uulneratus, in arcem suorum operatur, inter alios, duo fortissimi grauisimiq; uiri ex nobilitate Francica, qui honeste occumbere, quam fidem in dominum suum tam necessario tempore deserere fatius putātes, homicidis fortissimè se opposuerūt. Horum alter iacobus

Anno 1558:

Leonore Caroli v. Cesaris sororis obitus.

D. Melchioris Episc. Vuirzburgensis trucidatio.

NNN 5 bus

## 2134 Epitome Rerum Gestarum

**ANNO 1558** bus Fuchs de Vuimfurt, cubicularius Principis, Eques Fræcus, deinde, post paucas horas trib. ictibus confossus, decedit: Alter Vuolfgangus Carolus à Vuenckheim: perfosso sinistro latere, usq; ad 15. Cal. Maij spiritū produxit. Ita ergo non solū per exiguo comitatu Episcopi conterrito ac uulnerato, sed & ciuibus signo tumultus dato existimantibus, incendij excitatū, ac ad illud restinguendum per uicos discurrentibus, homicidæ ualliū abstrusarum periti, citatis equis per portā, quā socij infederant, eruperunt, ac haud minus ad quindecim millia passuum ab urbe distante Ioannem Zobellum equitem Francum, principem genere contingētē, fortē obuium, ac ex Messelhusio Vuirtzburgum proficiscentem adorti: ab eo pila tormētaria, equo deturbato, dextrām fidei testem poscunt, ut ad diem & locum quo uellent, sese listat, nec hoc contenti, cōtra pacta ac lura militaria captū equis tribus, annulis ac torque aurea, omniq; pecunia spoliāt. Qui hi fuissent, initio incognitū fuit, at inquisitione diligenti ob rei nouitatem ac indignitatem habita: Christophorus Kretzerus, Vuilhelmi Grumbachij minister, eis sceleris insimulatus Augustæ anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono in Comitij proscribitur, ac post diuturnam latitationē exploratoris Kugelbachij solertia, in arce Schaumbergica in finib. Lotharingiæ cōprehenditur, dignas sceleris inauditi pœnas subiturus, uerum eas desperatione agitatū, in itinere dum Vuirtzburgum abducitur, anteuertit, sibi metipso iudē proditoris instar noctu custodibus dormientibus, guttur laqueo frangens, sociorum nominibus proditis, à quibus idē abstinendum duco ne quod scelere quaesitū uerē nomen adepti fuisse uideantur: quæ tamen qui scire uoluerit, in scriptis ab Episcopo Vuirtzburgico Friderico, postea cōtra Grumbachium edictis inueniet, uix uerò ullum tale facinus in uirum Principem à tempore Philippi Cæsaris Sueuiæ & Hetruriæ Ducis, & Archiepiscopi Colonienfis Engelberti perpetratum inuenietur, quorum ille anno salutiferi partus 1208. decimo Cal. Iulij ab Ottone Palatino de Vuittelspach, in arce sua Bebenbergensi proditoriē occisus, hic uerò à Comite Isenburgico Friderico circiter annum 1230. ex insidijs uulnerib. 28. confossus, occubuit, ac inculsit hoc facinus reliquis principibus talem terrorem, ut qui antea fidelitate subditorum freti, nullo satellitio stipati fuissent, de eo conducendo cogitarent.

**Nuptie Del-** Aprilis deinceps die 24. Henricus 11. Galliarū Rex Mariā Estuars unicā la-  
**phini Gallie** cobi v. Scotici regis filiā ac Regni heredē ex asse, Frācisco Delphino Parisijs  
**cū Scoti Re-** uxore dedit profuso quodā luxu, ac sumptu plenē Regio nuptijs celebratis.  
**gis Stuarda si-** Ac Scotos, antiquos socios atq; amicos hæreditario ueluti quondā scedere  
**lia.** nuptijs illis adesse uoluit, è Scotia, cōsentientib. omnib. Regni pceribus, ue-  
 nēre in Gallias ad has nuptias legati, Reue. Domini Iacob. Betome, Ecclesiæ  
 Metropolitanæ Glasguensis Archiepiscopus: Robertus Reid. Orcadum in-  
 sularū præsul, & in suprema Scotorū curia summus præses: Iacobus Stuard.  
 Iacobi v. Regis filius, S. Andree in Scotia prior: Comites duo Gregorio Lesle  
 à Rothefs: & Gilbertus Kenedij à Casillis. Milordi item duo, Iacobus Fle-  
 minus, & Gregorius Setoun. Postremò Iacobus Eiskyn Baro, & D. à Dun-  
**Thionuille** Galli qui Caletō recuperato sic efferebant, ut de occupādo uniuerso Bel-  
**expugnatio.** gico cogitarent, id ex durabus partibus aggredi constituunt hinc ab Medro-  
 matricibus, illinc à Caletibus. Quare Maio exeunte, Bordelione cū meliore  
 parte exercitus, in hostilem terrā præproperē præmissis, Theonuillam, quæ  
 olim Diuodurum uelustaq; Caroli Magni sedes fuit obsidēt, quem aliquan-  
 tum post Guislanus cum P. Strozza, Nemurcio & Ambarro est subsecutus.  
 Cingitur itaq; circumductis castris oppidum loco maximē commodo, possi-  
 tum ad Mosellam flumē natura ac operibus æquē firmū: extrinsecus molib.  
 ac propugnaculis eminentibus, intrinsecus aut uallo & aggere munitū: in q;  
 amcenissi-

incentissimo loco ac in perpetua planicie situ: Guisiano igitur statim à partitione munerum militarium, instrumenta oppugnationis omnia solerter preparante cum qua de rebus Brabatinus, cuius summa illic, erat autoritate cum perpusillu praesidium uix suffecturum iudicaret, dominos ad ferendam opem sollicitat. Acurrit igitur Hornus Belga, cum trib. Hispanorum ueteranorum cohortibus: sed ad obsessos interceptis itineribus, penetrare nequiuit: quod idem IIII. Hannionorum Codrusiorumque signis auxiliariis, qui triduo post ad obsessos nitentur, accidit. Igitur post difficilē oppugnationē extenuati praesidijs Diuodurani ad X. Cal. Iulij, sese certis pactationibus, dederunt. Perijt in eius arcis oppugnatione Petrus Strozza glade ictus, quē uirū non uniuersus tantū exercitus: sed ipse etiā Rex atque omnis Frācia, fidelitatis, operae, officiorū, & uirtutis eius memor, publico luctu est psecuta. Hoc oppidū captū decade expleuit, his postremis bellis captū dolabra alijsque subtilissimis machinationibus, arcium quae antea nulla ratione expugnari potuisse uidebantur. Ea sunt nominatim citra Alpes, Iuo siū, Terouana, Fanū Quintini, Iccius portus, Guinū, Theonuilla, ultra Alpes, Inurea, Vlpianum, Vallenaria, & Chariolū. Quae oēs tormentis concussa, & nouū genus cuculorum ferramentorum atque operū expertae, ad extremū aut manū dederūt & uinci capique se passae sunt, aut saltē ad cōditiones, pactaque uenerunt. Ita ut recētes earū fortuna testes luculentissimi sint moles ac ppugnacula urbibus. cōfidentia quidē afferre, sed securitatē praestare minimē posse. Guisianus cum plusculos dies Diuoduri cōmoratus esset. Cal. Quintil. Arlodunū inde Vertodunū ad statua mouit, ut rerū Lucenbursensium statū pprius exploraret ac pscrutaretur.

Decimo octauo Iulij dum Gallij in expugnanda Theonuilla occupantur Antonio Ecclesiae Coloniensis Archiepiscopus, & Imperij Elector in arce sua Codeburgi moritur, & in aede sua Metropolitana Coloniae fraterno sepulchro, honorifice tumulatur: In eius locum Ioānes Gebhardus ē Comitibus Mansfeldicis postea 28 Iulij eligitur.

Circiter idem ferē tēpus, Ioānes Vuilhelmus Saxoniae Dux Ioānis Fridrici quondā Electoris filius, cum annū suae militiae Philippo Hispaniarū Regi oblatae, nullus usus fuisset, pro Gallorum Rege, sex equitum electissimorum millibus, ac optimis ducibus cōscriptis, in Gallias contendit, militiae susceptae cauiss, scripto publico edito, prius expositis. Cuius aduentu Rex tam difficili tēpore ita recreatus est, ut principis eius opera non solū ipse, sed & liberi eius hucusque in bellis suis periculosissimis usi fuerunt.

Secundo Iulij dum Guisius ad Vertodunū dubius haeret nec quō se uertat cognoſcit. Thermus Gallus cum alteris copijs apud Caletes paratis, exeūt luno ab Iccio portu egreditur, ut uno tēpore ipse Pleumosius & ppinquā Flandriā inuaderet. Guisianus à Lucēburgo in expeditionē iret: & ita Belgium inimicum à summo & imo infestaretur. Transgressus igitur Thermus fossam Bula nam, Grauelingā & Burburgum à tergo reliquit, ac sexto Non. Iul. Dunckercham maritimum oppidum, sexto ab Iccio portu miliari, exinopinato duxit: quod praeproperē conscensis muris occupatum & direptum est.

Philippus interea in Codrusios Allobrogē cum parte copiarum ut Guisiano occurreret, pmiserat. Sed cum Guisianum nō prodire ac tēpus fallere inteligeret: Thermū qui uiribus, minus ualebat, celeriter adoriri constituit. Attribuit igitur Imperatoriā autoritatem Aegemōdano: is praeproperē in Flandriā euolans, apud Grauelingā mediam inter Iccium portum & Dunckergā, Biniculis praefecto castrorum conuictus, paucis diebus iustū exercitum duodecim scilicet peditum millia, equitum autem ferē tria, ex propinquis praesidijs cōflauit. Interea tēporis Thermus cum ab incurſatione Pleumosiorum, copias obarthreticum dolorem quo infestabatur, Dunckerchā reduxisset: propē Grauelingā castra poni iussit, ut si opus foret, ppinquior ei esset ad Caletes recessus.

Sed

Archiepiscopi  
Colonien-  
sis obitus.

Vuilhelmi  
Saxoniae Du-  
cis in Gallia  
expeditio.

Gallorum in  
Belgium irru-  
ptio.

Cesarianorū  
Gallorumque  
cōstitui pro-  
pe Grauelin-  
gam.

2136 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1558

Sed simul atq; nūciatū est hostes coisse, neglecto articulorū cruciatu ad castra cōtinuò accurrunt: nec multo pōst cū instructis copijs Aegmōdanus & Binicu- rius cōparauerūt. Thermus itaq; cum uideret militū numero se lōge esse infe- riorem, postridie recedente aestū maris secundū littus, ad Iccium partum refu- gere cōstituit. Et ita ad fauces Adæ, qua ex parte supra Grauelingā ille se in ma- rezonerat, Galli transmiserant, cum Aegmōdanus accepta Gallorū fuga, in- fra id oppidū raptim traiecit, & fugientib. ad Caletū catarhaetū tertio Idibus Quintil. occurrit. Itaq; Thermus cum à cōcepto itinere intercludi suos uideret, aciē instruere cōpit: cuius dextrā partē uersus Septētriones mare tegebat: ab lēua parte uersus meridiē carri pro uallo munerāt: à tergo erat fossa Baulana. Ante ordines colubrinæ sex, falcones tres erant locati ita, ut interualla equiti- bus ampla relinquerent, qua hostem infestaret: horū utrunq; latus clauderent, so- Sclopettarij Vascones. Aegmondanus licet tormēta nulla apud se haberet, so- la tamen uirtute nixus, hostem inuadit: Sustinent interim impetū Galli, & tor- mentorum fulmine antesignanis luculentā plagam infligunt, sic, ut Aegmon- dani equus primo procurſu conciderit. In eo praelio nouum illud atq; admira- bile fuit, quod ea cum æquabilitate & omnium ordinum paritate consimilitq; planè cōmissione pugnatū fuit, qualem ne à seculo quidē bellicæ rei scientissi- mi incidisse ferebant. Quo certamine cū neutri faciem uerterent, castus quidā fortuitus ac mirificus interuenit. Præteruehebatur forte fortuna decē bellicæ naues Britanorū: qui procul ex undis cōspecto conflictu in litus apulerūt: & Gallici exercitus latera, tormentorū tempestate eminus percusserunt. Hac rei nouitate Thermi exercitus percussus, ab hoste acrius urgente profligatus est. Ipse Thermus accepto graui uulnere captus, tormenta, ligna & præcipue præ- da è Flandricis municipijs collecta, ab hoste recepta est. Huius prælij aduer- so casu, graue toti Franciæ uulnus illatum est: quo etiā illa quæ uix consanuis- se uidebantur, recruduerunt. Nam si leue certamen ad Rentinum commissum omittamus: Intra quadrienniū tribus grauissimis prælijs uicti sunt, primò ad Martianum in Hetruria, deinde ad Sanquintinum in Veromanduis, ac tertio ad Grauelingam in Pleumosijs. Porro ad castra recurrens Thermus quemad- modum supra ostendimus, Dunckbergæ tres cohortes militū reliquerat cum mādatis, ut direpto incendio oppido se statim sequerētur: Quæ mādata sum- ma cum crudelitate effecerunt, sed ij dum ad suos se recipere conantur fumū deflagrantis oppidi respectantes, iure merito dederunt. Hac clade nunciata percussus Guisianus Vertoduno in Picardiam copias reduxit, castrisq; loco delecto ad Petram pontem substitit.

Georgij Vuirtebergē- sis Comitiss encomiū atq; mors.

Decimonono Iulij Georgius Comes Vuirtenbergi & mōtis Beligardi Bi- ponte in templo oppidi sepelitur, Princeps humanus, iustitiæq; amans. Vene- rat Bipontem unā cum uxore Barbara filia Philippi Landtgrauij Hesiæ ad in- uisendum affinem Vuolffgāgum Comitem Palatinum Rheni, ualetudine ex ætate minus firma, qua in dies illuc accrescente, post paucos dies quā isthuc appulisset, in uera Dei inuocatione piē ac placide decessit: decūbens in lecto cum alijs subinde Psalmo sexagesimo septimo magna animi deuotione canta- to, quo Dauid precatur, ut Deus misereatur nostri & benedicat nobis. Natus fuit patre Heinrico III. Vuirtebergico & matre Elizabetha comitissa in Birschi cum toto uite tēpore cœlebs uixisset, grādæuus ex cōsilio agnati Christopho- ri Ducis Vuirtebergici Barbarā Hesiacam quam diximus, Vxorem duxit, ex

Cesariano- rum & Gal- lorum ad Sa- monam paci- ficatio.

qua filium sustulit Fridericum unicum comitatus hæredem. Viceſimo primo Septemb. Philippus Rex Hispaniarū, qui dum Duces sui Gallos deuictos repellerent, in Atrebatū ciuitate se cōtinuisset exitū rei expe- ctans, inde pfectus in castra peruenit, quæ sesquimilliaro à Dorlente Franciæ ditionis

# Sub Ferdinando I. Imp.

217

Anno 1550

ditionis oppido iam aberat. Erat eius exercitus peditū ad tricena millia, equi-  
 tum dimidio minus, hisq; tot & tātis militū copijs stipendiū plenè erat persolu-  
 tum. Cuius omnis militiæ pars tertiæ ferè ex Germania superiore cōstabat: re-  
 liqui erant ex inferiori & municipali Belgio collecti: minima pars, Hispanorū  
 erat. Gallus cōtra ad Petrā pontē conflatum itidē exercitū habebat meliori ex  
 parte ex Germanis mercede cōductis & Heluetijs. Secundæ partes erāt Gal-  
 lorū minima accessio ex Italicis cohortibus fuit. Gallorū hoc maxime propriū  
 est ut ubi aliquid sinistre euenit nō modo timidius se fortunæ iterū cōmittāt,  
 sed planè obsequant & aliquandiu locū dent. Itaq; Rex Gallus, etsi præpoten-  
 tē exercitū habebat, quia tamē recētissima clades Grauelingana uulnus illud  
 quod superiore anno ad Sanguintinū acceperat, refricabat: pedem tertio colla-  
 turus ægerimè uidebatur: solūq; summa obseruatione hostis id agebat, neq;  
 is suæ ditionis urbē inuaderet aut opprimeret. Ob id per Ambianorū agrum  
 iter faciens, cum omnibus simul copijs Romanam trāsmisit, & secundum eius  
 ripam Aquilonarē castra Philippianis castris opposuit. Nam paruo inde inter  
 uallo Philippus propè Australem ripā Austriæ fluuioli cōmodæ aquationis  
 causa confederat. Quo loco dum castra utriq; militaribus operibus cōmuni-  
 sent, lentum sanè bellū diuturnumq; negotiū futurū uidebatur, & quanq; in-  
 terdum leuibus prælijs ad exercitationem militarem sit certatum: nunquam  
 tamen summæ rei periculum est factum. Interea Reges imaginem rei totius  
 considerando, si omnibus uiribus concurrissent, ex eo cōflictu Remp. Chri-  
 stianam tanq; fulmine conflagratam prouidebant, & quoniam sui exerci-  
 tus robur ex peregrinis bellicosissimis gentibus constaret ciuitates suas exte-  
 ris prædæ futuras diuinabant. Itaq; ad communem salutem respicientes, con-  
 firmatis tandem rationibus ad pacificationes, rem deducere cōstituerunt, Le-  
 gatiq; ea de re primò Insulam, deinde Cerecampum, tertio ab Dorleote milia-

Vicesimo primo die Septemb. qui Diuo Matthæo Apostolo & Euāgelistæ imp. Caroli  
 facer erat, feruente bello Gallico, Carolus v. qui nuper imperium eiurarat, at- V. obitus, uē  
 tenuatis lentissimo morbo totius corporis uiribus, cum tandē per aliquot di- ta, laudes, li-  
 es acutissima febris tertiana cōflictatus esset animā Deo Opt. Max. in Hispana- beri.  
 niæ Bæticæ claustro, quod diximus reddidit fama æternū uisurus: Hunc obi-  
 tum eius luridus dirusq; Cometes præcessit, qui acutum in occidentem mūdi  
 plagam telum per totam ferè Europam uibrans, haud dubitè & ipsius & mul-  
 torum aliorū Principum atq; Heroum mortem portēdit, ut sequētia facile te-  
 statur, quo die is in Hispanijs eluxit, Cæsar in morbū incidit, & quadragesimo  
 post obiit, toto uerò eo tempore, sæpè errores suos ingemiscēs deplorabat, ac  
 inutilem se mundo & inutile Deo in hac uita dicitans, orabat ut in altera uita  
 æterna, Dei laudib. inseruire posset, ac ut ex hoc corpore se Christus liberaret,  
 Crucifixi Christi imaginē per multos dies uisus, oculis, oreq; cōplexus, imbu-  
 tus p̄sente Toletano Archiepiscopo sacro charismate, etsi corpus Christi antea  
 acceperat, eius tamē iterū se participē reddi uoluit, inquiēs. In me manes, ego  
 in te manē. Vixit ille Heros annos 57. Menses octo, dies uiginti & unū: Im-  
 perium Romanū administrauit annos triginta octo, Regnauit in Hispania, Si-  
 cilia & Sardinia, annos quadraginta quatuor: Vir rerū gestarū magnitudine  
 præstantissimus Imperatorib. ac Regibus cōferendus, se omni Virtutū gene-  
 re ornatissimis, de quibus & præsentis ætatis libri referti sunt, nec sequens æ-  
 rum cohonestatum est. Inter quos in Italia Bononiæ, Frācisus Robortellus,  
 Florentiæ: Iohannes Baptista Aorianus. In Germania Viennæ: Georgius  
 Edecus, & Andreas Rapicius Cæsaris consiliarij, & Paulus Fabricius Ma-  
 thematicus. Friburgi Brisgoiæ Iohannes Artopoëus Iureconsultus.

Deniq;

Anno 1558

Deniq; in Exequijs Augustanis Ludouicus Madrutius ita uirtutes eius celebrarunt. Vt certamen laudum ipsius suscepisse uideantur. Quare ne nos post Homerum Iliada scribere uelle uideamur, breuitatis studio parciores hic erimus, ad eos Lectorem uirtutum CAROLI cognoscendarum cupidum remittentes. Fortuna uero etsi à puero ita prospera fuerit usus, ut ea comite, sempiterna immortalitatis trophæa erexerit, q; in Europa cōtra ipsum arma cœpissent: uiri in uictoris potestatem peruenerint, ut duo Gallicanæ factionis Reges Franciscus I. & Hēricus Navarraus, mox Clemēs VII. Rom. Pōtifex, deinde Guilhelmus Cluēsis Dux, & post hūc in bello Germanico, Ioannes Fridericus Saxonix Elector, & Philippus Hēsiæ Lādgrauius, horūq; castra & scedere secutus Ernestus Dux Brunswicēsis, tamē quæ eius in reb. humanis est uolubilitas & incōstantia, ea ab ipso ad hostes extremo tēpore trāsiens, ut olim pstantissimos Imperatores, Mariū, Syllā, Pompeiū aliosq; quamplurimos hūc deseruit. Nam cū Principib. cōfoederatis captis, noua religiōis formula, quā INTRIM dixere, introducta, pijs Doctorib. atq; ministris Euāgelij, plerisq; in locis superioris Germaniæ pulsis, ciuitatib. liberis, ingēti pecunia multatis, ac plerisq; Hispanorū p̄sidio durissimē afflictis, Magdeburgū Saxonix Imperij omnib. his cōstantissimē reluctantem, diuturna obsidione, immensis Imperij sumptib. pressisset, nec ex formula fidei datæ Landgrauium captiuū libertatē pristinā ad p̄ces Mauritij Electoris Saxonix, aliorūq; dimitteret, tota ferē Germania in eum excusso seruitutis iugo insurgēte, ac religiōis libertatē cū iuriabus amissis acerrimē repetēte, ita (Deo uel neglectæ religiōis curā, uel oppresorum iniurias uindicāte, ut plurimi sensēre, uel ipsum ad fortunæ instabilitatis cōsiderationē reuocare uolēte) tam grauit̄ est exagitatus, ut nec fortunæ insultib. resistere, nec aduersariorū conatib. occurrere, nec in Germania ualētudinē afflictā curare potuerit. Nam præterquā, quod ultra Alpes, in Togata Gallia, Italia, terra marisq; ex clientelarū amissione, classis militūq; deportatione incōmodi plurimū senserit, Principibus Germaniæ, Mauritio Saxonico, Alberto Brādenburgico, Ioāne Alberto Megapolēsi, & Vuilhelmo Lādgrauio Hēsiæ in eum insurgentibus ipsumq; faucib. Alpiū occupatis, hostiliter secantibus, Oeniponte insigni rei priuatæ & publicæ iactura fuga euadere, atq; mox ex obliuione Metensī mutilatum ac extenuatū exercitū longē florentissimū, cū miserabili clade reducere coactus est. Eo morbo, uel ex cōsideratione infelicitatis, uel poenitētia rerū susceptarū cōtracto, q; eius nō solū infimitas, sed & uitæ breuitatis occasio extiterit: Ita, ut inter cetera Regib. ac Principibus, & in hoc exēplo esse possit, ne fortunæ prosperitate cōfisi, ea tentēt atq; suscipiāt, q̄ uel euerioni fortunæ ipsorū, uel alienationi animorū subditorū, uel consiliorū susceptorū poenitētia ipsis causam p̄bere possint. Et quidē de hisce satis. Sobolē Carolus post se diuersam ac uariā reliq̄t. Ex nuptijs cōcepti tres. PH. Rex, omnium paternorū Regnorū hæres, legitima cōstitutione creatus. Maria Augusta, Maximilianī II. Imp. ac Ioanna uidua (quæ Lusitano Regi in matrimonium collocata olim fuit) parēs eius, qui p̄ tēpore Regnū habet Portu gallicū, Regis atq; Princeps fœmina rarę uirtutis, q̄ aliquādo p̄ fratrem, dum ab esset è patria, bello implicatus Gallico, compellebatur, omnē administrauit rex itq; Hispaniā. Naturales autē liberi sunt: Margarita, Alexādro Medici primū, secundū uerō nupta Octauio Parmæ ac Placētix Duci, quæ eadē loco fratris præfuit Belgio & postremus Ioānes Austriades ex Ratisponēsi puella natus.

Porro non toto mense interpolito, legi naturæ satisficientem fratrem, deinceps Maria soror Diuo Lucae dicato die est subsecuta: quæ post eadē cōiugis Ludouici Regis Hungariæ: Belgico Præfecta à fratre Carolo non solum expectatione satisfecit, sed & illius gloriam auxit & cumulauit. Nihil enim in omni eius administratione est cognitum, quod non cum maximorum regum

regnum atque Imperatorum factis merito possit comparari. Ac dum pace frui licuit, pacis a mantem sese omnibus declarauit: iura dixit populis, oppressis opem tulit: Reipub. commoda fouit, auxit & ornauit: At ab hoste lacessita, uere se heroica animi magnitudine praeditam ita declarauit, ut & insidijs hostib. maiorem sese ostendere, & inimicos exercitus saepe feliciter profligaret ac stereret. Circa hoc tempus obitus Caroli, feruente adhuc bello Gallico commeatibus inopia exercitus laborare & ob autumnales tepestates, impendentemq; hyemem non optime habere coepit. Eam ob rem exacto Octobri melior pars militum castris excessis, quibus Nouembri statim secuto missio data est, ita tamen, ut delectum aliquem certum Reges praesidiorum loco sibi retinerent, in hyberniscq; disponerent. Interim dum de pacificatione in supradicto conuentu ageretur, & sola Caletum causa scrupulum inijceret, cuius rei edictum e Britannia prope diem expectatur rebus futuris incommoda Reginae Anglicanae mors nunciata est, quae tum causam publicam speratae pacis non nihil perturbauit. Extincta autem est decimo quinto Calend. Nouembris. Circa eadem tempora Magister equitum Memorantius ea lege remissus est, ut bis centum natu filium apud Terouanam captum appensis quinquaginta aureorum millibus redemerat. Deinde conflictu Sanguinino, accepto in femore graui uulnere, ipse cum duobus filijs captus, quincuncem supradictae pecuniae perfoluit. Venit item paulo post in Philippi potestatem Amiralis eius nepos, & cum eo affinium ac propinquorum non pauci. Ita ille consultor suae fortis belli, eo grauius enim in Sanguintina illa clade errasse uidebatur, quod maiorem acutissimi ingenij prudentiaeq; opinionem in Gallorum animis angisset, quem omnes nimis strenuum iactitabant post missionem Magistri equitum, Amiralis quoq; pactis quinquaginta millibus aureorum est dimissus.

Anno 1558.  
Reginae Angli-  
cae mors.

Eodem anno Moscouitarum Princeps potentissimus in Liouoniae Torpatensem ditionem ingentem mittit exercitum, trecentorum millium hominum, qui omnia longe & late populantur, ferro & igni omnia uastant, & per multa miliaria omnia caede, rapinis, foedissima barbarie & immanitate complent. Nulli neq; aetati, neq; sexui, parcitur. Pueri infra annum decimum necantur, intra decimum & uigesimum constituti Tartaris feris hominibus uenduntur, supra uiginti annos, trucidantur omnes. Pecus omne quod in Moscouiam abduci non poterat, mactas: ingens ex tota Torpatensi prouincia praeda abigit. Quadraginta dies hunc in modum saeuitum est, paucis arcibus & una Torpatensi ciuitate uim hostilem euadentibus. In Germanos ille Moschouitanus exercitus praecipue saeuiebat: deprehensos omnes, mares quidem brachijs truncatis, foeminas sectis uberibus dire cruciant, pluresque in frustra discindunt, & membra palpitantia hac illac dispergunt. Multa nobilium & populanibus intra Torpatum urbem se recipiunt, etiam ex ijs qui decem, imò & uiginti miliaribus inde distaret: sed cum nimiam multitudinem urbs capere non posset, supra millia decem in oppidi fossas confugiunt. Erat uidere miseriam, alios asperissimo hyemis frigore, alios inedia, alios postremo hostili gladio confectos, passim ruere. Nam sauisissimi Moscouiorum milites, ubi miseros in fossis latitantes conspiciunt, praecipites in eos irruunt: gladijs, lanceis, sagittis immaniter conficiunt, erat que plurima mortis imago. Qui intra urbem erant, nimia hostium multitudine absteriti, non fuere ausi miseris ferre opem: tandem multis in eos tormentis exoneratis, hostes abscedunt. Inde porro in Teutonici Magistri ditionem per Leidense territorium proficiscuntur, eadem que illic

Moscouitarum  
Principis in  
Liouoniae furor.



## 2140 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1558. illic horrendæ crudelitatis exempla edunt, adeoq; populantur omnia ut ne unum quidem ruguriolum incolume permanserit. Eundem in modum se gerunt in regione Neruiensi, quæ & ipsa paret Magistro Teutonico. Vbi satis tandem cædibus, rapinis & incendijs grassatum est, in Russiam immensis aucti spolijs reuertuntur. Nemo illis Liuoniæ procerum ausus est ire obuiam, ita ut impune illi omnia vastarent & diriperent.

Fit deinde Conuentus omnium Liuoniæ procerum in Vuendensi oppido, & post multam disceptationem in eam sententiâ itum est, ut sexaginta aut septuaginta aureorum millibus pax ab hoste redimatur. Quod etsi turpe uideri poterat, post tantam acceptam cladem, tamen in præsens non aliud occurrebat consilium. Interim uerò dum Liuoniensium Legati longissimis uiarum immensis spatijs ad Moscouiæ Principem contendunt (abest enim urbs Moscouia à Torpato, centum quinquaginta milliarijs Germanicis) Liuones contra pactas quadrimestres inducias Rutenicæ Neruiæ incolis uim adferunt, duabus colubrinis in eos displois & non paucis occisis. At tamen Moscouiæ, quibus religio erat, uiolare inducias, nihil se commouent, sed celerissimo nuncio rem totam ad Principem suum deferunt. Ita accidit ut eodem tempore quo Liuoniensium Legati Moscouiam urbem perueniunt, etiam hic nuncijs ad Principem perferretur. Legati eius quod acciderat ignari, Principem adeunt, de pace tractaturi. Sed ille uehementer commotus, induciarum ruptam fidem eis improperat, cum nouo quodam dogmate, quod ab annis paucis compleri sint, omnem illos fidem, pudorem, constantiam abiecit, dicitat. lubet redire ad suos, pecuniam reddere Magistro, se breui ad futurum, & egregie acceptam iniuriam uindicaturum. Ad fines Moscouicæ & Liuoniensium ditiorum, duæ erant urbes cum singulis arcibus: utraque Neruiâ dicebatur: sed altera Germanica, altera Rutenica. Inter utranque non nisi fluuiolus intererat. Itaque Liuones è sua Neruiâ, duas (ut dixi) colubrinas in Rutenorum ruptas pueram exonerarunt, alijsq; præterea Liuonibus uicinis, qui inducias ruptas putarent, confluentibus, aliquot Rutenorum cædes ediderunt. Ea res animum Moscouiæ Principis ab omni pace prorsus abalienauit. Rursus ingens cõscribitur è Moscouia & Tartaris exercitus, qui primò Neruiam Germanicâ occupant uis, arcem ditione capiunt: ciues Neruienses Moscouiæ Principi sacramentum dicunt. Capta Neruiâ, exercitus omnis Neruiense territorium longè lateq; ad quindecim Germanica milliaria foedissime rursus diripit & uastat, multaq; in sui Principis ditionem redigit. Post in Torpatensem diocesin aduolant, Episcopi arcem Nienhusium, octodecim à Torpato urbe milliarijs distans, obsident & deditioe accipiunt, uita uiris & foeminis donata: sed cum ex arce ad duo milliaria excessissent, in aliud Rutenorum agmen incidunt, qui raptis uirginibus & foeminis, uiros rebus omnibus spoliatos admittunt. Habebat Magister Teutonicus aliquot equitum turmas, sed cum audiret Moscouitam cum uniuerso agmine aduentare prælij committendi causa, deserto Torpatensi Episcopo, ad uiginti quinque ferè milliaria aufugit. Porro Ruteni equites ad triginta millia cepto pergunt itinere, Germanos quoq; obuolos trucidant. Totius exercitus Moscouitici dux Petrus Sifegaleider strenuus olim pirata, cum omnibus copijs, in quibus erant Tartarorum triginta millia, & Selopetariorum millia duodecim, ad Torpatum obsidendum progreditur. Erant hominum ad trecenta millia. Interim Germanos quosdam apprehensos, crudeliter tractat, uiris brachia, foeminis ubera & nares præcidit: sicq; foede deturbatos, in urbem mittit: oppidanis, ut se dedant, imperat: ni faciant, eadē ratione se omnes mulctaturum edicit. Multi iam ciues ex urbe discesserant pauciq; qui urbem defenderent, relictis erant, ipsi in religione dispares. Catholici inter Ecclesiæ Cathedralis immunitatem, ut uocant, suas habebant ædes. Neminem enim ciues Torpatenses

*Nota Tartarorum aduersus Liuones expeditione.*

patentes apud se ferebant, qui non catholicam religionem eiurasset. Moscovitæ ubi ad oppidum ueniunt, horrendum in modum tormentis omnia concutunt. Fit magnus foeminarum & puerorum eiulatus: & licet ciues initio urbem constanter defensuros se reciperent, & Senatum ad constantiam hortarentur, nihilo minus tamen paulo post in tolerandis conditionibus se dederunt Moscouitis: modo uita & facultates ipsis saluæ maneat, Pontifici & Imperio Romano renunciant, & præstito Sacramento, in Magni Moscouici Ducis Imperium cõcedunt. Ea re cognita, Dux exercitus Moscouitici nunciat obsessis, neminem se cogere ut abiurato Imperio Romano in Moscoui Principis dittonem transeat. Si qui id nolint, licere illis in Germaniam illas abire. Itaque cum Catholici foris hostes, intus ciues aduersos haberent, quoque tristissimum spectaculum, dum maritus ab uxore, frater à sorore, liberi à parentibus diuelluntur. Qui in urbe remanserunt, Pontifici & Imperio Romano ualefaciunt & Moscouitico iugo colla supponunt. Longum esset enarrare, quantâ cladem Liouoniæ amplissimæ prouinciæ dederit Moscouiticus exercitus: sed omnia recto Dei iudicio, nam & intestina dissensionem distracti, qui ad Christianam religionem propagandam, mutiramq; dilectionem fouendam, Liouoniæ præfecti essent, inter se funesta bella gerebāt. Cœpère plebem deglubere, tributis & exactiõibus emungere, & quos extrema premebat egestas, ab his diuitias & luxus instrumenta conquirere. Augebat eorum uirparum hæcenus in miseram plebem Imperium, utpote quæ ita seruire & subijci uidebatur, ut non sui, sed alieni iuris: non liberi, sed serui haberentur. Si quid criminis designabant, flagellis & fustuario mulstabantur, quorum fortunæ ubi per luxum & intemperantiam collaberentur, eò impotentius in miserum uulgus sæuiebant, ut flagris & uerberibus, si quid habebant frumentorum, ouium, gallinarum, mellis & id genus & cortices famelico ore priuarim arrodere, aquam farina commixtam potare, in extrema miseria & egestate uitam trahere. Nec præfecti duntaxat & ciues peruasit, ut omnia luxum, libidinem, fastum & superbiam repræsentarent. Quare non mirum, si Deus tantis Liouoniensium peccatis offensus, tandem ea per Moscouitas & Tartaros, tanquam iræ suæ organa, Deum reuereri, iustitiam colere, uirtutes amplecti, ac uitia fugere discant.

Eodem anno Millesimo Quingentesimo quinquagesimo octauo in Nouembri, duo uiri illustres & Comites Scoti, qui fuerant in Legatione nuptiarum suæ Reginæ apud Gallos, extremum uitæ diem obiére Diepæ, unus scilicet Georgius Lesle à Rothess, die 9. & alter S. Gilbertus Rennedij à Casnilis die 14. eiusdem mensis & anni.

Sexto die Nouembris mortua est Maria Angliæ Regina, Henrici Octauo Anglorum Regis filia, Angliciq; Regni hæres: quæ Philippo Regi Catholico Hispaniarum, Caroli Quinti Imperatoris filio nupsit, turbatis & dimissis & foris, bellorum procella rebus ferè omnibus, nullisq; post se relictis liberis. Eam eodem ferè tempore secutus est quoque Reginaldus Polus Cardinalis Diaconus ad Cosmam & Damianum, & doctrina & nobilitate generis clarus, utpote è Margarita Eduardi quarti Anglorum Regis nepte generatus. Hunc adolescentem Henricus octauus Rex, literis libetaliter imbui curarat, multisq; officijs affecerat, cæterum dum mutationem ab Henrico Rege in Angliæ Ecclesias introductam improbaret, ex patria discedentē Paulus

Scotorum Lesle  
gati ad regias  
Francorum nup  
tias in Gallia  
moriuntur.

Regina Angli  
arum & Car  
dinalis Polus  
cessus

## 2142 Epitome Rerum Gestarum

ANNO 1558. Ius tertius monitu & commendatione Contareni Cardinalem creatur, Romanamq; aceruierat, eius opera sapissimè usus, quam non solum ipsi in legationibus & scriptis, pro sede Romana editis, sed & successoribus eius cumulatissimè probauit. Nam cum à Margarita Regina Angliæ anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto loco pristino, suæq; stirpi & familiæ, & hereditati, unde Rex Henricus eum deiecerat, restitutus esset, rem sua cohortatione & diligentia eò deduxit, ut Angli absolute Papali ab ipso accepta, ad communionem Ecclesiæ Romanæ redirent, & Rex atque Regina pro populi uenia deprecantes ad eius genua procumberent: Cui ergo in uita charus fuerat, eius quoq; Comes in morte extitit: cuius testamentum sub finem uitæ conditum ab eo, quod quia præclarum & memorabile est, huc ascribere non piguit.

Cardinalis Polus  
hæc testamentum

In nomine Sanctissimæ Trinitatis: Ego Reginaldus miseracione diuina, & S. Mariæ in Cosmedin, S. Roman. Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Polus, Archiepiscopus Cantuariensis, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ sedis Legatus, per Dei gratiam compos mentis & memoriæ, licet corporis infirmitate detentus, cogitans, me morbo præsentis de uia uniuersæ carnis adiuuari, & idcirco uolens domui meæ disponere, habens testandi facultatem à se. re. Paulo Papa 11. hoc testamentum, meam ultimam uoluntatem in se continens, condo, facio, & ordino in hunc, qui sequitur, modum. In primis per gratiam Dei in eius fidei sinceritate, quam maiores mei acceperunt & didicerunt à Sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum magistra, integer & indubius existens, cum omni humilitate commendo animam meam omnipotenti Deo, qui me creauit & redemit per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, in eius una Sancta Catholica Ecclesia, & in eius, qui in Apostolica sede residet Rom. Pontificis obedientia, profiteor me semper uixisse, & mori uelle, quod ut facere possim, usque per magnam Dei misericordiam, & per merita IESV CHRISTI in eadem fide & obedientia usque ad finem perseuerem, beatissimæ Virginis Mariæ, & uniuersæ Ecclesiæ, tam triumphantis quam militantis precibus adiuuari maximè opto & precor, cum timore & tremore, me ipsum, ac meam respiciens indignitatem, sed de Dei misericordia & gratia ita confusus, ut sperem & expectem redemptionem corporis mei, & uitam æternam, per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto est Deus benedictus in secula, Amen. A Sanctis. autem Patre ac D. N. Paulo Papa quarto, quem ante Pontificatum semper ut patrem colui, & cuius honori in eius Pontificatu secundum Deum semper fideliter inseruiui, & quem admodum in omnibus actionibus & legationibus, quas pro sede Apostolica suscepi, mihi conficius non sum quicquam, me unquam quæsiuisse præter Dei honorem, & eius Ecclesiæ dignitatem & utilitatem, post pedum oscula beatorum patrum benedictionem cum omni reuerentia peto pacem & incolumitatem, & omnem ueram consolationem illi optans, eius autem Sanctitati & Camere Apostolicæ pro redemptione anuli, & cæterorum, quæ Cardinales morientes relinquere solent, remitto quicquid mihi ab eadem Camera debetur tam ex prouisionibus per suæ Sanctitatis prædecessores Se. Re. Paulum tertium, & Iulium tertium ordinariè, nec non ratione ultimæ Anglicanæ legationis mihi assignatis, quam propter alias extra ordinarias expensas, in hac eadem legatione per me factas, supplicans, ut Sanctitas eius dignetur iuberet, ut ex hoc credito, quod ad summam sex millium ducentorum & ultra ascendit, hoc tantum pro me soluatur, quod certis officialibus curiæ in obitu Cardinalium de more dati consueuit. Corpus autem meum uolo & ordino, ut sepeliatur in mea Ecclesia cathedrali Cantuarien. in ea Capella, in qua caput

Beatus

Beatiss. Martyris Thomę, olim dictę Ecclesię Archiepiscopi, asseruabatur, ubi Anno 1558.  
 uolo & ordino, ut duę constituantur Candelarię, in quib. duo sacerdotes a Ca-  
 pitulo eiusdę Ecclesię successiue eligendi & presentandi ab Archiepiscopo,  
 qui pro tempore erit, instituantur, qui perpetuo pro anima mea & animab. pa-  
 rentum meorũ, & omnium fidelium defunctorũ, orent: Missam ibidę alternis ui-  
 cib. quotidie celebraturi, quod legitimis cautionibus & instrumentis perficere  
 curabit hæres & executor meus in irã scriptus, prout melius sibi expedire uide-  
 bitur. Quoniã uerò patrimonialia bona mihi non sunt, quorũ causa consanguini-  
 neorũ meorũ rationem habere debeam: Idcirco uolens ea bona, quę habeo, in  
 pias causas, & inter personas, de me benę meritas distribui: Magnif. ac Reue-  
 rend. D. Aloisium Priolũ patritium Venetũ, meũ intimũ amicũ & familiarẽ:  
 & eò amplius annis. quib. mecum coniunctissimę uixit, perspectũ & probatum  
 habeo: dignum iudicauĩ & elegi, qui mihi in bonis meis succederet, & uoluntã  
 meã de illis integerrimus executor existeret: cõfidentis pro eius charitate, &  
 mutua nostra beneuolentiã eũ hoc onus nõ grauatę suscepturum. Itãq; bono-  
 rũ omnium meorũ immobilium seu carallorũ iurium, nominũ, actionum, pecu-  
 niarũ, supellectilis, cuiuscunq; generis & nominis, tam in meos, quã in domus,  
 Capellę & Ecclesię mearũ usus paratę, nec non uictualium & prouentuum, quo-  
 usq; habeo, uel habiturus sum, & in summa quicquid tẽpore mortis meę con-  
 tingeret ad me spectare, aut spectare debet, dominũq; & iuris mei esse: uel quo-  
 modocunq; ad meam dispositionẽ & facultatẽ pertinere, tã in Anglia, quã ex-  
 tra: in Hispania, & in Italia. Romę & Venetijs, & alibi ubicunq; & quacunq;  
 causa & ratione seu cõmessione, uniuersalẽ heredẽ meum dictũ D. Aloisium  
 Priolũ instituo, eundemq; huius mei testamẽti executorẽ cõstituo & ordino,  
 quia publica mea bona, iustis prius funeris mei ac debitũ, si qua erũt, nec non  
 illis, q̄ supra ordinauĩ persolutis, & peractis per se, uel alios ab ipso sibi etiã in ar-  
 titulo mortis substituendos in pias causas, & inter personas tam meorũ paupe-  
 rũ cõsanguineorum, q̄ amicorũ & familiarũ, seu seruitorũ meorum arbitrio  
 suo distribuat & dispenset, dans & tribuẽs illi uel stituẽdis ab eo tã in rebus, q̄  
 in earum distributione, nec non si aliquid dubij ex hoc testamento oriri conti-  
 gerit, in eius interpretationẽ omnem eandẽ potestatem, q̄ ego ipse haberẽ, &  
 qua uti possẽ, si uiuens meę mentis sententiã executioni demandare usq; ad  
 plenã dispositionis huiusmodi & omnium premissorum satisfactiõẽ duraturã.  
 Quapropter uolo, & ordino, ut omnes & singuli, ad quos aliquid de predictis  
 meis bonis, ex dicti hæredis & executoris mei dispensatione prouenerit, quanti-  
 tumcunq; & qualecunq; id fuerit, illud de manu & uoluntate mea se accepisse  
 agnoscant & reputent. Ac de his omnibus, q̄ hęc ordinauĩ, & specialiter de hac  
 predicto hæredi & executori meo cõmissa dispensatione, uolo & iubeo, nemi-  
 nem penitus mortalium unq; ab eo, uel eius hæredibus, uel substitutis ab eo, rã-  
 tionẽ q̄rere, nec eum uel eos, ut rationem uel respõsum super eo reddat seu red-  
 dant, aut si quid huic dispensationi reliquum penes eum uel eos pmanserit, p-  
 ster seu presentent, quo, quomodo, aut quouis iure uel authoritate astringi, nisi  
 quatenus sibi placuerit. Quod si quispiã querelam aut molestiam ullã de iure  
 uel de facto in iudicio uel extra, cõtra eundem heredẽ & executorẽ meum, uel  
 substitutũ aut substitutos ab eo attentare uel inferre psumpserit, uolo, si ex his  
 fuerit, ad quos aliqd de predictis meis bonis peruenerit, ut omne id, quod per  
 eum destinatũ illi fuerit, amittat, nisi ab eò condoneat. Si uerò iudex ut totum  
 illud, in quo cõdemnari aut molestari cõtingat eidem legatum & donatũ a me  
 censeat, prout ex nũc lego & dono, quemadmodum etiã lego & dono eidem  
 eã dictorum meorũ honorũ portionẽ, q̄ ei p se sumere placuerit, quanquam a  
 me par est eum accipere, cuius sincero atq; explorato in me amorĩ nihil me nõ  
 debere

## 2144 Epitome Rerum Gestarum

ANNO 1553.

debere sentio. Quod aut ut liberè faciãt, magnoperrè cupio, ipsumq; rogo, si aut ut facilius & comodius hæc omnia peragat opera alicuius ex meis familiari bus uti uoluerit, hanc ei in primis præstare poterit Henricus Pynningemeus fi delis & charissimus cubicularius, & prouentuum receptorum generalis, q me arũ rerum omnium statũ planè nouit. Pro dilapidationibus aut nō est cur suc cessor meus in Ecclesia Cantuarien. aliquid petat, cum in melioramẽtis domo rũ ut liquidò apparet his paucis annis, quibus eidẽ Ecclesiã præfui, plus q̃ mil le libras expenderim. Huius aut mei ita ordinati testamenti seu ultimã uolun tatis superuifores, fautores, & defensores ordino uenerabiles fratres meos D. Nicolaũ Archiepis. Eboracen. Angliã Cancellariũ, & Dominũ Thomã Episc. Elien. ac dilectũ cōsanguineum meum D. Eduuardum Hastings Regiũ Ca merariũ, D. Ioan. Boxall Serenifs. Reginae Secretarium, D. Eduuardũ Vuilhel mũ Cordell regiorũ rotulorum p̃fectum, & D. Henricum Colẽ uicarium meũ, in Spiritualibus generalẽ, rogans eos pro mutua inter nos beneuolẽtia & cha ritate, hoc ultimũ officium mihi p̃stare ne grauent, ac p̃dicto D. Aloisio heredi & executori meo in distributione per illum exequenda, ut rectè expedite eam exequi possit, assistant, & illum consilio & opera audiunt, prout ab eo fuerint requisiti, & Serenifs. Reginae, nomine meo, de hac mea postrema uoluntate si gnificent, supplicentq; cũ omni reuerentia, ut qua benignitate & fauore Maie stas eius erga me uiuentem omnib. in rebus, & rationib. meis usã est, eandemq; mortuo exhibere, atq; ut huius mei ita ordinati testamenti impedimenta que cunq; collantur, gratiosè prouidere dignet. Pro huius autẽ humanitatis & of ficij præstiti qualicunq; agnitione, uolo singulos huius mei testamenti sup uiforũ quinquaginta libras dari. Atq; hoc assero esse meũ Testamentũ & ultimã uoluntatẽ & dispositionem, quã, si tanq; testa mẽtum nō subsistat, uolo codicil lorũ lure, aut in uim cuiuscunq; alterius uolũtatis, & dispositionis ualere, atq; omnibus alijs huc usq; per me cõditis, quas irritas facio prauale. Actũ Lam perthi prope Londinũ Vuintonien. Diocesis in manerio meã solitã residen tiã, Anno Domini 1553. die 4. Octob. Pontificatus sanctiss. in Christo, patris & Domini nostri D. Pauli diuina prouidẽtia Papã 4. anno 4. & regnorum Se renissimi Philippi Regis, & Serenissimã Mariã Reginae potestate 5. & 6. præ sentibus Venerabili fratre meo Thoma Episcopo Assaphen. ac discretis uiris cisco Stella Auditore meis testib. ad hæc per me specialiter uocatis & rogatis. In quorum fidem & testimonium hoc testamẽtũ mea manu subscriptũ, sigil liq; mei appensione, & testium supra scriptorum subscriptione cõmuniti feci.

Ego Reg. Cardinalis Polus Cantuariens. Archiepisc. testator subscripsi.

Ego Thomas Assaphen. testis rogatus subscripsi.

Ego Seth Olandus testis rogatus subscr.

Ego Mauritius Clenoire testis rogatus subscr.

Ego Iohannes Franciscus Stella testis rogatus subscr.

Ego Marcus Antonius Faïta Secretarius sigillum apposuit.

Dominicus Lamphonius scripsi.

Mense Decembri renũcita ex Hispania Caroli Quinti morte tacitus luctus omne Belgium occupauit, ita, ut repentè patritij uestem mutarint, eodemq; uestigio per delubra Sanctorum, consecrationes diuo Carolo à Pontificibus, tribubus plebis ac sacerdotibus factã fuerint. Cumq; ciuitates omnes Domi no certatim funus amplissimum luctu populari, toga pulla, funestaq; face cu rauissent, Philippus Rex uicesimo octauo Decẽb. ex Cœnobio Briementhal quò post obitum parentis Diui Caroli secesserat Bruxellas redijt, & sequenti die ei uigilias magno apparatu celebrauit, ex Palatio in adẽm D. Gudelã ma gnifico ac celebri comitatu stipatus, procedens.

Caroli V. exe.  
que à Rege  
Philippo Bru  
gellis celebrati

Viri à

Viri à palatio usq; ad forum & templum prædictum, ab utroq; latere cancel-  
lis fabricatis muniti, et hominibus pulla ueste indutis, facesq; ardentes cū insi-  
gnijs Cæsareis in manu tenentibus, circumsepti fuere cōcione, hoc ferè ordine  
procedente. Primò, pueri ciuitatis atq; scholastici circiter centum ueste linea  
Prælati, Abbates & Episcopi, non tantū Belgij, sed & aliarum regionum hære-  
ditariarū, cum infulis subsequabantur. His substituti erant circiter sexcenti pau-  
peres viri munificētia Regis Philippi, toga pulla & cucullo nigro uestiti, arden-  
tes faces cū Cæsareis insignijs gestātes, quos legati ciuitatū Belgicarū cōseque-  
bātur hos uerò Regij ministri ac pensionarij, quilibet p sua dignitate & loco.  
Vltimò nauis automata quinquaginta circiter pedum regem præibat, quam  
duo Equi fabre facti, qui dimidia parte corporis extra mare conspiciēbantur,  
funibus bombycinis subtilissimus trahebant. Et quidem à latere sinistro nauis,  
in longitudinem, nigris literis in auro hi uersus inscripti fuere.

*Non auri sitis, aut fama ambitiosa Cupido,*

*Non Sceptri persuasit amor tot adire labores,*

*Humani sed te generis pia cura coëgit,*

*Nauibus ignotas inuestigare per oras,*

*Quis sacra inferres populos CHRISTO QVE diceres,*

*Membra salutifera lustrans aspergine lymphæ.*

Infra quos uersus quatuor distentē imagines in longitudine diuisæ, erant su-  
(per quibus scriptum:

*Fide Indis inuecta.*

*Tuneto capto & restituto captiuisq; reductis.*

*Metone Coronæq; ui captis.*

*Germania Bohemiæq; sedatis.*

In posteriori nauis parte, denuò maiusculis & aureis literis inscriptum erat,  
PLVS VLTRA. Infra quas rursus duæ distinctæ imagines tali inscriptione

*Geldria recepta.*

*Aphrydisio deleta.*

In latere dextro nauis, hi uersus positi fuere:

*Successus neq; te, Cæsar, spes certa petiti*

*Destituit, donec te littore soluit Ibero.*

*Neptuno sternente uiam & tritonibus undis,*

*Auspicijs ueneranda tuis transq; aquora uecta.*

*Religio, tandem auriferis allabatur undis.*

*Lucenoua irradians mersas caligine mentes.*

Sub hisce etiam quatuor picturæ seu imagines sequenti inscriptione

*Mari pacato.*

*Tremisso restituto.*

*Solymanno profligato.*

*Orbe nouo inuento.*

Ex parte posteriori nauis grande uexillum atrum suspensum erat, cui ab u-  
traq; parte sequentia inscripta erant.

Imperatore Cæs. Carolo Max. P. F. Augusto Gal. Turc. Africo Sar. Victori tri-

umphatoriq; multarum gentium, Tametsi res ab ea terra mariq; gestæ, singularis

humanitas incomparabilis prudentia, ardentissima Religio, fatis terrarum orbi

conspiciæ sunt, Resp. ub. tamen Christiana ob memoriam iustitiæ, pietatis, uirtu-

tisq; eius Victricem nauem, quæ mundum circumiuit, quem suis ipse Victorijs il-

lustrauit. P. D. S. B. P.

Præterea quod nouum orbi nostro orbem patefecerit exteris gentib. Christia-

no nomini additis, multisq; regnis prouincijsq; aucto Hispaniarum Imperio.

Quod Solymannum Turcarum imp. cum CCC. equitum M. C. M. peditum,

Germaniæ impendentem, ruptis in fuga pontibus amissisq; sedecim millibus

equitum in suos fines compulerit Germania seruata.

Quod classe Peloponnesum inuadens, ciuitates Turcarum Metonen & Coro-

neæ ui cepit.

Anno 1558.

Quod Barbarossam tyrannum cum CC. M. peditum, XVI. equitum M. praelio ad Carthaginem superatum, Arce Goleta, sexaginta triremibus, multis Piraticis nauibus omni nautico bellicoq; apparatu, ipsa Tuneto, Hippone nouo, Hippone to uectigalicy facto ueteri legitimoq; Rege.

Quod Regnum Tremesceni deuicta praelio Mauritania regi restituerit.

Quod unde uiginti Christianorum captiuorum millia eo bello liberata in patriam reducerit.

Quod Aphrodisium Lybiae nobilissimum emporium, Sussam, Monasteriu, & elupeam classe ceperit, maritimasq; Lybiae ciuitates Principesq; uectigales fecerit.

Quod duas Turcarum classes, nostrum mare infestantes, duobus praelijs, altero ad lictus Mauritaniae, altero ad Siculum deleuerit.

Quod pristinam Reip. Genuensium libertatem restituerit.

Quod Ducatum Mediolanensem, sex exercitibus hostium repullis, tribusq; magnis praelijs deuictis Imperio Romano bis, Duci semel restituerit.

Quod praeclearo rei militaris peritiae exemplo primum cunctando, mox longis difficilibusq; itineribus celeriter confectis, Albicy transmissa tumultuantis Germaniae motus, pacata insuper Bohemia, Victor sedauerit.

Quod contra Christiani nominis hostes sponte: contra Christianos non nisi laeclisus & iniuriam propulsans arma sumpserit.

Fortissimo Catholico, optimoq; Principi, titulos trophaeque additis tumulo regnorum signis, deuictorumq; gentium imaginibus, eadem Christiana Respub. Maestati eius deuotissima.

Nauis quoque tres Virgines pulcherrime uestitae impositae erant, prior puppi in manibus habens argenteam anchoram; altera calicem: tertia in proa temonem seu clauum nauis gubernans. Post nauem duae columnae Herculis uectae foere, a duobus Elephantis affabre factis atq; post eam natantibus. Columnis uero hi uersus inscripti erant.

*Iure tibi Hercules superpsisti signa columnas*

*Mors horum domitor temporis ipse tui.*

Post Columnas quatuor maiora uexilla Imperij magnificentissime cõtexta & uiginti quatuor alia terrarum hereditariarũ gestata a praestantibus dominis atq; nobilibus omniu nationum sequebant: hae singula rursus equi singuli, terti stragulis bombycinis habente eadem insignia quae uexilla, hie omniu pulcherrime plumis eiusdem coloris ornat, atq; in eadem singuli cu pullato equo atro serico cooperto, a duob. nobilibus pulla toga indutis, frenis bombycinis ducti, inter medios equos cuiusq; nationis feciali (quae Heraldũ uocant) conte.

Hos ex ordine secuti fuere hi, qui dictae Caes. Mai. duas auratas galeas, altera cristata, altera cono aureo & Corona Caesarea ornatam: Similiter qui, clypeu cum duabus columnis Herculis, & clypeum cui corona aurea imposita & aureum Vellus circumuolutu erat: deniq; qui insignia Imperialia gestarunt: ut Comes Guntherus Schuartzburgicus Vellus aureum in puluino: Princeps Salamonsis Sceptrum: Princeps Auracus Pomum Imperij: N. Coronam Caesarem: Dux Villae Hermosae Gladium Caes. Mai. Vnoquoque horum etiam insignia Caes. Mai. uestem inauratam cum Aquila ante & reitro, portante: tandem post hos, incesit Dux Albanus, ut aulae praefectus, cum baculo, & post eum Heraldus aurei Velleris. Post hanc tantam turbam Rex medius leuante, gradiebat, uicensem & Ducem Arescotiu Ruiño Gomeſio fimbriam inter Ericu Brunſuicensem & decem equitibus aurei Velleris eum sequentibus. nimirum Comite de Bouſſi, Egmondano, Oberendio, Arescotio, Marchione Bergensi, Molemholſio, Curriero, Berlemontio, & Antonio Doria. Equites praedictos consiliarij Regij excepere hos, equites hastati, qui omnes templum ingressi sunt, ubi conſuetae preces atq; uigiliae, cum omni religione habitae atq; peractae sunt.

Hae exequiarum solennitas a tertia hora pomeridiana usq; ad horam octauam noctis circiter durauit, postea Rex eodem ordine ac cerimonia in palatium se contulit: omnibus ornamentis atq; clenodij in templo prope seretrum, sub tabularo

# Sub Ferdinando I. Imper. 2147

tabulato affabre multis facibus ardentibus instructo, positū, relicti: atq; mane exequias quam magnificentissimē apparauit. Quas itidem denuo mane circiter horam nonam antemeridianam, eodem ordine quo præcedenti uespere, accessit, sacro officio, cui peragendo Leodiensis Episcopus præerat, usq; ad horam secundam præsto manens. Quod dum celebraretur omnes prædicti Equi cum Vexillis, ordine ac pompa insigni ad altare offerebantur, uexillis alari affixis: Rex uerò ipsemet cum magna pompa solummodo ardētem facem manibus tenens, ad offerendum ducebatur. Eo facto suffraganeus Atrebatensis uir apprime eruditus, Doctor Theologiæ, ornatissimam orationem lingua Gallica habuit, qua Cæsaris Virtutes & Victorias, breuiter quidem, sed elegantissimē extulit, atq; ornauit. Postremò, officio penitus peracto, Rex per priorem uiam ordine quo antea, in palatium rediit.

Anno 1558.

## EPITOME RERVM IN ORBE

Gestarum, Anno 1559.



ANNO supra millesimum quingentesimum quinquagesimum nonū, Ianuarij die primo, Christianus Rex Daniæ & Noruegiæ extremū uitę diem clausit, uir sapiens & bellator fortissimus, Christianus re & nomine. Nam cum anno 1533. Friderico parente defuncto, Clementem nautam turbatorē lutię Borealsium & Christophori Oldenburgici copias instructissimas, quę ditionem eius paternam inuasissent, ad Asnicum Fionię urbē edita

Anno 1559.

Christiani Danię Regis uirtutes, & obitus.

ingenti strage ac inter cæteros duobus comitibus, uno ab Hoya, altera à Teckelburg interfectis deleuisset, ac regno pacem non sine laboribus ac difficultatibus summis parasset, in nullam rem magis incubuit, quàm ut doctrinam CHRISTI sibi optimē cognitam, per uniuersum Regnum Danicum propagaret, ac obstacula omnia quę cursum Religionis sanctę impedire uiderent, heretica animi magnitudine tolleret, atq; ecclesijs pios atq; idoneos ministros præficeret. Itaq; hoc studio id initio effecit, ut terrę Boreales, remotissimis mariū interuallis dissitæ, & tamē Imperio eius subditæ, Noruegia, Goilandia, Farenbum Insulæ, & Islandia, liberatis à falsis hominū traditionibus, syncerū Dei uertum amplecterent, & ut omnib. etiam posteris ad fontes doctrinę cœlestis aditum patefaceret. Biblia sacra in Danicā linguam magnis sumptib. conuertit, & tanq; seminata adiuctas fuisse, scholā Hassniensem ab auo suo Christiano primo fundatā, tunc autē motibus bellorū ferē collapsam restaurauit, aucto professorū numero, & in arce Hassniensi nobiliss. Bibliotheca instituta: Nec politica gubernatio eius excellentiū ac regiarum uirtutū expertus fuit, nam semper diligentiſsimē cauit, ne quid turpe per iniustitiam cōmitteret, sed, ut quod equū ac nonū esset tam plebeio q̄ patritio, tam pauperi q̄ diuiti tribueret. Adhęc pacis si quis alius amans, nō inanis & ignauū ocij cupiditate, sed qd belli incōmoda nosset, unde non temerē bellis se implicuit, sed ex necessitate suscepta ea animi moderatione cōfecit, ut nihil aliud nisi pax quę sita uideret. Sæpius cū gemitu aliorū Principum suę ætatis dementiā deplorans, qui bello uastitatē attrahere, q̄ in pace Ecclesiæ, Politij & Scholis cōsulere mallent. Verū ut omnes eius uirtutes persequamur, nec loci huius nec instituti nostri est: Sed quia felix & tranquillus eius ex hac uita exitus, nō solū Regibus ac Principibus, sed & omnib. p̄ſsimā moriendirationē exhibet, eam breuiter attingemus. Nam cū die 23. Decemb. 10. die ante obitū suum per uisionē edoctus esset, quod cū anno nouo inuouaret, statim indies ad mortem futuram, pijs exercitijs se preparauit. Itaq; cū alijs diebus, sacras cōciones diligēter audiit, scripturas religiosē legit, ac pijs precibus

Memorable uerē Christiani obitus exemplum.



Anno 1559.

precibus se suumq; Regnum Deo commendauit, tum uerò Calend. Ianuarij, primum summo mane sibi prælegi uoluit locum Pauli ad Galatas primo: CHRISTVS DEDIT SEMETIPSVM PRO PECCATIS NOSTRIS, VT ERIPERET NOS DE PRÆSENTI SECVLO NEQVAM, SECVNDVM VOLVNTATEM DEI ET PATRIS NOSTRI, CUI GLORIA IN SECVLA SECVLORVM, AMEN. Deinde apud Concionatorem pia ac Regem Christiano digna confessione edita, eum magna læticia audit, sibi annunciantem remissionem peccatorum, iustitiam & acceptionem ad uitam æternam, gratis propter IESVM CHRISTVM mediatorem fide apprehensum. Tunc Regina Dorothea præ fletu & dolore ex conclau, in quo esset, discedente: Rex uocatum ad se Cancellarium utrunq; Ioannem Frisium, uirum prudentissimum, optimè de Regno Daniae meritum unà cū Andrea Barbij, seria exhortatione & mandato graui alloquitur: hanc esse extremam suam uoluntatem, ut datæ fidei memores, Fridericum Regem designatum, pijs & utilibus cōsilijs in gubernatione adiuuent: & ipsi autores sint ac hortatores, ut pacis amans, uerbum diuinum per Christum nobis ex sinu Patris prolatum sedulo audiat: Ecclesias, Scholas, totius deniq; patriæ salutem, dignitatem & gloriam, paterno ac uito exemplo tueatur & promoueat: habent etiam ministrorum Regionum rationem, ut labores eorum liberali stipendio compensentur, & gratiæ illis pro præstita sibi fidelitate & dignitate agantur.

Posthac, cum Illustrissimi liberi eius, Ioannes & Dorothea, qui tum soli præsententes aderant (Fridericum enim in Selandia tempestas aduersa detinuit, & Magnus ad Ducem Saxonie Augustum Electorem abierat) lachrymis suffusi et eulantes, materno iussu patrem adirent, & genibus ante lectum innixi, offensæ, si forte ullam admisissent, ueniam peterent: ipse dextra capitibus eorum imposita, sanctos patres imitatus, illis benedicit: orans ut in uera pietate, timore Dei, & amore Verbi diuini honestè ac placidè uiuant, diuinis benedictionibus crescant & bonis omnibus affluant.

His digressis Regina iterum adueniens, multis eum lachrymis alloquitur: & errata, si quibus animum eius unq; offendisset, condonari sibi petit. Tum ille: Mea Dorothea, inquit, dulcissima coniunx, sis bono animo: nihil est iniuriarum: uita nobis, ita ut uolui, placida fuit: semper te amico esse animo erga me sensi, morigeram, obsequentem, bonam. Omnia sunt condonata. Nunc me Deus ad cœlestem patriam auocat: decet nostra desyderia uoluntati diuinæ subijci: & si unquam meam erga te experta es beneuolentiã, quæso hanc mihi gratiã nunc pro illa des, ut luctum minuas. Me enim non amittis, sed præmittis: & cū Deo ita uisum fuerit, iterum mihi iungens in uita æterna, in Regno cœlesti, ibi eris socius læticiæ & felicitatis æternæ. Hæc uita caduca est breuis & calamitosa: illa æterna & felicissima, in hac præsens, illam animo absens desideres, illam speres, illam dies noctesq; expectes, de illa cogites, illa te oblectes, ad illam in timore Dei te præpares, & dum inter homines uersaris, te fidei fructibus exerceas: liberos qua decet pietate instituas: & maxime Friderico nostro salutaria consilia communices, eumq; moneas ne nouis exactionibus suos subditos oneret, sed Deum timeat, pacem amet.

Hæc uerba mutuis amplexus consequitur, quo sibi inuicem tandem ualedixerunt.

Post Regine abitum, ipse oratione ad astantes nobiles, medicos & ministros ceteros conuersa, singulis pro officijs exhibitis gratias agit & dextera data, ualedicit. A meridie quatuor horas, quibus adhuc uixit, pijs exercitijs tribuit: & sapientissimis uotis Ecclesiam, sese, suamq; posteritatem & Regna Deo commendauit.

Si quis præterea uitæ longioris mentionem apud eum facere, & periculum mortis extenuare uolebat, hunc audire non poterat. Primus omnium lingua Germanica

# Sub Ferdinando I. Imper. 2149

Anno 1559.

Germanica Canticum Simeonis inchoans : Nunc dimittis Seruum tuum Domine, &c. Item: Medta uita in morte sumus, &c. Spe uitæ melioris lætus, cæteris affantibus luctu & tristitia penè obrutis.

Quis uerò non miretur, hominem adhuc uiuentē, eos Psalmos, qui mortuis, imò & sepultis usitatè acciuntur, sibi non secus ac mortuo, & ad sepulturæ locum allato, cantari uoluisse: Ita ut uerè tanquam Cygnus (si uera sunt quæ de hoc referuntur) funeris sui cantator fuisse uideatur? Sed admirationis causa facile eximetur, scienti, hūc Regem ab adolescentia religione cognita, semper in more iei habuisse, ut à cœna non uel alex, uel belluationibus uacaret, sed totum tempus usq; ad somnum, uel Psalmis canendis, uel historijs legendis tribueret: Exemplo omnibus alijs Principibus relicto, ut Deo magis, quàm mundo & eius uoluptatibus seruire recordentur.

Porro finitis canciónibus semel atq; iterū omnes quotquot in conclaui aderant in genua procumbere iussit, & Deum pro se ardentè inuocare, ut Spiritu diuino confirmatus in firma & constanti fide, qua tum lætus beneficia Dei complectebatur, ad finem usq; perseverare posset. Eo fideliter ac piè factis: affantes concionatores per uices dicta Scripturæ consolationis plenissima repperant, & præcipuè ea quæ Ioan. 3. & apud Esaiam capite 53. inueniuntur. Nec cessabat ipse quin sententias sibi antea familiarissimas in memoriam reuocaret, & dulcissima paraphrasi in sui consolationem explicaret.

Tandem post quartam pomeridianam horam, deficientibus paulatim uiribus, anima eius hoc mortali carcere placidè liberata: & ex hac ærumnosa uita, ad lætissimam Dei, castorum Angelorum, piorum Regum, & sanctorum omnium societatem euocata est, quorum colloquijs & suauissima fruitur consuetudine, graui sui desyderio omnibus pijs relicto,

Mortuus est omnium quantum uiuant Regum Rex honoratissimus, ac si quis alius Ezechia comparandus, in uicinia Coldingæ Cymbrice Chersonesi oppido ipsius Calend. Ianuarij, ut diximus, millesimi quingentesimi quinguelimi noni, anno ætatis suæ 56. Climacterico octauo. Fuit enim totum eius uitæ curriculum 55. annorum, quatuor mensium, & dierum uiginti. Præfuit Regno Danico annis serè uiginti duobus, quibus sibi biennium addatur, quod ab Electione ad coronationem eius intercessit. Regio muneris præfuit annos 24. Sepultus est Othonix, in æde D. Canuthi honorificè, ut decuit, 13. die Februarij, eodem anno 1559.

Liberos reliquit ex castissimo thoro conjugali quinque: masculos tres, Fridericum natum anno Christi 1534. Calend. Iulij: Magnum qui Episcopus Opsaliensis in Lituonia est, & Ioannem. Filias duas: Annam quæ nupsit Augusto Duci Saxonix Electori, & Dorotheam, elocata Henrico Duci Luneburgensi. In Regno successorem habuit filium Fridericum secundum, cui in Regni successorem legitime electo, fidem à subditis præstari uoluit, anno à Christiano nato 1542. ut est in disticho, quod simul & ætatem Principis & annum Domini complectitur:

EN UT REX DANIS LECTVS FRIDERICE VOCARIS  
NON ANNI PLVRES OCTO FVERE TIBI.

Viuit hic hodierno die, bellis cōtra Dietmarfos & Suecos Trolanum æquivalentibus, quàm pace à qua nomen habet celebrior, ab hac ad illa contra uoluntatem, aduersariorum contumacia tractus.

Paucis diebus post Christiani mortem, & quidem saltem quindecim, ut quidam prodidiere, uel, ut alij rectius uigesimo tertio Ianuarij, Christianus patruelis, eius uestigia prosequitur, moerore (ut à fide dignis scriptum est) extinctus, annum agens septuagesimum septimum, Climactericum undecimum, Quosdam scribere non puduit, cum præsentissimo ueneno sublatum, diem

2150 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1559. suum miserè obijisse, sed ueriora alij qui mœtore mortis nepotis Christiani, eum mortuum scripsere: Nam hic ante mortem suam patrualem perhumanè adijt, atq; captiuum inuilit, cumq; multa in familiari colloquio ambo simul communicassent: deprecati alternas inimicitias, iniurias itidem libi inuicem condonarunt.

De eius crudelitate in Suecia & Dania exercita, alij copiosè scripsere: unde Deo iustâ ab illo repente uindictâ, dittonibus suis eiecius uagus, & inops cum coniuge & liberis in Selandia alieno solo exulauit. Tandè cum Regnum cõparatis in Belgio copijs, anno 1532. recuperare uellet, à Regni Dania consiliarijs atq; proceribus, eũ pacta uiolasse prætendētib; captus, & custodiã traditus, captiuus usq; ad extremum uitæ diem permansit. Potest hic Regibus & Principibus esse exemplo, ut si rectè atq; feliciter subditis suis imperare ac dominari uelint, suis affectibus moderentur, nec nimium dominandi insolentia elati, sibi indulgeant, Deo eos subinde ob id de solio deturbante.

Elizabetha Angliæ Regina. Die 15. Ianuarij eiusdem anni 1559. cum res non satis adhuc essent cõstitutæ & pacatæ motibus populi ubiq; in Anglia durantibus in demortuæ Mariæ Reginae locũ sufficitur D. Elizabetha, quâ Rex Henricus VIII. ex Anna Bolonia suscepit, uirgo annos nata quinq; supra uiginti, Princeps pietate forma ac prudentia conspicua, ac nō solum erudita, uerũ etiã præter Latinum sermonẽ, Gallici atq; Italici Idiomatis perita. Quæ ipsa Londini urbe regia ex consuetudine solennib; ceremonijs corã S. P. Q. Anglico 17. Cal. Feb. inaugurata est.

Henrici Ottonis Palatini mors.

Anno 1559. die 5. Feb. celebratæ sunt Lutetiæ Parisiorũ nuptiæ D. Claudij se cũdẽ filij Gallorũ Regis Henrici 2. cũ Illust. Principe Carolo Lotharing. duce. Eiusdem mensis 12. terram quoq; cum cœlo cõmutat Henricus Otto Palatinus Elector, anno ætatis suæ 57. qui ut ipse ante biennium Friderico patruelli successerat in Electoratu: Sic & Fridericũ Ducem Simerensẽ agnatũ successorem in eo habuit, sepultus Heidelbergæ in Mausoleo, quod uiuus sibi cõstrui curarat. Princeps bonus, cordatus, sedatus & religiosus, & erga literatos, si q; alius, liberalis, omniumq; literarũ atq; artiũ Mecœnas munificus. Natus patre Ruperto Palatino, qui patrẽ habuit Philippum Electorẽ, & matre Elizabetha Georgij Ducis Bauariæ cognomẽto Diuitis filia. In iuuentute multis peregrinationibus, inter has Hierosolymitana, susceptis: Vxorem duxit Susannã Alberti Bauarici cognomẽto Sapientis filiam, uiduã Casimiri Marchionis Brandenburgensis, ex qua sobolem nullam sustulit. Dignitate Electorali cum ditio nibus ad eam pertinentibus, ex transactione inter Palatinos iam ante facta, ad Fridericum agnatum, Ioannis Palatini Simerensis filium transmissa, in ducatu Neoburgico ex titulo donationis à Carolo V. confirmatæ, Vuolffgango Palatino agnato ei succedente.

Comitia Augustana.

Mensis Februarij die 25. cœperunt comitia Augustana, uigore recessus Francofurdensis: Anni superioris mense Decembri celebranda, in hũc uerò certis de causis reiecta. Vbi in Principum et procerum ex tota penè Europa frequentissimo conuentu exequiã celebratæ sunt Caroli V. Imperatoris potentissimi, singulari studio & solennibus cæremonijs. Quibus peractis Ludonicus Masdrutius Elector Tridentinus, ornatissima oratione uirtutes & res gestas Caroli V. celebrauit. Porro in his comitijs præcipuè actum est de religione, communi pace, & certo ordine in monetis obseruando. Ordinis quoque Teutonici in Liuania Magister, per Legatum suum Georgium Siburgium Commendatorem, ut uocant, Dunaburgensem, opem & auxilium ab Imperij ordinibus contra Moscouitas (quos anno superiore magnum Liuania damnum intulisse, supra commemorauimus) petit: Idem quoque Ioanne Alberto Duce Megalopolensi, uehementer ac sedulo sollicitante. Etsi uerò ad sollicitationem horum, unanimi suffragatione decretum sit, ut Liuania miserè quærenti de atrocissima hostis Moscorum extrema crudelitate atque iniurijs contentis

centenis aut eorum millibus ad exercitum conscribendum, supplicia ferrentur. Anno 1559.  
 Id tamen Liouoniae administrandae praefectis adeo, tenue & exile est visum, ut  
 id negligere maluerint, quam se in tam exigua summa spem aliquam atque  
 fiduciam temere posuisse uideri. In quo, ut obstinata eorum arrogantia culpa  
 da est, qui rebus in extremum discrimen adductis, quod auxilij oblatum fuit su-  
 perbe respuerint: sic nobis saniora consilia in posterum optanda, qui provinciam,  
 quae Germaniae aduersus finitimorum incursiones, firmissimum propugnaculum  
 fuit, atrocissimi hostis tyrannidi relinquere, quam largiori collatione pecunia-  
 rum ei succurrere maluerimus. Verum id ita forte Deo visum est, Liouoniae pec-  
 cata punire uolenti, quae tanta fuisse feruntur, ut quod accidit etiam merito ac-  
 cidisse uideatur, & calamitas ipsis illata (ut ille dixit) in culpam transeat, nostro  
 si sapere uouerimus exemplo.

Hoc eodem Febuario ad Cambresiam arcem, quae sexto a Cameraeo miliari  
 distat: Henrici & Philippici controversiae disceptatae atque compositae sunt: Sed  
 unus tantum nodus super Caletum statu restabat, quos Philippus Britannis re-  
 stitui omni ratione petierat. Quae disputatio cum refelli sine iracundia uix posse  
 uideretur, & qua non concessa nulla forsitan fuerat secutura compositio, a Re-  
 gina Angliae Elizabetha, nuncius interuenit, qui assererat, Reginam cum Gal-  
 lo pacem hac lege iniisse, ut exacto octennio Britannos in possessionem ueterem  
 Rex restitueret: aut 500000. aureorum penderet: & eius rei quos Regina opta-  
 set, quatuor ex nobilitate Gallica obsoles daret. Ea ratione accepta, cum cetera  
 sauis inter Reges conuenirent, ad Cambresiam optatissimam pacem 3. Non.  
 April. inter se legati fecerunt, ex quibus pro Philippo erant Albanus, Auratius,  
 Antonius Perenotus Aurebatum antistes, Melitaeus & Viglius Zuichemus, uis-  
 equestri dignitate, idemque a priuatis consilijs. Pro Gallo erant Cardinalis Lotha-  
 ringus, Comesstabilius, Marechallus S. Andreas, Aurelianus Episcopus, & Lau-  
 respina a Secretis. Interuentu quoque suo, in eo negotio Christierna Lotharin-  
 giaca, cum filio adolescente, eam operam, diligentiamque, cum affinitatis tum  
 communis salutis causa, praestitit: ut & gratiam apud utrumque regum, atque pa-  
 tris alterutrum studiosos singularem inueniret, & conciliatrix amicitiae, fauatrixque  
 admutuam pacem, & foedus indissolubile inter se faciendum, inclinatis. Lega-  
 ti, quos diximus, hac pacis conditiones tulere ac recepere.

Primum omnium, ne aeta conuentaque maiorum ulla ex parte tantillum rescin-  
 dant, sicuti Reges ipsi biennio ante illa ipsa foedere Vacculano corroborassent  
 nisi noua hac pactioe secus, speciatimque statuissent.

Deinde ut inter Reges, Regios liberos, atque omnem posteritatem fraternus  
 sit amor, mutuuum studium, beneuolentia, officium, charitas, dilectio, societas,  
 itaque in uniuersa generatim Repub. pax una, constans, ac perpetua: quae nihil  
 habeat insidiarum, siue domesticarum, siue peregrinarum: sicuti nulla in re, se-  
 se mutuo deinceps per conuenticula, aut sodalitates Europaeas, Christiano-  
 rumue, uel Asiaticas Turcorum ac Barbarorum defraudent.

Fidem auctoritatemque suam Reges interponant quamprimum contocan-  
 do, habendoque cum in honorem Dei Opt. Max. tum ad salutem Reipub. Chri-  
 stianae, ac tranquillitatem ciuitatum oecumenico concilio.

Utriusque subiectis populis, ac clientibus, quocumque illi tandem ordine ac con-  
 ditione essent, siue sacris initiati, siue profani, & quamlibet abacti uel prosciri-  
 pti, aut aduersum dominos religione intentata consurrexissent, aut contra pa-  
 tronos bellum armaque gessissent, desertam liceat adire hereditatem, & possessio-  
 nem statorum bonorum cernere: quae aut fiscus Regius sustulerat, aut ha-  
 bita in foro posita, acerbae uoci praconis praetor subiecta uendiderat, exce-  
 ptis ab hac liberalitate Regia illis, qui ex Sicilia, Neapoli, atque ab Insubribus  
 exulabant. Ut uelut alterna damna praestando, toto octennio bello aut alio  
 quouis

Inter Philippum  
 Hispaniarum  
 & Henricum  
 Galliae Reges,  
 pax ad Cam-  
 bresiam consti-  
 tuitur.

Pacis condi-  
 tiones.

Anno 1559.

quouis modo usurpatis ciuitates inuicem reddant. Particulatim uero Franciæ Rex Dinodorum, Marianum, Luosium, Danouillarium, Momedium, Belgica municipia, & Valentium Insubribus, una cum castris, oppidis, arcibus, locisque omnibus, quæ ille eis, trans Alpeis occupasset (eaq; omnia salua atq; integra, præter unum Luosium, quod moenibus nudet ad compensationem euerse Teruana) Philippo restituat. Contra Philippus cedat Augustam Veromanduorū, Castellum, Hanensem arcem, cum ditione uniuersa, deinde solum Teruanae diocesis, dum ne olim aliquando exædificata, instauratione communiatur.

Philippus possessum eat Comitatum Carolatē, cum Hessedino, & toto eius gentis statu. Nobilis Rex Delphinus, eo ipso tēporis pūcto, quo promulgatio huiusce pacis fieret, usu capiat Crepacorium, cū subiecta ei ditione citra præter ditiū tamē Cruningh Toparchē, qui præsumpta opinione id iuris sibi arrogare uidetur. Cum ad corroborationē, fundamentū, stabilimentūq; eternæ pacis, tū ad uerā synceramq; amicitia, reconciliationē, iniuriarū superiorū obliuionē, simultatū obliturationē, discordiæ expirationē, ceu indissolubile affinitatis uinculum, Philippus Isabellam, filiarū Franciæ Regis maiorē natu (quantumuis licet ea puella undecennis esset) dicta dote 400000 aureorum, uxorem ducat.

Franciæ Rex Allobrogū Regulo, ex quo deturbatus iam pridē bello fuerat, statū, citra ultra Alpe de integro restituat, præter Taurinū ciuitatem, Pœnariolum, Charium, Ceuacion, & Neapolim Astepsem oppida, quæ triennio sibi referuaret: pignori captionis loco, interea dum lege in eam rem cognoscere tur, lureq; municipali, ac iustis iudicijs definiretur, ad utrum litigatorum ex æquo & bono controuersa iam pridem attineret hæreditas, ea cōditione, ut Philippus contra, ex nepotis ditione Astam coloniam retineat & Vercellas, quousq; Pentapolim illam modo iam commemoratam Franciæ Rex habeat.

Alterutrius partis ne sit Allobrox, ei nubat Margarita soror Regiæ, quæ præter dotē 300000 aureorum, Ducaru Barrensi, dum superesset, utatur, fruatur. Excedat Franciæ Rex locis omnibus, quæ ipse Senensis ditionis in Etruria usurpasset: itidem præsidia, stationes, custodias, uigilasq; educeret, ea lege, atq; conditione tamen, ut cum Mante Alcinoi & Patricijs eius ciuitatis, Magistratui Senensi obtemperaturis uniuersæ crimen condonetur.

Restituat itidem Franciæ Rex Liguribus, quicquid ipse Corsicæ Insulæ inuasisset, modō Ligures ciuibus rebellionis pœnam remittant, qui contra patriam sub Gallis militauerint.

Reddat arcem Bullanam, & si quid aliud eius ditionis obtineret, Eburonum antistiti, referuato nihilominus negotio Sedanensi.

Maternæ dotis debitione Maria Lusitana infans, ne deinceps torqueatur, Philippus Herē Totiuillanæ ditionem Paulinatē restituat, excepto tamen iure clientelari, qd ab Regibus ambobus super ea ditione, multis nationū inuolucris, & quasi uelis quibusdā obtendit aut cū honoris cupiditate prætextitur.

Mantuanorum Regulo iuxta restituat uterq; quicquid municipiorum ipsi Montferratensium subtraxissent: Sic tamen ut in arbitrio amborum esset, atq; in uoluntate liberum relinqueretur, siue moles, siue munitiones abs se illic exædificatas exstructasq; demoliri, nec ne.

Franciæ Rex prior conuenta exequatur, trimestriq; restitutionē uniuersam expleat, iudicatūq; faciat, quo præstito, Philippus uno mense fidē suam liberet, promissis faciat satis, obsides det quatuor, q̄s Franciæ Rex arbitrato suo optasset, nominatimq; delegisset puta Albanū, Darocū, Araulinū & Egmondensem.

In huiusce fœderis atq; societatis partem ueniant Rom. Pont. Max. Imp. VII. Viri, Principes, & Ciuitates Germaniæ, Romano præcisē subdita Imperio. Cōplectatur pax eadem Reges hosce, Sarmatam, Dacum, Suecum, Scorum, unā cum Regina Britannicæ. Respub. item, cū Venerum, tūm Helueticorum, ac Rhetorum superiorum honestā ac fortem sodalitatē, Duces hosce, Florentinū, Lotharin-

## Sub Ferdinando I. Imper.

2153

Anno 1558.

Lotharingicū, Allobrogem, Ferrarium, Parmæ ac Placētia, Vrbinatē, Ligures ac Lucentes, Democratas, deniq; potentatum omnem ac ciuitatem, quæ ami ea, locia, propinqua, cūctensue est alterutri Regum. Eaç onratie non Hispaniæ tantum ac Gallia toti, sed uniuerso Reipub. Christianæ tranquillitas quædā, pace orbi reconciliata, atq; otiosa securitas terra maricq; esto.

Pari uicissim reddentibus Regibus de institutis maiorum se nihil immutatu ros repromittant Principes, Delphinus & Carolus, ac illud fords præscripto tempore ratum, certum, fixumq; iureiurando corroborent, quod itidem ex sententia, decretis, interdicitisq; Principum comprehensum perceptum, ac in acta relatum, trinudinoq; rogatum Francia, tum Belgium omne excipiant: eo lato receptoq; uicissim stipulantur.

Atq; hæc pacificatio eo maiore cum uoluntate duorum illorum Principum coibat, quod iam per omnem ferè Hispaniam & Galliam atroces de religione Christiana contentiones exarserant, quæ non obscuro argumento plariscq; citicibus iam antea edicta, à patre Fracisco cōtra q̄dam dogmata noua promulgata, sub in eudem reuocauerat, & ad uetera de suis etiā quædē adiecerat. Verum tanta moles curarum, ex regni statu, & bellicis tumultibus, tū incumbibat, ut ea quæ proposuisset, pro sua uoluntate & arbitrio exequi non potuerit.

Martij die 1. Ferdinandus Imper. Augustæ sorori Mariæ Regina Hungariæ (de cuius ex hac uita discessu, superius meminimus) exequias solennibus ceremonijs fecit: Bius laudes funebri oratione profecutus est Georgius Drafcouitius Antistes Quinqueeclesiensis. Subsequēti die eadem solennitate & Mariæ Regina Angliæ exequiæ peractæ fuere, eam quodam ex societate lesuiticā celebrante.

Anni huius die 12. Maij percrehrescente fama de fraude impostoris Davidis Georgij, qui relicta inferiore Germania anno salutis 1544. cum aliquot comitibus Basileam cōmigrasset, atq; nihilominus incredibili silentio literis, & nuncijs impium dogma fouerat. Senatus rem diligentius inuestigandā suscepit. Itaq; 4. Idus Iunij Davidis Georgij iam mortui, filij & quotquot in eius erant familia mares, quidam etiā extra familiā cientes & amici in curiā accersuntur. Vbi eō uenerunt omnes, Tribunus plebis, nō nulla præfatus de eorū simulatione & dissimulatione, postea interrogat, nū Ioannes à Bruck sit propriū de functi homini nomen, an unquam siue priuatim, siue publicè docuerit, & quæ eius doctrina fuerit: Ibi à nonnullis responsum est, nullā ipsos propriā habere sectam: à nonnullis uerò, nō aliā se tenere religionem, q̄ quæ Basileæ doceretur. Nec se aliud nosse uiri nomen, q̄ Ioannis Bruck, quod à patre haberet: priuatim quidem illum non tã docēdī q̄ adhortandī causa, quædā inter suos dixisse, nihil à Basiliensiu concionatorū dictis discrepantiā. Erant homines undecim: cumq; hac ratione nihil esset cōpertum, iubent secedere, & singuli reuocantur, & separatim interrogantur. At nec sic quicquā repertum est. Itaq; iubentur omnes isti in carceres abduci, & haberi in uinculis. Mittunt interim à Senatu, q̄ in illorum adibus scripta omnia cōquirant, si quid fortè inde cognosci queat. Facta conquisitione, permulti libri & literæ repertæ, cū ipsius Davidis ad uiuū picta imagine asportantur, danturq; Theologis & Iurisperitis quibusdam examinandæ, num quid in ijs sit diuersum à religione recepta. Faciunt illi diligenter quod iussi erant, & Davidica ad Senatum referunt. Senatus porro mittit ad eos, qui in uinculis erant, septem uiros rerum capitalium, qui primū interrogatur, accuratius inquitur: & ibi tum quidam fatentur, qui se Ioannē à Bruck dixisset, eum esse Dauidem Georgium, cuius nomine in Germania inferiore tot essent turbæ excitatæ. Porro cum eis nonnulla doctrina eius decreta proponeren-

1559. ponerent, fatebant se illā doctrinā nunquā ex eo audiuisse, nec in libris eius inuenisse, sed se prorsus eam detestari. Quod si tamen in aliquo errarint, uel etiamnum errent, cupere institui rectius. Hæc ubi ad Senatū septēuiri retulerūt, missi sunt certi cōcionatores & Theologi, tā ad eos qui in carcere erant, quā ad eiusdē familiæ foeminas omnes ubi ad eos uentū est, uno ore tā uiri quā foeminae respondēt, sed detestari ea quæ ipsis tanquā Davidis Georgij inuenta essent proposita, & eam cōplecti fidem, quæ Basileæ tradat. Deinde Senatus Davidicæ doctrinæ capita quædam Academiæ & Cōcionatorib. censenda proponit. Omnes igitur à Rectorē Academiæ cōuocantur, ueniunt ad Concionatores, cunctiq; ea capita dānant. Postea Senatus iubet homines è carcerib. educi, & sub certis aliquot conditionib. dimitti. In ijs conditionibus etiā illa fuit, ut Davidicos libros omnes, siue typos excusos, siue manuscriptos, qui ullo modo Davidicū fermentum redoleant, quos apud se habeant, mox in curiam apportent, nec ullum Batauica lingua scriptum librum apud se retineant.

Biduo post Iudices rerū capitalium de Davidis Georgij cadauere, libris & reliquis ad eū pertinentibus, in aream pductis, extremū iudiciū instituunt. Inter alia obijciunt, quod ob eius perniciosam sectā multi utriusq; sexus, atq; etiā propria mater eius in inferiori Germania uita multati fuerint, atq; ea causa ipse inde aufugerit, licet aliud Basileæ prætereret. Deinde pronunciat, eius scripta omnia flāmis exurenda, eius cadauer siue ossa & quicquid reliquū in eius sepulchro fuerit, effodiendū extra portā in supplicij locū, unā cū libris & imagine eius ad uiuum picta à carnifice trahendum, illicq; simul omnia in cineres redigenda, si cut cū ipso Dauide fieret, si superesset. Porro bona eius omnia in ararium publicū inferenda. Postremo, si quis cōtra hoc iudiciū quicquid dixerit, fecerit, eadē poena plectendū. Sic illius hominis memoria prorsus abolita est. Cū carnifex cadauer eius cōburere uoluit, prius illud ita erexit, ut ab omnib. qui hominē nouissent uiuū, facile agnosceret. Nā satis adhuc integrum erat, præsertim flaua barba. Erat autē hoc modo ornatus: In capite uillosum & serico pileū purpurea suffultū habebat, & è rosmarino corallā: caput puluini non ignobile fulciebat: ipse undulata toga, quod camelotum uocāt, uestitus, ac sindone mundum inuolutus: sic enim hæredes eum sepeliendū curauerent. Cōbustus est autē cum scriptis suis corā maxima hominum frequētia. Eius autē doctrina multos cōtinet errores, è quib. paucos huc adscribā: Ausus est scribere, omnē doctrinā Moseos, Prophetarū, ipsius Christi & Apostolorum & discipulorum esse imperfectā, & inutilē ad absolutā consequendā felicitatē: atq; in eum tantū usum traditā, ut homines quasi pueros ad hoc usq; tempus cōerceret: suam uerō doctrinā esse perfectā, & quæ hominem beare queat. Afferuit se uerum esse Messiam, patris charissimum filium, nō ex carne, sed Spiritu sancto natum, id quod raturum domum Israēlis, uerosq; Leui filios, & uerum Dei tabernaculum, id quod non cruce, uel morte aut rebus aduersis, ut alter Christus, sed clementia, & spiritus Christi, qui ipsi à patre sit datus, amore & gratia. Se dixit habere potestatem soluendi peccata, & remittendi & retinendi, seq; in extremo die totum mundum iudicaturum: Se maiore esse Iesu Christo, quod hic ex muliere in carnem natus sit, se uerō è Spiritu sancto cœlestem Christum natum & unctum.

Vicesimo 1. Maij Valledoleti in Hispanijs 30. personæ, inter quas cōplures illustres hinc inde per totum regnum ob hæretica dogmata ab Inquisitione cōprehensæ, in præsentia Principissæ Iohannæ sororis Regiæ & Caroli Principis filij Regis, eorumq; officialibus Archiepiscopi Siuiliæ, Episcopi Palenzæ & Orensij, ac consiliarijs Inquisitionis in publicum forum, uestibus flauis indutæ, ac insulis Episcopalis coronatæ producunt, earumq; 14. laqueo strāgulatæ, postea ustulantur, reliquæ bonis publicatis, uita donatæ in carceres reducuntur. In numero personarum quæ concrematæ fuere fuit cum fratribus Franciscis & Iohanne

& Ioanne, sororibus Beatrice & Constãtia, Augustinus Cazalla sacerdos Valledoleranus, Doctor Theologiæ, qui Regi Philippo in Belgio à sacris concionibus fuerat: hic, cum dignitate sacerdotij per Episcopum Palenze priuaretur (quod Degradare uocatur) atq; sententiã contra se latam audisset, per Dei misericordiam se à Magistratu audiri petijt, id ei denegatum. Mater eius Eleonora iam mortua, ob suspiciõnẽ hæresews, quandoquidẽ sæpius cū hæreticis conuersata fuerat, eius cadauer ex sepulchro effossum, atq; feretro impositum, in iudiciũ deducitur, atq; condemnatum, cum confiscatione omnium bonorum que reliquisset, igni traditur atq; in cineres redigitur.

Anno hoc eodem Fridericus Rex Daniæ secundus, eiusq; patruus Ioannes & Adolphus Duces Holsatiæ memores iniuriarum, quas maiores ipsorum à Ditmaris subditis accepissent, quatuor legionibus pedestrium ac equestrium copiarum conscriptis: 18. Maij bellum ipsis denunciant, ac in Dietmarsiam 3. Junij penetrãtes, hostium multis in locis, maxime prope Meldorpium, Brunbutelum, & Heidã, talem ediderunt stragem, ut uix quatuor mille qui armis ferendis idonei essent, superstites manserint, atq; gens multis uictorijs contra Reges Daniæ & Duces Holsatiæ elata, post multorum annorũ contumaciã exercitã, supplex in trium Principum uerba iuravit, inq; eorum fidem ac obedientiam concesserit: redditis uexillis prætorijs, signis militaribus, atque tormentis bellicis, quæ superioribus bellis Daniæ Regibus eripuissent. Quorum hæc in uniuersum, ex ijs, quæ rotis aguntur, grauiora leuioraq; supra centum fuisse perhibentur, ijs exceptis, quæ, cum impellerentur, disrupta fuerant: Mistes in uliginosa terra commodius uti didicissent. Cæterum plura de hoc bello dici à nobis necesse non est, cum peculiãres libri de eo oratione profa & ligata scripti extent. Varia uerò prodigia imminentem Dei iram ac indignationem genti denuntiantia, bellum antecessere: Nam dum ad præliũ colere, uox audita Eheu, nec hoc anno Albis aquæ reciproca regurgitarunt, ac aluei eius, Ditmaris campos rigantes, aquis destituti, exiccati fuere. Verum quod Livius olim scripsit, Virginitus fati Dei & hominum salutes admonitiones sperni, id & Ditmaris accidit, qui uictorijs superioribus inflantur, ac terra natura, operibus que munita freti: nec Deum, nec homines uerebantur, sed omniẽ Magistratum despiciẽbant, ac furenter in suum exitium proruebant.

Discant igitur alij eorum exemplo, ne rebus secundis infatuentur, & potentis suæ atq; uirtutis nimium tribuant libertateq; immodicè abutãtur, reputantes, Deum, etsi pœnas aliquandiu differat, mente tamen memori facta mortaliũ notare, eaq; quò tardius, tantò grauius punire solere.

Cæterũ etsi Dietmarsii, ut diximus cessi, libertate amissa, legitime dominationis iugũ acceperint. Ita tamẽ in hoc bello sese gessere ut auitẽ uirtutis memores fuisse, nec libertatẽ à maioribus acceptã proiecisse, sed acerrimo studio propugnasse uideant. Nam primo conflictu, qui cū ipsis cõmissus est, prope Meldorpium Vuolffgãgus Schönuefius, Legionum præfectus præcipuus, dum optimi simul ducis & militis fortissimi munus sedulo implet, & neo tormento quasi semifalcone traiectus, quarto post die obiit, caduere postea in Holsatiã honorifice Itzohoræ tumulato. Ac ut alij omittant, nomine & genere clarissimũ, Ericus Podebuschius, ad latus Regis glandis ictu occubuit. Deinde tertio conflictu ad Heidã Adolphus Dux Holsatiæ, dum militẽ hosti terga præbentẽ increpat, & ut fugam sistat admonet, in dorso supra coxendicem, qua spinæ coniungitur, ita sauciatus fuit, ut è prælio trijugi celeri curru ducti, ac grauius admodum ex uulnere laborãtis uita apud familiares & ministros dubia fuerit. Theoderico ab Holle equitũ præfecto duce nobiliss. pariter lethali uulnere cõfossõ, Victoriã



Anno 1559 Victoriā itaq; Holsatiæ duces cum Rege Daniæ insignem à Dithmaris, sed cruoris minime expertē retulēre, ut gentis Cymbricæ uirtuti quæ olim tot Romanorum millia cecidit, in Dithmaris reliquiæ emicuisse in hoc bello uideantur. Cohæret horum Regio Cymbrice Cheronesi septem in lōgitudinem miliaribus, pauloq; minus in latitudinem porrecta. Ab oriente flumen Eidora, ab occasu Mare Britannicum, ad meridiem Albis fluuius eos claudit, ad Aquilonem cingunt fossæ perductæ & munitiones.

Iunij die sexto Albanus cum Principe Auroico & Comite Egmondano stipatus Pompa delectæ nobilitatis nomine Regis Philippi Lutetiam uenit, cū ut fidem publicam pactis adderet, tum ut illa honorifica legatione desponsam Regi non multo ante in matrimonium Isabellam, peteret: Ac paulo post tredecimo eiusdem mensis Emanuel Philibertus Sabaudia Dux, eodem ad Henricum cum Regem celebri nobilium uirorum comitatu, equis dispositis appulit: non segnitus interim hoc nuptiarum apparatu instante, Rex satis suis eum trahentibus, religionis negotia quorum paulo ante meminimus, perurgebat ac quod eo tempore nuptijs celebrandis Palatium destinatum erat, ad decimum Iunij curiā apud Augustinianos fraterculos coegerat, idq; hac de causa ineunte mensis hoc pro ueteri instituto, Senatus Parisiensis conuentus omnium decuriarum siue Camerarum habitus est (qui uulgò Mercurialis appellatur) quasi censorie animaduersionis loco, ut Senatores officij sui admoneantur.

Conuentus Mercurialis Lutetiae, in quo Senatores aliquot religionis nomine sunt comprehensi.

In illo conuentu uerba facta sunt de Senatus consulto quodam septimo die Aprilis facto ab ea decuria, quæ rebus capitalibus præest: quo S. C. quatuor rei propter falsam doctrinam in carcerem coniecti, qui liberè & aperte quantum diu captiui fuerant, coram prætoribus & senatoribus eiusdem Decuriæ omnibus, religionem suam professi erant, non ex regiarum constitutionum præscripto damnati fuerant: sed exilio duntaxat multati. Complures enim Senatores ibi affuere, qui cum loco sententiam dicerent, multis uerbis tum ex literis sanctis, tum ex patribus & concilijs antiquis disputauere, eos qui tum in carceribus detinebantur, nulla hæresi contaminatos esse: sed & sacram scripturam omnem & articulos fidei ab Ecclesia traditos, comprobare atq; amplecti: ob eamq; causam uel eos plane absoluedos & dimittendos esse, uel antequam ius de his diceretur, cogendum esse Concilium liberum & generale, ubi de rebus omnibus Religionis, quæ hoc tempore in controuersiam uocarentur, cognoscere & disceptari posset.

Cuius rei Cardinalis Lotharingus à quibusdam Senatoribus admonitus, ut ad illum Senatorum conuentum uenire uellet: ut si quis Senatorum sententiam contrariam dicere auderet, iuberet eos rapi in carcerem, & accusationem aduersus eos, quasi fautores & sectatores hæreticorum, institui. Itaque uenit Rex in Senatum die Iunij decimo, secumq; unā aliquot Cardinales adduxit, præterea Conestablium, & alios quosdam intimi consilij (quod priuatum appellatur) Senatores. Tum autem præter alios Senatores, qui nondum sententiam suo loco dixerant, supererat unus, cui nomen fuit Annas Burgius uir summæ auctoritatis, tum ob integritatem uitæ, tum ob singularem eruditionem, & artium multarum scientiam. Complures enim annos in celeberrima Galliarum Academia Aurelianensi, Doctoris, & publici iuris interpretis munere, magna cum omnium admiratione propter summam eloquentiam & iuris Ciuilis scientiam, perfunctus erat: cum tamen annum ætatis trigesimum septimum uix excessisse existimetur. Is igitur cum sententiam suo loco rogatus esset. Principio Deo gratias egit, quod dignatus esset eam mentem atq; animam Regi immittere, ut uellet de religionis controuersijs cognoscere. Addidit etiam hoc præcipuum esse Regum ac Principum officium, uidere ut uera religio & cultus Dei pure ac sincere ab ijs, qui suo Imperio parerent, conseruaretur. Postea

# Sub Ferdinando I. Imper. 215 7

Anno 1559

Postea orationem ita continuauit, ut capita eius religionis, quam si qui tunc in Regno Galliarum propter illius causam accusati & in carceres coniecti erant, profiterentur, ordine exponeret, demonstraretque eos credere & amplecti scripta omnia Prophetarum & Apostolorum, quae sacris Bibliis continerentur, & singulos symboli Apostolici articulos, tantam praeterea uerbo Dei autoritate tribuere, ut nihil ei quicquam uel adijci uel detrahi ab ullo mortalium pateretur.

Verum ubi rem urgere pressius, & in arcem causae inuadere coepit, tum prius Praetor (Magister illi nomen est) assurrexit, ac dixit, ea quae dicebat ad Mercurialem non pertinere. Tum Rex ira uehementi commotus, iussit, ut sineretur absolueret. Burgius posteaquam ostendit nihil se dixisse, quod a proposito esset alienum, longius progressus est in libertate dicendi & postea quam horam cum dimidia dixisset finem hunc habuit, ut diceret, quoniam iure diuino & humano, ueterique Senatus instituto ac more maiorum sententiae Senatorum erant liberae, & unusquisque eorum ex animi sui sententia ac pro conscientia dicere deberet, seque in hac dicendi libertate praesentis Regis Maestate confirmatum sentiret, quod ad se attineret iudicare necessarium esse, haberi Concilium uniuersale: Interea uero eius qui religionis nomine accusati essent ex carcere liberandos esse.

Rex tum repente consilio cum supradictis Cardinalibus, Conestabulo, & alijs quibusdam communicato, iussit Lorgium cohortis suae praefectum (a quo per paucis post diebus in ludis equestribus interfectus est) prehendere Burgium, qui Burgij sententiam magna ex parte secutus erat. Lorgius ergo iussu Regis obtemperans, Burgium cum Fabro ad Bastillam D. Pauli parochiam in uincula & cippos coniecit. Deinde Rex acceptis actis illius consilij discedens, faciam, inquit, quod reliquum est, prout cognouero opinionem unius cuiusque bonam malamue. Postea statim a prandio, iussit ut in carcerem nonnulli eius Senatores, qui eandem cum Burgio sententiam dixerant deducerentur: in his, Fumæum, Portanum, item Dominum de Foës cognatum Reginae & Regis Navarrae, simulque grauius interdixit, ne cuiquam mortali ad illos Senatores aditus patefieret. Interea uero dum Rex his uiris incarcerandis, fatoque sibi accelerando occupatur comparatis instructisque theatris & scenis, Isabella, ad summum Parisiorum templum, Rege & Allobroge utrumque latus claudentibus est deducta. In pompa inter facies tibiasque nuptiales, Albanus pronubus praebat, hunc mater sponsae Regina Galliae & Margarita Allobrogi promissa comitabantur. Sponsam Scotiae Regina, Delphino ante semestrem nupta cum duabus puellis ac sororeculis sponsae sequebatur, haec loco ministerij, laciniosa uestis, quam sponsa trahebat, diffuentes caudas & symmata solo subleuabant. Aliquo deinceps interuallo Delphinus, Rex Scotiae cum tribus fratribus sui cecebat: quorum omnium uestigijs nobilitas uniuersa, curia, Senatores, & penes infinita hominum cuiusuis ordinis multitudo institit. Hoc modo, Albano Sponsi nomine & facie tenus representante, indissolubili uinculo sponsa marito filio per Pontificem urbanum est coniuncta. Postridie statim ab Imaginarijs nuptijs. Rex ad singularia certamina & decursiones equestres multo ante in familiae luctum & Franciae funus institutas, se conuertit: nihilque sibi reliqui fecit, quo minus bilares eos dies sibi sumeret, quibus filia Isabella in matrimonio Regis Hispani spectari deberet.

Pompa nuptialis Lutetiae habitata.

Itaque die 28. Iunii, carceres aperti sunt, ipseque Rex inter primos spectabilis cum Francisco Lotharingo duce Guisiano, Alphonso Aestensi Duce Ferrariae affine suo, & Iacobo Allobroge Duce Nemurci uisebatur. Cum igitur decursionibus istis prouocato, fortissimo quoque totius Europae equite, hastas fortis laertorum conixu torlisset: eandem ex lassitudine & immodica totius corporis

Anno 1559.

lactatione, tertio ludorum die artus quodammodo dormire & obstupescere animaduertit. Quod cum cōiunx Regis sentiret, blandē obsecrabatur maritus, ut eo die decursionibus abstineret: Enimvero honori suo præteritis laudatissimis duabus decursionibus, quib. tot & tales viros defatigasset ac vicisset, ab eadem cumulateq; satisfecisse. Id quod Regina tum quidem enixius orabat quod in somnis eadem nocte visa sibi fuerat, Regem vulnere confectum & exanimem videre. Antea quoq; Gallicus uates occultē pronunciarat, fore ut ad uitæ Regiæ periculum illę ludicrę decursiones spectarent: id quod iam popularibus quoq; sermunculis non obscure iactabatur: & eo etiam die manē familiarissimi quisq; admisionalium Regem, cū eum ex continue præteritorum dierum labore defatigatum reperissent, dehortati erāt, ne tertium ludis se committeret, satis enim superq; prioribus duabus eius contentionibus, uniuerso equitatus ordini palmam laudis & glorię præceptam uideri. Sed Rex neglecto eorum consilio, somnium quoq; uxorium & oracula contemnens, luctuoso omnino exitu comprobauit. Armatus enim & generoso Equo nectus in arenam summo cum splendore descendens duabus amplius horis summa contentione atq; ardore egregiē decurrit. Cumq; pauci adhuc in equis hastas uibrarent, quod eo die finis huiusmodi decursionum futurus erat, Rex Mongomerium Hordei Scotti prætorianę cohortis præfecti filium, a quo supra consiliarios Regios in uincula coniectos diximus, quicq; eo fortē die mandata acceperat, quæ statim finito ludicrō certamine contra captiuos expediret, nominatim prouocauit. Is dum Imperata fecit, ad tubarum clangorem equo admissō occurrentem Regem magna uī excepit. Verūm cum cuspis hastę in regium pectus duro brachio impactę, in minutissimas particulas & ramenta dissipata in sublimē ferretur, simul cū ictu uiolentę impressiōis acies trunci, quem ad huc pressa manu tenebat Mongomerius, galeę Regię ocellum, (ita tamen undiq; circumcluso, radiū uisus certius dirigunt iactantq;) offendit nescia qua incurta apertum. Itaq; subleuato eo oculo (quem Rex quod ab illa concursatione finem facere suarum decursionū uolebat, obditis clauiculis præcludi uolebat) per aduersum galeę hiatus seu labrum, Mongomerius dextrum Regis oculū ita confodit, ut contus cerebro hæserit. Quo lethali uulnere accepto, priusquam semiuuium animus deficeret, certatim admissis equis occurrentes equites sustinuerunt, coniunctisq; dextris ex ephippio & stapedibus (sic enim uocata ephippii cornua & hemicyclos ferreos, quos pedib. equites induunt, noua uoce appellant) sustulerunt, confestimq; detractis armis in triclinio positus. Quo statim undiq; accesserunt omnium expertissimi medici, mortē certarunt. Andreas quoq; Vesalius, in Anatomia omnium qui ad hanc disposuissent, medicorum faciliē Princeps, quem Philippus gener e Belgio dispositis equis & magnis itineribus eō ad opem socero ferendam, allato nuncio miserat, inspecta plaga, ob testulas & curticulā cranei perdolatas concussasq; Chironium, inquit, uulnus. Inter ea Rex, si quando paululum se remittebat dolor, grauissimē suspirabat, dolebatq;, se fortunę summa iniuria in lesto desidio ista morte occumbere: quando semper aut in acie aut in memorabili quopiam conflictu, potius mori cōstituisset. Cum igitur grauior se debilem sentiret ac dolores ingrauescerent, nullisq; adminiculis impendentis fati uim reprimi posse uideret ad nonum diem Iulij nuptias, quæ octauo ab illo die demū celebrari debebant, inter Ducem Allobrogem & Margaritam sororem in turricula sine omni pompa confecit, quo in loco ipse decimo Iulij intra duodecimam & primā horam expirauit. In ea turricula circiter quindecim dies in tumba cadauer stetit: demumq; undecimo Augusti, cum pompa funebri ex turricula in summum templum Parisiense delatus & inde postridie phanū Dionisij deportatus,

tantum, diebus sequenti solenni ritu maiorū sepulchro illatum est. Huius Regis interitus, sicuti splendida oratione Ludouicus Regius commemorat, plurimis significationibus denunciatus est: Nā ut uxorium illud somnium omittamus, constat anno antē circiter Id. Maias, uesperis sereno cœlo, uisos ardere longissimis tractibus supra Lutetiā, maximos clarissimosq; ignes. Eodēq; anno Layē celebri uico conspectum autumno, summo mane grande insolitumq; cœlo lupanem magnitudine amplē trabis. Et ibid. quarto Cal. Ianuarij aliquot pueros in prætorio ante ostium aulae Regiæ, suos dominos per multam noctem præstolantes, solutis lapidibus, quibus foris ad scalas nitebatur de loco superiore in pauimentū decidisse, & partim luxatis fractisq; mēbris, partim elisis ceruicibus expirasse. Itē Cometē sydus magna ex parte terrificū & regnis exitiale apparuisse ea æstate, qua uidimus in Ambianorū & Atrebatū finibus. uires Galliarū Hispaniarūq; contractas. Magnū uerō illud portētū fuit, quōd eo ipso die antequā cōcurreret, puer sexennis qui ludas spectatū cū parentibus uenerat, uelut impositus sui flens clamitauit: Heu, Regem uolunt interficere. Quendam etiam uaticinationem ferūt, regnaturum filium maiorem intra decimum sextum annum, quæ uaticinatio confecta putabatur, cum Reginā Scotiarū in matrimonium duxit. Deniq; Gauricus Astrologus Italię celeberrimus obseruata quinquenniorum disponerentur, monuerat per literas ut circiter unum & quadragesimum ætatis annum uitaret duellum: astra minori uulnus in capite quod uel cæcitatem uel mortem continuo afferret. Siue igitur præsentio quædam & scientia rerum futurarum est, siue superstitione implentur animi ad talia temerē credenda proni: communis certē fortunæ & humanorum casuum memorabile exemplum, in quo se principes contemplari, & ad cuius cogitationem suas actiones instituere debeant, ne fortunæ statibus atq; successibus, ebrii, rebus prosperis efferantur, aut supra humanam sortem quicquam sapiant, quando Henricus hominis fortunam quodammodo trāsgressus, pro felicissimo principe totius orbis, haud dubijs præiudicijs se numerabat estimabatq;: Nusquam non suam magnificentiam ostentans, & tanquam in arce prosperitatis, ac extra fortunæ aleam iam positus, omnibus suis inscriptionibus, summæ felicitatis titulū præferens. Sed huic tantæ prosperitati Deus frenum iniecit, quo ille ad communiū humanæ uitæ caluum normam et regulam reuocatus, in ipso ludo, in insuperis delicijs ac animi sui affluentibus uoluptatibus, suæ mortalitatis testimonium ferre coactus est. Sed habuit Rex ille suas quoq; præclaras dotes. In præcipuo enim bellicosus atq; magnanimus fuit, mira præterea comitate sermonisq; affabilitate, qua animos popularium conciliabat: iustus quoq; sanctus & religiosus. Ob quas uirtutes, sicuti uiuum naturali amore prosequerentur Galli, nec nisi optimo in eum erant animo (est enim insita ei genti & à natura tributa erga suum Regem incredibilis quædam charitas) ita sanè tenerrimè mortuum deplorarunt. Vnde ad multos dies luctum publicum, uiduitas, & solitudo est cōsecuta regni: & Francia omnis in grauissimis angoribus & molestijs iacuit, impendētium calamitatū tempestates præfagiens. Nam etsi tum ab externis bellis & tumultibus Gallia requieuit in se ipsam tamen uires suas postea conuertit: quorum omnium malorum initium & prætoris in Franciscum secundum, exitus uerō & summa periculi in Carolū incidit, Vixit annos 40. menses tres dies undecim, regnauit annos 12. menses, tres dies 11.

Reliquit autē post se Henricus liberos omnino nouē, quorū ex coniuge maris quatuor, foemellas tres, naturales uerō duos utriusq; sexus sustulit: Fuit omnino hoc tempus multorum magnatum exitu funestum, nulla aliāq; peste, lūeue aut aliā aliqua extra ordinaria calamitate in uulgus grassante. Quæ res occultarum causarum ignorantia in re noua admirationem plurimorum au-

## 2160 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1559.

xit. Nam præter Carolum Quintum duasq; eius sorores Mariam & Leonoram, præterq; Mariam Britannicam Philippi Hispani uxorem, qui omnes superiore anno uitam cum morte commutauerant, hoc anno 1559. Bona Sfortia Sarmatiæ Regina Christiernus & Christianus Daniæ ac Henricus secundus Galliarum Rex, cum alijs mox nominandis mortem obiére.

Quarto Id. Sex. fato defunctus est Laurentius Priulus, Veneti Senatus Princeps, atque in demortui locum Hieronymus frater est successus. Id quod in ea Rep. nouum atq; rarum fuisse, ut fratri à fratre, ceu de manu summus ille Magistratus traderetur: multi ignominiosè notarunt.

Pauli 4. Pont.  
obitus, Roma-  
niq; populi tu-  
mulus.

Postridie hoc est decimo octauo Augusti quam Priulus rebus humanis eximeretur Romæ Paulus 4. aqua intercute laborans, cum diu in quibusdam Palatii uaticani cubiculis reclusus medicorum consilio fuisset in uiuis esse desijt. Quo uix defuncto odium immensum populi, non solum propter hæresium inspectionem, inquisitionem uè, quam ipse instituisset: sed & propter bella, propter exactiones, & nimiam agnatorum Caraffarum in Rep. licentiam, conceptum, atq; animis hominum ad id usq; tempus inclusum, quasi effractis cingulis prorupit. Eo enim animam agente, cum uetere instituto omnis urbis custodiæ aperirentur, à populo exultante, qui per urbem ueluti amens discursabat, cum Tabularijs incensus est nouus inquisitionis carcer, ipsi qui eo tenebantur emissis, et cursu ad Capitolium facto, statuarum eius que in palatio Conferatorum magno sumptu è Pario marmore nobilis artificis manu posita fuerat, caput cum dextra manu præcisum, & per urbem triduo prouolutum, ac tandem in Tyberim proiectum fuit. Cautum què populi Romani edicto, uti Caraffæ familiæ insignia ex urbe tollerentur proposita, si quis non obtemperasset, perduellionis pœna esset. Itaq; eo die nullum penè in urbe Caraffarum insigne reliquum fuit. Ad hæc cadauer eius Canonicis Sancti Petri feretrum succollantibus in Basilica uaticana tenui pompa delatum est, & præter morè meritum populi exagitati atq; furentis, militari manu aliquandiu custoditum, lateritio ad tempus tumulo sepultum: Adeò nomen non saltem eius, sed & totius familiæ exosum propter asperas atq; crudeles actiones erat. Nec enim solum hostibus, quos tenacissimè oderat, immanis: sed & amicissimis antea inhumanus fuit. Nam & Osum quem amicissimum supplicibus libellis subnotandis, summaq; consiliorum præfecerat, & Episcopatu demum Reatino exornarat, prompinq; quorum, quos is negligebat, delationibus petitum, gratia in odium uersa, postea in Adriani mole præduro carcere habitum, per quadriennium ferè custodiri iussit. Cardinalem etiam Polum, multorum uirtutum opinionè merito commendatum, & ( ut supra relatam est ) de Romana Ecclesia optimè meritum, non sine magna omnium admiratione legatione Anglica priuauit. Denique Ioannem Moronum Cardinalem & Thomam Sanfelcium Cauensem hæreseos reos fecit atq; utrosq; in molè Hadriani conclusos longo carcere afflixit: Aegidium Fuscararium Episcopum Mutinensem Moroni causa diu in custodia habuit. Tanta itaq; crudelitate, cum tam suos, quàm inimicos prosequeretur, non mirum si omnibus inuisus fuerit. Itaq; animam multorum inuidia flagrantem, die quo diximus efflat. Aetatis suæ 83. mense uno, diebus 22. Pontificatus uerò quarto supra mensem secundum, & diem 24. Vacauit tum sedes Apostolica menses quatuor & dies septem.

Vigesimo sexto Augusti Philippus Rex bello solutus, Gandavi primariæ urbe Flandriæ, suorū pace uictorisq; exultantium animis recreatis, equitū auxilii uelleris numero aucto Rege Francisco 2. Gallorum in eorū ordinè cooptato, & composito statu Belgico, nactus commodā tempestatē, Vlissinga soluens, in Hispaniā nauigauit. Cuius optatis fortuna constanter respondit, quippe paucis diebus Laretum Cantabiorū municipiū, uno continenter afflante Aquilone, eoq; secundo, appulit.

Septem.

# Sub Ferdinando I. Imper.

2161

Septembris initio Franciscus secundus Henrici Gallorum Regis filius primogenitus, Delphinus & Scotorum Rex, annos natus quindecim, menses quinque, in aucti Regni possessionem legitimo hereditatis iure succedens, comitantibus non paucis uiris Principibus, & alijs nobilibus probe infinitis Rhemorum Archipræsule, Rex Gallorum sacrosancto oleo inungitur 17. Septembr. more maiorum. Cumq; hic annis inferior esset, quã qui Regnum administrare posset, Princeps Guilius atq; Cardinalis constituti, ut Regis aetatem consilio moderarentur. Rex uerò non multo post Comitibus magnis, qui dies D. Michaëli eradicatus, consueto ceremoniarum ritu, & solenni sacrificio, Philippum Regem atq; alium parpari referendo in ordinis sui homines cooptauit Barro- ducæ Barrensis ducatus Metropoli.

ANNO 1559.  
Franciscus 2.  
Francorum  
Rex.

Octob. 3. Hercules Ferrariensis Dux moritur, rebus gestis clarissimus, cum nouissimè bello Gallico in Italia gesto, contra Philippum Hispanum nomine Regis Galliaë præfuisset: Vxorē habuit Renatam Regis Galliaë Francisci sororē, ex qua & masculos & foemellas sustulit, successore relicto Alphonso filio, cui legitimo matrimonio filia Ferdinandi Imperatoris, Florentina mortua, tandem iuncta fuit.

Herculis Fer-  
rariæ Ducis o-  
bitus.

Vicesimotertio ex numero Consiliariorum is, quem iussu Henrici Regis in Junio proximè elapso ductum fuisse in custodiam diximus, Burgius capitis damnatus, atque combustus est. Cum enim Rex eum in carceres deduci iussisset, simul quoque Senatui mandarat, ut sine ulla intermissione iudicium exereret de Burgio, quam ad rem delecti sunt, primum Episcopus Parisiensis, deinde tres primi Prætores, & aliquot alij Senatores. Burgenis igitur de fide sua ab illis interrogatus, tam liberè & fortiter omnibus de rebus respondit, ut omnium illorum sententia hæreticus pronunciaretur, à qua sententia ad Archiepiscopum Senensem, qui tum Sigilli Regni custos erat, protocauit: hoc tantum animo, quemadmodum profitebatur, ut eo plus habere facultatis, exponendæ & promulgendæ suæ religionis. Itaque cum in instituto suo perseverare, superior illa sententia confirmata est, à qua postea quasi Archiepiscopus iurisdictiones abusus esset pro consuetudine forensi ad Senatuum Parisiensem appellauit.

Annas Burgius  
Religionis no-  
mine Lutetia  
exustus.

Deinde etiam à Senatu Parisiensi tertium damnatus est, & ab Episcopo Parisiensi exautoratus (uulgò degradationem uocant) quam alacri & erecto uultu atque animo recepit. Aliquantò post cum aduersarij quidam cognouissent Ioannem Vuilhelmum Illustrissimum Saxoniae Ducem per legatum à Rege petisse, ut sibi Burgium habere liceret, cuius opera in Academia sua & Iuris Ciuilibus interpretatione uteretur; repente operam omnem adhibuerunt, ut Burgius à Senatu Parisiensi damnaretur: eique capitalis sententia pronunciatur, ut plaustro per urbem uectus ad eam plateam, quæ uulgò S. Ioannis uocatur, à Carnifice publico strangularetur & combureretur. Id quod factum est 23. Decembr. cum septem fere menses carcere detentus fuisset, deductusq; est ab armatis hominibus amplius quadringentis: Vultum tum in plaustro ostendens. Itaq; & ipse uestimenta sua deposuit, & cum nudus sola interuila tepulum his uerbis affatus est: Amici non sum huc tanquam latro, uel licarius adductus, sed solius Religionis causa, & cum funibus uinctus in altum à Carnifice subleuaretur, iunctis manibus oculos in cœlum tendens uehementerq; ad Deum suspirans, sæpenuerò hæc uerba pronunciabat: MI DEVS, ne me

PPP 3 desce

Anno 1560. deserito, ut ne ipse te deseram, eamq; diuinæ benevolentix fiduciam in animo retinens suo, animam suam Deo tradidit, & quemadmodum in extrema confessione prædixerat, suo sanguine obsignauit, quod manu sua scripserat, & sigillo obsignarat.

DE REBUS IN DIVERSIS  
Terrarum locis, gestis Anno  
1560.

Pij 4. Pont. e/  
lectio.



ANNO Milleſimo quingentesimo ſexageſimo Ioannes Angelus Medices Mediolanenſis poſt diurnam quatuor menſium ob uarias Cardinalium diſſenſiones, Pontificatus uacationem tandem ex Presbytero Cardinale tituli Sanctæ Priscæ, electus eſt Romanus Pontifex omnium Cardinalium ſuffragijs, qui quatuor & quadraginta tum comitijs apud Sanctum Petrum interſuere, hora inter ſeptimam & octauam, eius noctis quæ diem natalitium Saluatoris noſtri IESU CHRISTI inſecuta eſt anno milleſimo quingentesimo ſexageſimo in eunte, Pij quarti nomine ſibi indito: hic Pontificatus initio, quo re ipſa præſtaret, quæ Pij nominis appellacione pollicitus fuerat clementiam purã & humanitatem, omnium penè Cardinalium, ſed præcipuè Caraffarum, qui præcipuè læſi uidebantur, precibus populo Romano omnium eorum ueniam condonauiſſet, quæ in Pauli tertij marmoreum ſimulachrum inſignia que & Inquiſitionis contumeliam atque dedecus, uacante ſede, commiſerat. Hic Ferdinandi Cæſaris Imperatoriam dignitatem tranſlatam in eum ab eius fratre Carolo Quinto, quam Paulus Quartus, ut diximus, improbauerat, ratam habuit, eiusq; tanquam legitimi & Catholici Imperatoris legatos perhonorificè ſuſcepit.

Aliquot magnæ exiſtimationis uiros, quos ob hæreſis ſuſpicionem Paulus tertius afflixerat, cognita eorum innocentia, omni cum iniuria eripuit, tum ſuſpitione liberauiſſet: inter hos præcipuè Cardinalem Ioannē Moronium, & Thomam Sanſelicium Epiſcopum Cauenſem.

Anno eodem, die uerò quinto Ianuarij Henrici ſecundi Regis Galliarum filia nati maxima, D. Elizabetha, magno apparatu, mortuo iam patre, ad Hiſpaniæ fines, Principibus uiris Illuſtriſſimis, Rege ſcilicet Nauarræ, & Cardinale Borbonio eius fratre Germano deducentibus, legatis Philippi Regis Catholici ad hoc unum conſciendum deſtinatis, ſoleni pompa & uerè Regia traditur, & à Rege ſponſo (pro more) regali magnificentia excipitur.

Trigeſimo primo die Ianuarij à Philippo ueris iam & ſumptuoſis nuptijs apud Numantiam, pleniffimam ciuitatem, regicè excepta Iſabella, in perpetuam eius uitæ ſocietatem, & affinitatis coniunctionem uenit: ac ibi deſudi magni in Caſtalonenſibus paſſim ſunt inſtituti, quibus perpetuo in triumpho per complures dies conſumptis, eaſdem ſimul opera ac uno lætitiæ curſu, Carolus, Philippi filius, à Bæticis primum populis exorſus, iuramentum fidelitatis detulit. Itaque pedetentim tanquam oſtendendi ſolum ordine ac officioſè porrexerunt, ſe que & ſua omnia ſacramento ob-

Circiter

Circiter hoc idem tempus, cum omnis propè Scotia aduersus Reginam uidebatur, partim aduersus prælidia Gallicana, tumultu ac seditione laboraret: Rex Franciscus, qui ad suum arbitrium illud negotium reuocare uelle uidebatur, militum aliquot cohortes, quæ interea ciuitatibus prælidia essent, eò traduxit: mox copias maiores quoque submissurus. Sed institutum Gallicanum Elizabetha Britannia Regina odorata, attentè circumspicte que sibi præcauebat. Cumq; à Scotia Regina, nuper Francia inuupta, nomen Regium cum insignibus præpropera pensatione usurparetur, unde Regni sui propinquas ciuitates Gallus inuaderet, meritò sibi timendum putaret, ad defendendam Reipubl. dignitatem animum adiecit, statimq; classem instructam misit, quæ in uicinam Scotiam uela faciens ad fauces Tuodæ fluminis, ut occupatis illis angustijs, ex ea parte aditu Insulæ atque continentis Gallicæ auxilia prohiberet, substitit. Letha nauium statio ab Alatis castris (quæ est totius Regni metropolis) passibus non amplius mille abest, quem portum natura perse firmisimum Galli operibus sic communierant, ut nullo ingenio humana, nullis que uiribus capi posse uideretur. Huc quoque Regina Elizabetha conscriptum ex omni Britannia firmum exercitum (cuius imperium summamq; autoritatem Norfolcus obtinebat) exacto propè Martio, cum præfecto copiarum Greio, uiro acri magnis itineribus contendere iussit. Adhæc Scotici exercitus ferè duodecim millia peditū ducebat Comes Haranes proprijs Scotiae filius. Quas copias simulatq; Greius suis coniunxit, terra marisq; lethæ obsessa est. Hoc consilio Britannorum cognito, Gallus tum ex Armoricis ciuitatibus, tum ex Aquitania maritima, magnum numerum nauium instruebat, obsessisq; Lethæ subsidia comparabat. Sed hæc omnia grauissimis dissensionibus dominatis (ut postea referemus) difficiliter seriusq; confectabant: acciditq; ut præterquam quod tardiusculè naues, quibus exercitū transportandum curauerat, è portibus egredèrentur: etiam maritimi æstus Oceani, Luna adulta maximi essent. Ipsaq; classis diurna nauigatione uix aliquantulum proteecta, noctu foeda tempestate coorta ita affligeretur, ut nulla Galliarum nauium (quamuis breuissimus esset transmissus) cursum temerè aut Insulam capere posset: sed exundante mari diu multum que agitata, aliæ eodem undè soluerant, referrentur: aliæ in ultimam Aquitaniam: quædam uerò magno suo cum periculo propius Cantabros & occasum Solis reijcerentur: sic ut uectoribus omnis facultas aut administrandi aut opitulandi obsessis adimè uideretur: Afflictis itaque nauibus, acceptoq; maximo armamentorum & comeatus bellici incommodo, Galli cœpto destiterunt. Interea, qui in prælidio Lethæ agebant, etsi ab Anglis & Scotis obsidebantur, tamen, quia in singulis horas auxilium è Gallia expectabant, non modo fortiter obsidionem terebant, sed etiam diurnis nocturnisq; eruptionibus hostem crebrò lacestebant. Interea mensis Iunij die decimo Edinbúrgi Iacobi Regis 5. Regina Scotia uidua angoribus molestijs que domesticis distracta, humanis excessit: foemina dotibus animi ac uirtute rara. Cuius morte in Galliam perlata. Rex ualde sollicitus & multis simul difficultatibus implicatus, quod intestinorum dissidiorum malum, quo Gallia conflictabatur, externo longè esset periculosius, nec quantumuis laborantibus suis apud Letham opitulati iam posset: id quod consultissimum rebus afflictis fuit, mense Quintili, reconciliata sibi Britannica, in has pactiones descendit: Ut Regnum Scotticum post hæc à proceribus Regni administraretur, prælidia Gallicana ex Insula transmitterent, nec militem ullum in Scotiam Gallis traducere liceret. Atque hoc quidem pacto Francia Rex, breuissimo temporis intervallo, tota causa

Anno 1560.  
Classis Angli-  
ca in Scotia ir-  
ruptio, & Gal-  
lice nauigatio  
nis irritus con-  
natus.



Arno 1560. uxoriae dotis cecidit. Huic cumulus accessit, ut peruetus illa amicitia, & mutuis officijs accensa beneuolentia (qua ad multa iam secula Francia & Scotia pace bello que familiarissimè utebantur) in odium conuersa sit perniciosum ac pertinax, disunctis rursus duobus echinis, quorum symbolo Rex hanc mutuam conciliationem, duorumq; Regnorum conspirationem ambitiosè denotabat.

Decimoquarto Februarij Philippus Stetinensium Pomeranorum, Castulorum & Vandalorum Dux, &c. natus patre Georgio & matre Amelia Palatina, Philippi Electoris Palatini ingenui filia, ex hac mortali uita ad æternam beatitudinem & cœlestem Ecclesiam hora sexta matutina euocatur. Princeps ueræ religionis confessione clarus, literarum moenas eximius, iustitiæ, legumque, obseruantissimus, pacis cultor, suorumq; subditorum ita amans, ut merito pater patriæ uocetur. Vxorem habuit Mariam, Ioannis Electoris Saxoniae & Margarethæ Anhaltinae filiam, sororem Ioannis Friderici Electoris Saxoniae constantis, ex qua heroicæ indolis filios sustulit, Georgium, Ioannem Fridericum, Bugislaum, Ernestum, Ludouicum, Barnimum & Ericum: filias, Aureliam, Margaretam & Annam.

Mense Martio, dum in Gallijs, tumultus hinc inde inter populum crescerent, Rex in agro Turonensi complures & equites & pedites comprehensos, atque ambasiam perductos, partim gladio puniri, partim suspendi iussit. Hic tumultus non solum magnis motibus occasionem postea præbuit, sed & nomini Hugonotorum: Nam cum in eo ad portum urbis Turonensis, quæ porta Regis Hugonis appellatur, sua conuenticula celebraret, & cum Regijs ad eum confluxissent, populus occasione loci admonitus hoc Hugonotos appellauit, nouumq; nomen ab aulae Regiæ satellitio receptum, postea in contumeliam hæsit permanlitq;.

Hugonotorum  
in Gallia no-  
men.

Trigesimo huius mensis die, Franciscus Oliuarius Parisiensis, Regni Gallie Nomophylax, tumultu Ambosiano, de quo meminimus, flagrante, subito morbo consternatus, magna cum indignatione animi que dolore uitam finijt. Eius cadauer illinc Parisios ad uectum in sepulchrum maiorum suorum Lutetia ad ædem D. Germani celebri pompa illatum est. In eiusdè de mortui locum, alijs nonnullis uiris clarissimis rem tam magnam detrectantibus, uir unus literatorum doctissimus & doctorum literatissimus Michaël Hospitalius absens & nihil tale cogitans surrogatur.

Michaël Hospi-  
talius Gal-  
liæ Cancellari-  
us.

In Aprilis Bernardus Naugerius uir eloquentissimus, & Nicolaus de Ponte, ambo Veneti, à Senatu suo in Gallias Regi Francisco eius nominis secundo gratulatum de nouo imperio & dignitate Regia, magno per celebriq; equitum numero legati missi, faustè ac multo omnium plausu in aula Gallia excepti sunt.

Aprilis 19. eiusdem anni 1560. P. M. Germanus, cum professor Philosophiæ in Academia Vitebergensi fuisset annos 42. extremum uitæ suæ diem ibidem obiit, uir præstans doctrina, humanitate, prudentia, uitæ integritate & sanctimonia, Christiana pietate, ac tolerantia & beneficentia erga pauperes, quæ extant, testantur. Natus est in oppido Palatinatus ad Rhenum Bretra, honestis parentibus, Patre Georgio Schuuartzerdt, qui fuit Magister armorum apud Illustrissimos Principes Philippum & Rupertum, Palatinos ad Rhenum, Electores Imperij &c. qui & Maximiliano Imperatori, & præcipuis Germaniæ Principibus propter uirtutem, integritatem, prudentiam, & artem charus fuit: Matre uero Barbara Reuterin, anno 1497. die mensis Februarij 16. hora 7. scrup. 6. post Solis occasum uesperis accersitus Vitebergam

## Sub Ferdinando I. Imper. 2165

2165

ex Academia Tubingensi ad interpretationem Græcæ linguæ ab Illustriss. Anno 1560.  
 Principe Friderico tertio, Duce Saxonix, & Imperij Electore &c. Condito-  
 re huius Academix, de consilio Ioan. R. cognati eius. Venit in hanc urbem an-  
 no millesimo quingentesimo decimo octavo, die uigesimo quinto mēsis Au-  
 gusti, hora prima pomeridiana. Vxorem duxit Catharinam Crappin natam  
 ex honesta familia in hac urbe, anno millesimo quingentesimo uigesimo, die  
 uigesimo quinto mensis Nouembris. Ex hac suscepit filios duos & totidem  
 filias. Filiorum Georgius altero anno mortuus est. P. patri superstes. Filiarum  
 Anna nupta fuit Georgio Sabino I.V.D. Magdalena Casparo Peucero artis  
 Medicæ Doctore. Coniunx Catharina decessit ex hac uita, anno millesimo  
 quingentesimo quinquagesimo septimo, die secundo mensis Octobr. Ipse  
 post coniugem in cœlibatu usque ad annum tertium, quo sub noctem festi-  
 dia Palmarum, ut uocant febrî correptus, quam medici iudicarunt esse *hæmip-  
 ræ*, tandem que superatus morbo propter imbecillitatem corporis confecti-  
 arate, curis, & laborib. assiduus ac diuturnis, expirauit placidissimè cum uera &  
 ardenti Dei Patris, Filij, & Spiritus sancti inuocatione, die mensis Aprilis 19.  
 quadrante horæ ante septimam uespertinam, anno à nato Christo millesimo  
 quingentesimo sexagesimo. A condito mundo 5522. terras clementer &  
 feliciter gubernante Illustrissimo Principe Augusto Duce Saxonix, Sacri Ro-  
 mane Imperij Electore, & Archimarschalco: Landtgrauiō Turingix, Marchi-  
 onie Misnix, & Burggrauiō Magdeburgensi, cum compleuisset annos sexa-  
 ginta tres, dies triginta tres. Huius diei anniuersariam memoriam celebrat  
 aunc quoque studiosè Academia Vitebergensis decimi tertij Ca-  
 lend. Martij. Elatus est funere spetioso totius ciuitatis frequentia, ordinis  
 scholastici inprimis, & prosequentibus exequias illius externis quoque: Mo-  
 numentum positum est ad sepulchrum in templo ad arcem opere præclarum,  
 cum uersibus epitaphijs & effigie ipsius. De uita & obitu ipsius uariorum  
 orationes & Epitœdia extant lectu dignissima: Inprimis uerò doctissimi ui-  
 ti Ioachimi Cam. qui cum ipso coniunctissimè uixit, narratio diligens & ac-  
 curata, implicata rerum memorabilium temporis illius hominumque men-  
 tione illustri.

Circiter hoc tempus insignis Christianis clades, à Turcica classe illata est,  
 quæ in Catholici Regis Philippi classem, nauibus, milite, & comœtu instru-  
 ctissimam, bellum Punicum adornantem, de improviso irruens, eam oppres-  
 sit, cunctos qui Gyrbæ insulæ præsidio impositi fuerant expugnatos, captiuos  
 abduxit. Ea clade Christiani nauali existimatione omnino exuti, ingētem bar-  
 barorum audaciam auxerunt. Duces eius expeditionis fuere nomine Philip-  
 pi Medinacælus Hispanus, amplissimo loco natus, Prorex Siciliæ & Philip-  
 picæ classis, & Doria, qui cum aliqua parte nauium incolumes euaserunt. Tut-  
 ticæ uerò classi præfuit Bascia Pial.

Septimo die Iunij anno millesimo quingentesimo sexagesimo, Pius Ponti-  
 fex uel memor eorum, quæ in sui contumeliam Cardinalis Carafa in concla-  
 ui dixerat, uel Ducis Paliani Regiæ pro ducato Paliani compensationi (ut fa-  
 ma fuit) pro sororis filio inhians, aut (quod ipse aiebat) ut Romanorum Pon-  
 tificum propinquis, salutare exemplum relinqueret, ut populos sibi credi-  
 tos clementer acciperent, & publica negotia pro Ecclesiæ dignitate confice-  
 rent, specie uindicandi ea crimina, quæ Carafa patruo Pontifice & bello pō-  
 tissimum Neapolitano patrauerant, quæstionem capitalem in eos institue-  
 re est aggressus, ita ut ad septimum Idus Iunij 1560. quo die quinto ante  
 annum Carafa purpurei pilei honore donatus fuerat, Carolum ipsum & Al-

## 2166 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1560. *fonsum* Cardinales ad Consistorium profectos, Ioannem uerò Caroli fratrem, & Montorij Comitem, Paliani Ducem tum uocatum, qui paulò antè ex Galefio Faliscatum oppido, in urbem cum ipsius Pontificis licentia uenerat, uxoris' que eius fratrem Comitem Allifanum, Leonardumq; Cardinalem fratrum propinquum, nihil tale suspicantes, in Hadriani molem, & per eosdem dies aliquot alios Carafie domus clyentes in publicum carcerem confici mandauit.

*Edictum Regis Galliarum à tumultu Ambosiano.* Augusti die ultimo Rex Gallia qui tumultu Ambosiano subductus, acerri-  
mo edicto in hæreses inquirendum decreuerat, atq; ordines ad Abelleium *fon-*  
tem conuocarat: Cum his de religionis controuersia quæ indies ingrauesceret  
egit. Cæterum certis de causis tractatio huius rei, in decimum Decembris reie-  
cta fuit, atq; conclusum, ut conuentus maximus uniuersæ Gallia (quem Sta-  
tum Vniuersalem uocant) Aureliam indiceretur. Quadragesimo autè die post,  
domesticus conuentus celebraretur.

Porro edicti à Rege post tumultum Ambosianum promulgati summa hæc  
erat. Deliberatum etiam atque etiam, & constitutum esse sibi, rem religionis  
in eum locum, ex quo decidisset, atque in antiquum suum statum restitui. Le-  
dè iubere ac uelle se, ut uetera officia Gallianæ Ecclesiæ proceres retracta-  
rent: ipsi soli recognoscerent hæreses: ipsi inquirent, interque se iudicarent  
deprehensas, ac corrigerent, sicubi latent, sectas. Quippe uel primùm esse  
illud eorum munus, eis id oneris lege iustissima atque æterna (nisi legislatori  
Deo refragari quis demens potest) esse impositum. Monere idcirco ac de-  
hortari Episcopos familiariter, ut suam singuli administrarent prouinciam, ut  
attributas sibi dioceses & parœcias adirent, obirentque, in his hærerent, se-  
demq; figerent, ipsi literas sacras publicè profiterentur, nec mercenarijs enim  
comitti tuto posse rem tanti ponderis: uel testimonio ipsius Christi, neq; nesci-  
re se, quam frons occipito sit prior: Patrio quodam animo in commissam con-  
cionem, hanc non uerbis solum ad salutaris disciplinæ fidem amoremque  
pertraherent, ac saltem allicerent, sed morum honestate ac uitæ innocentia ex-  
tiam præirent. Sicq; à Doctore sumptum laudatæ probitatis exemplum di-  
scipuli certatim sequerentur. Itaque tandem aliquando ab inueterata impie-  
tate, ad ueram rectamq; pietatem, & uel sero, in uiam (sicut in prouerbio le-  
gitur) redirent, sin minus, peragere reos Episcopos ex Sanctissimis, minime-  
que ueterarijs concilijs, Senatus consultis conuocata uniuersæ Ecclesiæ  
decretis que Christianis, ob eam rem inter dicere ac uetare, ne aut ullum fo-  
rum, aut curia ciuiliis temerè deinceps iudicia deferret in re cognitione hære-  
sum, neu eo in negotio intercederet unquam magistratus profanus, nisi Pon-  
tificum, sacerdotumq; collegium opem Prætoris, uel ad irrogandas leges, uel  
ad censuras exequendas, ante rogassent. Mandare se nihilominus Francia  
prouinciarum rectoribus, per magistratum municipale, quamuis non ini-  
pi minus obediens fuissent, si mutassent sedes, si extra dioceses uagarentur,  
si parum decorè aut honestè se in parœcijs habuissent, horum ut certatio esset,  
illi inquam deprehensæ absentia, dissolutæ uitæ, excussa q; uecordia & alio-  
rum accusationem, apostolis ad curiam regalem deferrent: quo sic liceat cum  
recenti malo statim occurrere, & remedia ad sanandum uulnus, nondum ex-  
ulceratum, comparare.

*Gustauus Sueco-* Septembri propè exacto, ipso die, qui D. Michaëli inscribitur, Gustauus Sue-  
*rum Regis obi-* corum Rex, ualde inclinata ætate mortem obiit: Cum ad Regni illius guber-  
*tus & uita.* nacula sedisset annos quinque supra triginta. Consanguineus fuit Caroli ul-  
timi

## Sub Ferdinando I. Imper. 2167

timi Regis Suetiæ, & Stenonis Sturæ senioris Principis nepos, atque in Dani- Anno 1560.  
 am obles abductus, audita procerum strage, quam Christiernus perpetrasset,  
 ex uenatione, ad quam cum alijs nobilibus admissus fuisset, amictu pleibeio  
 elapsus, Lubecam profugit, ac inde in Suetiam translatus, ad Reip. summam  
 peruenit, Lubecensium legatis clauis arcis Stockholmi sibi nomine ciuitatis  
 Lubecæ deditæ, Gustauo tradentibus: Regno accepto pacis & concordia  
 subditorum studiosus fuit, sed auaritiæ est notatus. Vxores duas duxit, alte-  
 ram filiam Saxonix inferioris Ducis Leoburgensis Magni Catharinam, ex  
 qua filium sustulit Ericum Regni gubernacula postea suscipientem. Saxonica  
 autem ex lapsu equi mortua. Secundam nobilem Suecam sibi matrimonio co-  
 pulauit, ex qua itidem suscepit proles complures, inter quas filium Ioannem  
 iam Regni moderatorem, & tres filias, quarum prior Comiti Embdensi, altera  
 Georgio Ioanni Palatino Rheni, tertia Christophoro Marchioni Badensi è le-  
 gitimo thoro iuncta fuere.

Octobris die ultimo Princeps Condæus, Regis Nauarræi fratris lite- Principis Con-  
 ris admonitus, ut se de conspirationis contra Regem, matremque susceptæ, dei captiuitas.  
 suspicione purgaret, Aureliam cum ipsa ingreditur, nihilominus tamen in-  
 nocentia sua ostensa, præter omnium expectationem paulo post in uinculis

Nouembris die decimo nono Franciscus secundus Rex Gallorum, qui ad Regis Franc-  
 celebrandum conuentum uniuersalem, Aureliam uenerat, capto Condæ- sci 2. obitus.  
 si, ex nato secundum aurem sinistram apostemate, in febrim incidit, ex qua  
 cum grauius laborare cepisset, Nonis Decembris die, ex quo eum morbus  
 corripuit, decimo septimo extinctus est, cum regnasset anno uno, mensi-  
 bus quinque. Hæc inopinata Regis mors Condæum uinculis exemit, ut pau-  
 lo post dicemus.

Iusta ei deinceps ita facta sunt, cor, uitæ sedem Genabi ad augustissimū eius  
 Ciuitatis Fanum Crucis, sublimi tymbo est absconditum: corpus reliquum de-  
 ductum Dionysiano maiorum sepulchro est illatum.

Porro defuncto Francisco, Carolus Maximilianus Aurelianus secundo Carolus 9. Gal-  
 genitus Henrici secundi, quem compendiosius postea Carolum Nonum ap- lorum Rex.  
 pellarunt, in fratris locum decem modo annos natus successit. Cuius etsi æ-  
 tate quidem puer esset, indolem bonam nihilominus uultus alacris & prom-  
 ptus, quandamque altitudinem animi ac Regium spiritum præ se ferebat.  
 Hunc igitur in fratris locum susceptum, cum recepto tutelatum iure, donec  
 annum decimum quintum attingeret, propter imbecillitatem consilij in tu-  
 torum potestate esse maiores uellent: ex imitatione atque exemplo supè-  
 riorum temporum æquum, iustumque uidebatur, ut hoc tutelari quasi in-  
 terregno, Regina mater rerum interea potiretur. Sed cum illud Ius Princi-  
 pes à litipe Regia oriundi, multis nominibus ad se spectare contenderent: ne  
 tempus litigiosa magis quam utili disceptatione frustra perperamque trans-  
 mitteretur, cunctis suffragijs octo uiri, quorum consilio Regis pueritia ni-  
 teretur, ex nobilissimis Gallorum familijs hi creati sunt: Rex Nauarræus,  
 purpurati duo Lotharingus & Turonensis, Guisianus Magister equitum,  
 Marechallus Andreas, Brissacus, & Cancellarius, Rex scribarum: Ita ta-  
 men ut Regina in consilio Principem locum obtineret, nullo uel guberna-  
 tricis uel moderatricis titulo honorata. Ad hunc ordinem postea assumpti  
 sunt Borbonius Cardinalis Nauarræi frater, Mompensericus, Rocafuryon,  
 Ambarrus, & Condensis Nauarræi itidem frater: mox quoque duo Ma-  
 reschalq

## 2168 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1560. reschalli, Mommoranicus & Thermus, eodem accesserunt, ita ut pro octo tutoribus, quibus Regis cura commendata erat, numerus ad quindecim usque excreuerit.

Ostenta atque prodigia.

Ho eodem anno 1560. multa ostenta in cœlo uisa sunt. Nam in regione Pedemontana, Chirasci apparuit ignis in aëre per horas tres. Trauilla totidem horas sanguine pluit. In planicie iuxta Centalium maximus equitum numerus turmatim conspectus. Cœgnaain animaduersus est terræmotus, tanquam quadrigæ sonantis. In Gallia quoque mense Decembri, quum Aurlia essent procerum Regni Comitæ, præsentè Rege, uisus est Cometa supra urbem per uiginti octo dies, quibus Comitæ finiebantur. Viennæ Austriæ decimo tertio Decembris fuit terræmotus, corruscationes, fulmina, tempestas omnino horrenda, ad eò ut templum D. Stephani fulmine tactum, atque cœlum passim ardere uisum sit. Eius generis quoque fuerunt duo exercitus uisus concurrentes in Polonia, quorum Septentrionalis uictor fuit. In Prussia dicitur sanguinem è cœlo in terram cecidisse, tanquam ignis fauillas. In ducatu Wuirtembergico 27. Decembris subito orta est Vorago, alta pedes triginta sex lata uiginti. Circa planum terræ, non amplior puteo communi & ambitu rotundo, cuius aquæ alta circiter pedes nouem sequenti die apparuit ignis in aëre amplissimus paulò antè Solis ortum per totam ferè Germaniam, in quibusdam locis longitudine occupabat quatuor aut quinque stadia, latitudine unum: ad eò ut multis in locis homines putarint oppidum aliquod aut urbem incensam, aliquot etiam locis concurrerunt ad uicinum ignem extinguendum. Tandem nonnulli peritiores deprehenderunt, non esse incendium domorum in ambitu terræ, quod uiderent sub flamma candorem. Hæc horrenda meteora, ut testes sunt Physici doctissimi, proculdubio portenderunt futuros motus Gallia.

Bellum Sabaudie Ducis contra Waldenses.

Sub exitu huius anni Sabaudia Dux Emanuël Philibertus, bellum mouit contra Conuallum Lucernensium in Pedemontio propè montem Vesulam incolas, quos Waldenses dixere, qui iam olim Romanam Ecclesiam auersati. Dux itaque cum in auitam ditionem restitutus esset, atque per quam molestè ferret religionem sibi contrariam apud eos uigere: illis sapè numero mandarat, ut ministris suis pulsas, atque religione abiecta, antiquam religionem reciperent, id nisi facerent, dira supplicia illis minatus. At cum illi, confessione fidei suæ ædita, eam religionem se retenturos, ac Principi nihilominus in ciuilibus obedientiam præstituros, testarentur: hic inuicem acerba mandata contra eos proponit, quibus nobiles atque uicini freti, agmine facto in eos ruere, illis quoque damnâ quamplurima inferre cœperunt: Illis uerò defensionem contra uim illatam instituentibus, res eò usque processit, ut qui ad cedes ac direptiones uenissent subinde malè exciperentur.

Cum ergo Dux incursionibus ac direptionibus nihil proficeret, aperto bello cum ipsis agere instituit, misso isthuc cum quinque millibus Trinitæo Duce, qui etsi ditionem istam inuadens nihil non hostiliter egerit, domos incendens armenta omnemque suppellectilem diripiens, non tamen quod uoluit efficere potuit: Nam incolis ad sui defensionem montium cacumina niuibus oppleta potentibus, ac singulari uirtute Sabaudos inferiores, maxima ui lapidum desternentibus, in eas difficultates Trinitæum coniecere, ut is aliquot millibus desideratis permissu Ducis cum Conuallensibus transigeret, ita ut his cum libero commercio per omnes Ducis regiones exercitium religionis assuetæ permitteretur, modo Duci debita officia obsequiaque redderent, ac sine scandalo uiuerent.

Cum





# Sub Ferdinando I. Imper. 2171

ANNO 1561.

Regna ab hoc instituto se non discessuram significaret, & humaniorem sententiam ne res antea debiles, uehementius exagitarentur, sequendam putaret: Guiliamus communicatis cum Conestablio & Marefcallo Andrea consilijs, è conuentu se subduxit. Hoc Sangermanico consilio, soluto, ad nouã Septembris Pontificiorum & Euangelicorum colloquium Possiaci per regē indicitur.

Hoc eodem mense cum Electores & Principes Germaniæ confessioni Augustanæ adherentes, Neuburgi in Thuringia conuenissent, ut de tuenda Augustana confessione, anno tricesimo Imperatori Carolo exhibita, deliberarēt, quod multos sinistros sermones de se spargi coram Imperatore Ferdinando audiissent, Pontifex Pius qui ante ineunte Decembri, Solennibus Iubileo, ieiunijs & supplicationibus à uaticana Basilica ad Mineruz habitis, ac publicatis literis generale Concilium Tridenti prosequendum esse, & proximo Paschate anno 61. iterum inchoandum indixisset, eodem suis Legatos mittit Zachariam Delphinum, Pharenssem, & Ioannem Franciscum Commendonum, Zachynthium, Episcopos, ut Principes Germanos ad Concilium hortarentur, quibus quinto Februarij audientia data, eorum prior legationis suæ causas hæc oratione exposuit.

Cum Summus Pontifex ad sacrosanctum Regimen Ecclesiæ uocatus esset, in eam statim curam, pro suscepto munere pastorali, incumbere cepit, quò corrupti mores emendarentur, ut esset tandem pax Ecclesiæ, & idem sentirent omnes nationes: cumq; non tam ad mala sananda, quàm ad bona consequenda, nullum aliud remedium, quàm sacri Oecumenici concilij celebratio esset: habita matura deliberatione, cum ordine Cardinalium, sacrum concilium Tridenti ad festum Paschatis celebrandum, auctoritate diuinitus sibi tradita decreuit. Ut uerò ad noscitiã omnium Principum id perueniret & ipsi eandem curam susceperent, suãq; studia ad consulendum Germaniæ tranquillitati, Pontificiæ sollicitudini cõiungerent, ablegauit nos nuncios suos, pro amore & studium dilectam Germaniæ nationem semper prosecutus est, eiusq; unitatatem dilexit, qui Pij Pontificis nomine singulos cõuentremus, rogaremus, hortaremur & obtestaremur, ut ad concilium hoc accederent, cum plena mansuetudinis & pacis omnia ibi sint futura: omnes ibi auditum, ac in rebus benignè exauditum iri: peramusq; ut idem Principes piam hanc sollicitudinẽ progressum habere uelint, cum Pontifex nihil aliud studeat, nisi ut concordia & pax Ecclesiæ restituatur. Paratus est idem Pontifex saluum conductum Principibus in amplissima & tali forma dare qualis unquam fuit aut excogitari potest. Quapropter petit Pontifex & adhortatur ut singuli Principes Legatos suos cum plenis mãdatis eò mittant: ut Principum studio sedatis Ecclesiæ dissidijs (tot enim de religione opiniones, quot capita, & tot Euangelia, quot Doctores) Ecclesiæ suum decus restituatur: una fides ubiq; seruetur, & unus Deus ab omnibus colatur.

Cætera Principes à Collega audituros Dixit, qui sequentia probauit. Illustrissimè Principes: cum eadem mandata utrique nostrum Summòs Pontifex dederit, non repetenda arbitror quæ à collega iam exposita sunt, ad explicandas Ecclesiæ calamitates. Nemo est enim, qui ignoret, quò res deducta sit, & quò relabatur, aliud ex alio malum exoritur: hostibus Christiani nominis ad perniciem & Interitum Reipublicæ aditus datur, huic obuiam ueatur opus est. Postulant hoc pericula, suadet temporis oportunitas, Pij Pontificis benignitas & studium, ut nulla unquam pacis conciliandæ commodior occasio oblata aut dari posse uideatur, pacata Repub. Christiana, ac Pontificiè diuinitus dato, cuius studium singulare est erga Principes, sollicitudo de animarum salute, & ut Ecclesiæ & tranquillitatis pax restituatur.

Hæc

Principum Germaniæ Neuburgi conuentus.

Pontifici Legati in Germaniæ Principum conuentu Oratio.



## 2172 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1561. Hæc sunt quæ paucis exponenda censuimus. Principum non pauci hæc orationem licentia ita offensi fuere, ut quidam ipsorum literas peculiariter à Pontifice ad se scriptas atque oblatas legere respuerint, te uero inter se deliberata, septimo Februarij nomine omnium, Legatis Pontificijs, hoc uerborum tenore responderi uoluere.

Procerum Germaniæ responsum.

Illustrissimi Sacri Romani Imperij Electores & Principes, Illustrissimorum Electorum & Principum Legati & consiliarij, ad orationem uestram, quam Pontificis Romani mandato, Celsitudinibus, Gratijs & Humanitatibus ipsorum exposuistis, hoc responsum uobis dare iusserunt: Non dubitare se, quin multi omnium ætatum ac gentium toto terrarum orbe uiri docti, sapientes ac pii, iam dudum meliorem Ecclesiæ statum optarint, & nunc quoque anxie ad Deum uota faciant, ut tandem doctrinæ puritas restituatur, & in Ecclesijs inuecti abusus pia emendatione tollantur, quod ipsum Romanis Pontificibus, in sua Iurisdictione præcipue curæ esse debeat, qui Ecclesiæ titulum, tam longo annorum spatio, sibi arrogarunt. Verum quibus ipsi potissimum rebus & actionibus dediti semper fuerint, obscurum bonis omnibus non est: quin multos Pontificio nomini addictos uiros sapientes fateri necesse est. Mirantur autem Illustrissimi Electores & Principes, reliquorumque Legati, qua uel opinione per suasus, uel spe fretus Pontifex Pius 4. missa huc legatione, celsis Concilij Indictionem obtrudere, eosque Tridentum uocare ausus fuerit. Neque enim ipsum Pontificem & uos ignorare, quam religionem status Augustinæ confessionis amplectatur, quibusque de causis ecclesias suas, iuxta Euangelij doctrinam repurgare, & se ab eo coetu, qui suam potius quam Ecclesiæ gloriam quaerit, selungere coacti sint: Sic enim Pontificem ac uos statuere Illustrissimi Principes uolunt, non agnoscere se Romanæ sedis auctoritatem, quæ celsis suis diuini humanique iuris indubitatis testimonijs persuasum esse, Concilij indicendi ius Pontificem Romanum non habere: Iudicis enim officio fungi, & controuersias dirimere eum, à quo destructiones & dissensiones multæ in Ecclesia ortæ sunt, fas non esse, diuini ac humani iuris scripta testantur. Iniuste etiam oratione uestra sese taxari, Illustrissimi Principes affirmant, quod nullam fidei certitudinem habeant, sed tot nunc sint Euangelia, quot Doctores, tot Religiones quot uoluntates: Extat enim non solum de omnibus fidei articulis, perspicua ipsorum confessio, Imperatori Carolo v. Augustæ anno xxx. exhibita, uerum etiam uarijs hæcenus editis scriptis, cœlestis doctrinæ ueritas illustrata & explicata est.

Quibus autem maculis Romana Ecclesia nunc imbuta, uniuersi orbis terrarum quærelæ satis testantur. Cumque non errore lapsi, nec temeritate, curiositate, aut grauis cupiditatibus, sed seuerissimo Dei mandato, quo præcipitur idola fugienda esse, impulsu Germani Principes, à Romana Ecclesia discesserint: constanter in ea sententia, perseveraturi sunt, nec ullas sibi à Pontifice leges præscribi patientur: nullius enim auctoritatem uel Iurisdictionem, quam Imperatoris sui Cæsaris Ferdinandi agnoscunt, cuius Legatis, quam Concilio œcumenico ac generali celebrando, spem ac sententiam habeant, coram hic exposuerunt.

Quod uero ad uos attinet, ita uobis omnino ut persuadeatis, Celsitudines ipsorum uolunt: nisi Pontificiæ Legationis munus, nunc quidem obijissetis, omnia Celsitudines ipsorum, Clementiæ & beneuolentiæ studia & obsequia, uobis ex clarissima Venetorum familijs ortis, præstituros fuisse, tum quod erga amplissimam Venetorum Rempublicam animo affecti sunt beneuolo, tum uero etiam quod uos ob generis nobilitatem, doctrinam, ac sapientiam, laude fauoreque suo dignos esse ipsi profiteantur.

Hoc responso legatis dimissis, illi quos diximus Electores ac Principes literis ad

bertis ad Imperatorem scriptis, testati sunt, se confessionem illam Augustanam unanimiter recinere, paratosque esse ex Verbo Dei illius rationem reddere: ac deinde luculentissimo scripto, causas recusati concilij Tridentini, publicè edicto, exposuere. Legatorum itaque Delphinus superiore Germania, ad cuius Principes Pontificius orator erat, peragrata, apud Casarem Legatus Apostolicæ sedis permanere à Pontifice iussus est. Commendonus uerò Germania inferiore, Saxonia, Rhenanis oris, Belgis, Lotharingis, deinde Germania superiore & Bauaria percursis, cunctisque illorum regionum Episcopis ad concilium inuisitatis in Italiam Tridentum, deinde à Pontifice uocatus ad urbem reuersus est. Neuter horum indignandi causas habuit, honorificè ubique locorum exceptus. Angliæ uerò Regina Elizabetha Hieronymum Martinegum Abbatem ad se concilij causa Legatum missum cum audire recusasset è Belgio in insulam traicere prohibuit: Nec diuersum ad Reges Daciæ & Sueciæ missus responsum retulit.

Quinto Martij Pius Pontifex Caraffarum quos supra in uitacula coniectos diximus, causa in pleno consistorio diligentissimè examinata, Carolum Cardinalem Maiestatis damnatum, & omnibus honorum gradibus exutum in Hadriani mole, carnificis manu nocte stragulari iussit: Ducem uerò Paliani comitesque & Cardinales in Turris nonæ carcere capitali supplicio affectos in publico ad Pontem Aelium exposuit, & paulò post ad damnatorum sepulchra retulit, populo Romano attonito, & quorsum ista tenderent admiranti: illis maxime memorabile spectaculum, instabilisque fortunæ ludibrium præsentibus, ad tantæ potestatis culmen euexerant, extincti, nutu, renutuque suo cuncta moderabantur Ducis præsertim casum animo reputantes, quem paulò antè insigni militum, & equitum manu stipatum, ac per urbem more penè Regio incedentem conspexerant, tunc uerò eius corpus capite truncum aspectu publicè collocatum uiderent. Eius uerò admirabilis constantia fuisse perhibetur, qui paulò antè obitum & socios metu cædis consternatos egregia oratione ad mortis contemptum adhortatus est, & literas pulcherrimas filio iuueni scripsit, optimis monitis refertas, quibus ei Christiano more benè precabatur. Cardinalis cadauer in propinqua Diuæ Mariæ Transpontinæ æde publico sepulchro datum, mox ab eius familiaribus ad Mineruæ translatum, & in familiæ equæ sacello conditum est. Inter multas præcipuè damnati Cardinalis causæ in quaestionem codicillis, relatae sunt, quòd senem Pontificem Paulum, quamquam in bellum pronum, tamen bellicarum rerum imperitum, falsis nuntijs & consilijs decepisset, multos & maxime dignationis uiros eius belli occasione uexare iussisset: quòdque uarias literas & notas arbitrarias ementitus, eius præcipuè opera quinquennialibus inter Reges Hispaniæ & Galliæ ictis inducens fractis totum id bellum quod Paulus gessit susceptum diutiusque non sine læsæ Maiestatis, & socijs, uxoris grauidæ & adulteri in dicta causa cædes obiectæ. Pontifex uerò uideri uoluit, eos non eo consilio uinxisse, ut morti traderet, at in quaestionibus habendis exacerbatus, magnitudinem demum rei intellexisse, quum ei persuasum esset, Cardinalem animi excelsi & intrepidi, si re eum semel grauissimè læsum tolli iussit, in reliquos clementius, quos minus peccasse profitebatur, haud dubiè acturus in fortuna ipsa aduersa Pontificis animo impulsisset, ut eos potius perdendos quam Cardinalem non conseruandum existimasset. Aliquanto mitius cum Alfonso Cardinale, qui mansuetæ continentisque naturæ haud dubium specimen dabat, actum: ipse namque, qui die obitus Pontificis quædam è cubiculo suo subripuisse accusatus fuerat, cen-

Pij 4. Pont. in  
Caraffarū stū-  
diosos indi-  
gnitas.

Anno 1561. tum millibus aureorum Vitellij Cardinalis studio comparatis, perfolutis, <sup>Ca-</sup>mera Apostolica præfectura multatus, cum reliquis omnibus liberè ea condi-  
tione tamen dimissus est, ne urbe egrederetur.

*Hericourtij oc-  
cupatio à Dd-  
mino de Rye.* Decimoquinto Martij Claudius Franciscus Nouocastrensis dominus de  
Rye, Christophoro Duce Vuirtembergico cum Comitibus Ortenburgicis,  
Ferdinando, Bernhardo, Ernesto & Erenfrido, de arce Hericourt, ad fines Bur-  
gundia sita, alijs q̄ locis compluribus coram ordinario iudice Dolæ contem-  
pente: is Hericourtim litigiosam ac ab Ortenburgicis possessam callide inter-  
cipit ac occupat, non minus sibi turis ad illam, quam dictis litigantibus, com-  
petere, ex testamento prætendens. Etsi uerò controuersia status mira quæstio-  
num & ambagum prolixitate inuolutus sit, tamen eius summam ut publice  
scriptis à consulentibus exposita est, commemorabimus.

Anno millesimo quadringentesimo sexagesimotertio 28. Octobris qui-  
dam Theobaldus Nouicastro d'espina, Hericourtis, Clemons, aliorumq̄ do-  
minorum Dominus, Mareschallus Burgundia, cum undecim liberos habeo-  
beret, septem masculos, nimirum Antonium Episcopum Tullensem Leonhar-  
tum, Vuilhelmum, Ludouicum, Iacobum, Henricum & Claudium: Et quatuor  
filias, Agnetem, Iohannam, Margaretam & Catharinam, legitimum testa-  
mentum condidit, eosq̄ particulariter instituit, duobus masculis exceptis, ui-  
delicet Henrico & Claudio, quos in residuo omnium bonorum hæredes uni-  
uersales solos & in solidum instituit, uidelicet Henricum in terris & dominijs  
de Nouocastro, Chastellor, Blacmont, Hericourt, Clermont, Chamallon, Le  
pont de Royde, Bourodque, Estheuan, Louze, Lagarde, & la iustice de lieu  
croissant, & du prieuré de Lauthenandz Montion, Chastel sur Mezel, Espi-  
nat, Bauuille Chalini, en la restitution de l'isse quand le cas aduendra selon le  
traicté fait à Gray &c. Et dictum Claudium in terris & dominijs du Fay,  
Bourgoignon, Poncon, & in omnibus pertinentijs redditibus, censibus, præ-  
eminentijs mero, mixto imperio, feudis, subfeudis, & alijs quibuscunque, & in  
castro, oppido, terra, & pertinentijs de Grancey &c. Et casu, quo Henricus de-  
cedat sine hæredibus de suo corpore, Claudius, uel primus eius masculus per  
ordinem succedat, in portione dicti Henrici. Et si dictus Henricus decedat rel-  
icta unica filia, habeat illa decem millia francorum Burgundia per dictum Clau-  
dium uel filium eius soluendorum. Et si dictus Henricus relinquat plures fi-  
lias, dentur pro illis omnibus simul per dictum Claudium hæredem meum uel  
suos liberos masculos quindecim millia francorum dictæ moneta. Et casu,  
quo Claudius filius meus, & hæres, uel filius eius masculus in defectum hære-  
dum masculorum Henrici, teneat portionem (partagium uocat) Henrici ra-  
tione dictæ substitutionis, uolo quod dictus Leonardus filius meus (al'is fa-  
ctis destinatus) sit secularis, & possideat partagium Claudij, cui eo casu substi-  
tuo Leonhardum. Et si dicti Henricus & Claudius decedant sine hæredibus  
masculis instituo hæredem meum solum, & in solidum dictum Leonhardum  
(casu quo non sit ecclesiasticus) in partagio dicti Henrici, & dictum Ludouic-  
cum filium meum in partagio dicti Claudij, & si dictus Leonhardus sit eccle-  
siasticus, instituo dictum Ludouicum in omnibus bonis, & partagijs in qui-  
bus institui & substitui dictos Henricum & Claudium. Item si dictus Clau-  
dus relinquat unicam filiam, uolo per dictum Leonhardum solui ei pro omni  
iure octo millia francorum, & si plures filia sint, duodecim millia francorum  
pro omnibus. Et mediantibus dictis summis, uolo filias Henrici & Claudij, &  
quamlibet earum, contentas esse de dictis bonis, successiõibus & partagijs,  
de quibus eas prius absque eo, quod dicti Henricus & Claudius possint ali-  
ter, quam ut supra disponere. Et, si Henricus, Claudius, Leonhardus, & Ludo-  
uicus decederent sine masculis: succedat uxor mea Bona de Schattauille ad ui-  
tam,

Item, qua mortua, succedat Antonius filius meus Episcopus Tulensis ad usum fructum, & post eum, uel, eo deficiente, Iacobus alter filius ad uitam, & post eum, uel eo deficiente, Gulielmus alter filius ad uitam uelut usufructuarij. Et omnibus illis deficientibus, dicta Iohanna filia mea, uel eius liberi succedant in partagio Henrici & Margarita & Catharina alia filia mea, uel earum liberi in partagio Claudij. Item & in defectum omnium prædictorum, quamuis frater meus Ioannes de Nouocastro, Dom. de Montagu mihi aduersarius fuerit, &c. Tamen in honorem & reuerentiam Dei, & quia meus est germanus frater, & etiam pro honore nominis de Nouocastro ego illum restituo & facio meum heredem uniuersalem. Et in defectum illius, hæredes eius masculos seculares descendentes de suo corpore in recta linea. Et casu, quo dictus frater meus, & dicti hæredes sui decederent sine hæredibus naturalibus & legitimis, uel etiam quod dictus frater & dicti hæredes sui adhuc superstitibus aliquibus de dictis meis liberis, uel de eorum hæredibus prout supra, Volo quod loco dicti fratris & dictorum suorum hæredum ueniat & succedat in dictis bonis meis cognatus meus Ferricus de Cusance, Dominus de Bellouisu, qui alius fuit domini mei, quem uel suos hæredes substituo, & in defectum omnium prædictorum substituo Comitem uel Comitissam de Mombellardo, descendentes de linea defunctæ charissimæ materteræ dominæ Heinriettæ de Mombellardo. Et in defectu eorum instituo charissimum cognatum Dominum Gulielmum Cabillonensem Comitem de Tonnerre & hæredes suos masculos. Et in defectum prædictorum Comitem Vallemontanum.

Contingit uerò deinde, cum Bona testatoris uxore, & filios Antonium Episcopum Tullensem, Leonhardum, & Ludouicū sine hæredibus masculis decedere, unā cum quatuor sororibus, & ita Henricum & Claudium patri, ut supra succedere, & per obitum Henrici sine liberis omnia deuolui Claudio, qui decessit, relictis Bona & Elizabetha filiabus, ac fratre Vuilhelmo usufructuario, qui coelebs ijs bonis ad tempus uitæ fructus est citra contradictionem filiarum Claudij fratris, patruo quoq; Ioanne Montaguante Vuilhelmum decedente, sed duobus liberis post relictis Ferdinando de Nouocastro, & Ioanne de S. Albino, ad quos hæreditas iuxta dispositionem testatoris deuoluta est, Ferdinando nomine suo & fratris eam aduente.

Cæterum filia Claudij, quarum Bona Vuilhelmo Comiti Firstenbergico, & Elizabetha Felici Comiti Vuerdenti nuptæ fuere post patris Vuilhelmi obitum, qui ut diximus ex eodem testamento usufructuarius erat, deficientibus etiam filiabus testatoris & earum liberis, dicta Bona occupauerunt, excluso patruo Ioanne eiusq; filijs Ferdinando & Ioanne Nouocastrensis fratribus. Ferdinandus ergo Ioannis filius anno millesimo quingentesimo quinto pro uero Domino dictorum dominiorum se gerens, ac ab omnibus reputatus interdictum uti possidetis, mouit in Senatu Dolano contra dictos Comites, uel earum uxores Bonam & Elizabetham contra eosdem auditos iudicium realis sequestri obtinens anno sesquimillesimo decimo sexto. Reus uerò comitis Aprilis, die decimosextimo, plenum possessorium Ferdinando adiudicatum, reus in sumptus & in grates rebellionis multas condemnatis. Ferdinandus uerò fratre Ioanne id ratificante anno millesimo quingentesimo sexto, certo contractu cum Vdalrico Vuirtembergensi, & Montisbrigardi Comite Georgio fratribus facta, omnia hæc iura pro sex milibus aureorum cesserat, ac contra parte soluentis prosecutus fuerat, & obijt non facta executione dicti articuli, sine masculis relictis quatuor tantum filiabus, quarum una nomine Anna anno millesimo quingentesimo uicesimo secundo, Reos eorum uel hæredes in

## 2176 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1562. Ius in eodem Senatu uocauit, ut arrestum illud executorium declararetur. Pariter uero eodem anno quo contractum inter Vdalricum Vuirtembergicum & Ferdinandum initum diximus, & Claudius de Cufance Dominus de Belluisu, & Marcus de Cufance, fratres, filij dicti Ferrici præmortui uiuo adhuc dicto Ferdinando, & eius fratre, & sic ante substitutionem sibi apertam, uendiderunt omnia iura sua, uel spem substitutionis eidem Vdalrico: Et nouissimo anno millesimo quingentesimo primo, uicesimo octauo Augusti, idem Claudius & Marcus de Cufance uel eorum filij, nouam cessionem ratificatione prioris, Christophoro Duci Vuirtembergensi eadem bona de nouo uendicanti præferunt. Nouocastri autem ab obitu Ferdinandi ferè per nouem & triginta annos omissam resument. Et quidem hæc iura ad dictam Hericourtiam erant, que Vuirtembergici prætenderent: Ortenbergicis qui in possessione essent, cessionem Vuirtembergicis factam ex uarijs causis impugnantibus, ac fundamenta cause suæ iacentibus, initio in conuentionibus factis, inter dictam Bonam & Vuilhelmum Fürstenbergicum maritum anno millesimo quingentesimo quinto, quarum uigore is terrarum istarum Dominus pleno iure factus sit: Deinde reciprocam omnium honorum donationem, qua ad confirmationem iuris præcedentis hæres in isdem sit institutus. Hæc porro iura à Guilhelmo Fürstenbergico apprehensa & possessa anno millesimo quingentesimo uicesimo quarto certis quibusdam conuentionibus in Cæsaream Maiestatem, & ab hac in Gabrielelem Ortenburgicum parentem Reorum & Ferdinandi Regis Romanorum consiliarium translata. Similiter quoque iura Elizabethæ Felicis Comitissæ Vuerdenbergensis uxoris hac sine literis decedente, in Antonium & Salatinum Comites Eisenburgicos filios arrogatos & pro hæredibus institutos translata, anno millesimo quingentesimo tricesimo quinto mensis Augusti, à Salatino post fratris Antonij obitum certis conuentionibus Gabrieli parenti-cessa, eamque transactionem ab Annæ Isenburgicæ dicti Salatini sorores maritæ Francisco Manderschiedio Comite anno millesimo quingentesimo quadragesimo nono confirmatam, ita, ut in Gabrielelem omnia iura Elizabethæ Claudij filia translata fuerint. Ad ius uero prætentum Domini de Rya quod antea id non tam ex testamento Theobaldi Nouocastrensis, quam Stephani Comitis Montbelgardensis deducebatur. Is namque filio Henrico, qui ex Maria Chastillon quatuor filias Heinriettam nimirum, nuptam postea Eberhardo Comiti Vuirtembergensi, Margaritam quæ sine liberis decessit, Iohannam nuptam Ludouico de Chalon, Agnetem elocata Theobaldo de Nouocastro suscepisset, in Hungaria propter bellum Turcicum absente, testamentum condidit, in quo si Henricus non rediret è bello Turcico ex Bulgaria, dictas quatuor nepotes hæredes uniuersales instituit, iuxta diuisionem in eodem testamento factam, uidelicet Heinriettam in comitatu, castro, urbe & arce Montbelgardi, in castro, urbe, & arce de Pourrentraco, in castro, urbe, & arce de Grangia, & Desstobonensi, & Salnateni, & Clareuallensi ad Dubin, &c. Et dictam Iohannam in castro Burgo, & arce Montisfalconis in castello Burgo, & arce de Badana, in castro Burgo, & arce de Vuillesfans le uieux, &c. & dictam Margaretam in omni terra ultra Iuram, &c. Et dictam Agnetem in urbe, &c. Et decedenti sine liberis superstitibus substituit. Et quod aliter non possit ordinare, nec disponere aliqua de minoribus nata decedens sine hæredibus è suo corpore naturalibus & legitimis, &c. Et quod hæredes dictarum filiarum successiuè non possunt per testamentum uel dispositionem dare, permutare uel disponere de dictis terris in aliam personam, nec cuius de alia linea existenti quam unde uenerunt & descenderunt dicta hæredia & iura ad magis proximiores linea unde uenerunt & descenderunt. Mortuo testatore Iohanna elocata Ludouico de Chalon, dictam terram Vuillafans dedit uel legauit Theobaldo, ex sorore Agneris nepoti,

nepoti, Marechallo Burgundia, de quo antea: à culus pronepotibus descen-  
dentibus ex Claudio post obitum Renati, in quo anno millesimo quingente-  
simo quadragelimo quarto proles Iohanne defecit, Christophorus Dux Vuir-  
tenbergensis uenditare cepit, sed ut Vuirtenbergicorum Principum Vdalrici  
& Georgij fratrum in Christophorum transmissa causa, in bonis quæ fuerunt  
Stephani per eum distributis, Iohanne Chalonie nepti, & relictis per obitum  
Renati Vranie Principis tanquam proximiorum, optimis fundamentis niti  
uidebatur: nimirum ex Henrietta Mompelgardensi testatoris nepte, & Eber-  
hardo Vuirtenbergico, Vdalrico Comite Vuirtenbergensi nato: ex hoc uero  
& Elizabetha Batarica, Eberhardo & Henrico fratribus procreatis illo Ducis  
titulum redimente, hoc Comite Mompelgardensi remanente, ac ex Elizabe-  
tha Bonitissa de Birsch Vdalricum Vuirtenbergicum & Georgium filios susci-  
piencie, quorum ille Christophorū procreauit. Sic Dominus de Rya ex Agnete  
quarta Stephani testatoris nepte, quam Theobaldo de Nouocastro nuptam  
diximus, in pari successione gradu ac iure esse uidebatur. Agnes siquidem &  
Theobaldus Nouocastrensis, duos filios ex iusto matrimonio procreauerunt,  
Theobaldum Marechalum Burgundia, & Iohannem de Montagu. Hic Ferdi-  
nandum & Iohannem filios, quorum antea mentio facta est. Ferdinando filias  
tres relinquente, Agnetem, Annam, Antoniam: Agnete rursus filiam Ludou-  
icam nuptam Girardo de Rye, ita ut in paritate gradus Girardus cum Christo-  
phoro Vuirtenbergico concurreret. Atq; hæc quidem iura quæ tam Ortenbur-  
gici quam Nouocastrenses contra Vuirtenbergicos prætenderent, erant: quæ  
non solum Doctores, quorum consilia quæ plurima de his circumferuntur, sed  
& iudices ipsos longo tempore exercuerunt.

Mense Aprili Saritus Rex Marrocius cognita uictoria quam Turcæ contra  
classem Philippi Regis Hispaniæ ad Girbam Insulam obtinissent, filium cum  
ualido exercitu ad occupandam Mazzagauam ditionem in Africa, Regi Por-  
tugallia subditam, mititauit sed cum ea fortissimo præsidio munita, insultus hosti-  
um fortiter sustineret, in festo Ascensionis Domini, trigelimo postquam terrâ  
inuasisset die, re infecta inde discessit.

Mense Maio Eleonora Imperatoris Ferdinandi filia, uirgo forma & morib.  
ornatissima, Vuilhelmo Duci Mantua desponsata, ad eum honorificentissime  
deducta, Mantua nuptias celebrat.

Quarto Iunii Christophorus Vuirtenbergicus, qui Hericourti litigiosa per  
Claudium Fræiscum de Rye occupata, incontinenti nomine patruelis Friede-  
rici Georgij Mompelgardici filij, copijs equestribus atq; pedestribus pro ea re-  
cuperanda conscriptis, ipsum per legatos obsederat deditione capit. Nam etsi  
Ortenbergici Hericourtium possedissent, ideoq; merito eius litigiosæ recupera-  
tio ad ipsos pertinuisse uideretur, tamen cum id ab inuasore agi, ut ipsam in po-  
tentiorem trāsferret, ac et arma & apparatus bellicum, ab Ortenbergicis sup-  
peditatum intellexisset, quo inuasoris instituto occurreretur, nec iudicium cu-  
ius finis expectabatur, frustratorium redderetur, ipse Hericourtium copijs ob-  
sessam, in suam potestatem nomine patruelis redigit, offerens sumptibus belli  
ab Ortenbergicis refusis, se eius possessionem illis restitutum esse.

Iunii die uicesimo quarto Ericus Gostauri Regis Sueciæ ex Catharina Saxo-  
nicæ filius primogenitus, Stockholmi in magna suorum exterorumq; Princi-  
pum ac legatorum: frequentia Rex inauguratur, natus in eadem regia urbe, an-  
no millesimo quingentesimo trigelimo tertio, 13. die Octob. post nouam po-  
meridianam, cuius quæ administratio regni fuerit, sequentia anno sexagesimo  
octauo luculenter testabatur.

Vndecimo Augusti Vuilhelmus Princeps Auracicus & Comes Nassauen-  
sis cum Anna Mauritiij Electoris Saxonie & Agnetis Landtgrauie Helsingie  
filia

Anno 1561. *lia*, Lipsiæ nuptias magna pompa celebrat. Nupta prius ei fuerat *Anna Maria* Christiani Egmondani Comitis Butani unica filia & hæres, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo, lunij die octauo, ex qua filiam Mariam & filium Carolum Vvithelmum sustulit. Cæterum ea anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, Martij die uicesimo quarto e uisus decedente. *Wilhelmus Primus* Auracicus biennio in uiduitate transacto alteram hanc Annam, magna multorum admiratione duxit: felix reputatus cui duorum bellicosissimorum heroum duas filias unicas matrimonio iungi contigisset. Verum quam nulla in rebus humanis felicitas certa stabilisq; sit, uix octennium in matrimonio cum Anna Saxonica exactum docuit, cum Princeps ab Albano bonis priuatus, in exilium concedere coactus est. Tanta Principum, Ducum, Comitum, belliq; præfectorum copia nuptijs intererat, ut equitum circiter quinq; millia Lipsiæ numerarentur.

Decimo octauo Nouemb. Albertus à Lasko Iacobo Heraclide Basilico Despota in Moldauiam introducto, Alexandrum eius loci crudelem Principem, suumq; numerosissimum exercitum parua manu fundit fugatq; & regnum ipsum amplissimum, diuersisq; populis refertissimum usque ad ultimos terminos uictrici manu subactum, Despotæ reddit.

Sexto Decembris dimidia hora post decimam noctis Illustrissimus Princeps ac Dominus Dom. Ioachimus Princeps Ascaniæ, frater Ioannis & Georgij, natus patre Bénéto & matre Margarita, ex familia Münsterbergensium Ducum decessit, extinctus apoplexiâ, in arce Dessauensi, postquam compleuisset ætatis suæ annos quinquaginta duos, menses tres, dies triginta, horas quinque, secundas sex. Princeps optimus & pietissimus, cuius anima in complexu Filij DEI Domini nostri IESU CHRISTI expectat lætam resurrectionem.

## DE REBUS GESTIS

Anno 1562.

Anno 1562



ANNI 1562. mense Februario Guisiaci fratres quatuor, *Franciscus* Dux, duo Cardinales, Lotharingicus & Guisus, ac Prior grandis, qui post solum conuentum Possiacensem, mense Nouembri superioris anni Linuillam uenissent, ibiq; aliquot dies commemorati, discordiæ in Gallijs exortæ componendæ studio, tantum apud Christophorum Vvittenbergicum Ducem, qui Gallico Regno apprimè faueret, obtinuerunt, ut is de hijs negotijs cum ipsis conferendi gratia, Tabernas Alfatias se uenturum promississet, tandem eò conuenere, Vvittenbergicum filium Eberhardum ac generum Ludouicum Landgrauium Halsiæ secum adducente, uerbis quidem id à Guisiacis agebatur quasi dissidiij religionis conciliationem cuperent: ideoq; Cardinalis cum Ioanne Brentio Theologo Vvittenbergico humanissimè conferebat, ac prima Dominica Quadragesima, quam inuocauit dixere, Gallicè ipse concionabatur, ea intermiscens concioni quæ causæ idonea ac favorabilia uiderentur: re ipsa uerò hoc querentes, ut Vvittenbergicum ab Huguenotis in articulo Sacramenti dissentientem ab hijs alienarent, ac Germanorum Principum auxilla ipsis præriperent. Ac quidem Martij plenij, futuris calamitatibus Galliæ occasionem dedere: nam Calendis Martij Franciscus Guisiacus Dux ex oppido Dammartino, quod est in Lotharingiæ finibus, Vasselum antiquissimum in comitatu Campaniæ oppidulum loco amœno ac fertili situm profectus, illinc duobus passuum millibus distans, conuentum Euangelicorum in amplo quodam horreo illic leuiter recto haberi

*Vassiacena*  
*strages à Guis-*  
*siacis patrata.*

beri intellexisset cum ducentis equitibus, & militibus quadraginta ex turma  
cataphractorum equitum in templum irrumpens, populi cœtū, de insperato cum  
ualida armatorum manu, opprimit, ac partim concidit, ita ut eorum uiginti  
quatuor occisi, ad quinque & quadraginta uulneribus acceptis, mortui sint.  
Ac domibus aliquot direptis, atq; captiuis compluribus, inter hos conciona-  
tores abductis, discedit.

Nec longè post nimirum Aprilis duodecimo in urbe Senonum, quæ Iurif-  
dictioni Cardinalis Guisij subdita est, res alia accidit. Quibusdam ad biduum  
tumultuantibus, Evangelicorum domos diripientibus, eorumq; obuios lapti-  
dibus obruentibus, inter quos nec consiliarijs Regi Hondeuarto, Mallarto,  
Peaoni, alijsq; parcitum fuit. Cæterum horum historiam tantò breuius narra-  
re uisum est, quod publicis scriptis edita extet.

Circa hoc quoque tempus Mottegrandinus eques ordinis & præfectus  
Delphinatum aliquot pedites coëgerat, quos præsidij causa Valentia impo-  
neret: iamque portas urbis occuparat: cum Evangelici incommodi aliquid ti-  
mentès à uicinis Montimardis. Romanis alijsque subsidium petierunt: Ipsi  
uero decimo quinto eiusdem Aprilis ad octoginta numero portam urbis u-  
nam ceperunt. Quo nunciato cognitoque Mottegrandinus cum ingenti ar-  
matorum globo aduolat: oritur confictus in quo Mottegrandinus repulsus,  
domumque suam se recipiens, ibi obsessus, & igni qui iam adibus iniectus e-  
rat, coactus, se suosque dedit. Horum alij alio mortis genere perierunt, i-  
pe uero de fenestra suspensus & strangulatus est. His confectis Euangeli-  
ci Turnonem urbem ceperunt, arcemque obsederunt. Nec minus Lugdu-  
ni tum quoque res turbulentæ erant. Nam ad duodecimum diem Aprilis  
Catholici pluribus in locis tumultuari, circiter duodecim ferè obtruncarunt:

Tumultus V. de  
lentianis.

& Nemurcius apud Allobroges Delphinatesq; exercitum conscribebat. Ca-  
tholicique cum præfecto urbis colludentes, duo uexilla præsidiariorum mili-  
tum iam introduxerant. Quibus de causis Evangelici sibi metuentes, ipsi  
quoque ad ducentos armatos coëgerunt. Illi portas urbis, pontem Araris,  
ac domum urbis, in qua arma &munitiones bellicæ erant, tuebantur: hi in  
suo templo ac ante macellum custodias agebant. Interim ad uicesimum sex-  
tum Aprilis Mogeronus diplomate regio instructus, cum mandato, ut urbis  
custodiæ præesset, Lugdunum est ingressus: is postridie à prandio Valentiam  
proficiscens, ut Pontificijs qui illic premebantur succurreret: cum in itinere  
de morte Mottegrandini certior esset factus, conuersis equis domum suam  
se contulit. Valentini interea Lugdunensibus Evangelicis milites submise-  
rant. Ultimo igitur Aprilis circa tertiam uigilanti coitione facta, & tota ma-  
nu in tres cohortes diuisa, præcipua loca, uiasq; urbis occupant, illucescenteq;  
die domum urbis adoriuntur: unde constanter repulsi, in uicinum templum  
se recipiunt, conscensaq; turri multis & continuis plumbearum glandium icu-  
de tormentis, continuo Funigerorum, qui se ab instituti sui autore Francisca-  
nos nominant, templum, indeq; alia atque alia, nullo excepto, occupant: fra-  
tres omnes una cum sororeulis omnibus undique efficiunt atque proturbant.  
His tumultibus Magistratus summopere consternatus, ualde laborabat, an-  
xieque circumspiciebat, quo pacto res in tranquillum & tutum collocareti-  
tur: cuius rei una medicina uidebatur, si Evangelicis templa in quibus si-  
citraque flumen templis ad 3. Maij Euangelium Lugduni publicè doceri  
cœpit: ac paulò post Baro Adretus Condensis cum delecta iuuentute ut-  
bem est ingressus.

Turbæ Lugdu-  
nenses.



## 280 Epitome Rerum Gestarum

anno 1562.

Mensis Maij nono die, tandem diabolicae uexationis figmentum, quo Hans Vater insignis impostor, hominibus multis in locis illuserat, Norinberga detegitur, cuius historiam breuibus ascribere libet. Is natus in pago Meltinge, medium militarie dilito à Duringorum Vuymmaria. Hic professione bubulcus, triennium per celebres aliquot Germaniae ciuitates uagatus est, simulans se ipsis D. Ioannis feris hora matutina, quum bouum curam gereret, à Nicolao Gouel, postea ob sua flagitia Vuymmarie exusto, incantatum, pane assumpto cyaneo ex septuplici sanguine confecto, nimirum infantis nondum baptismo initiati, & ab eo occisi, serpentis bufonis, echini, uulpis ac lupi, ut duodecim annis atrociter à diabolo diuexaretur. Hoc Nicolaum in carceribus confessum fuisse asseuerabat. Hinc daemone ex cruciatae ipsi multifariam ait, ac tam strictè momento colligare manus sapè in tergo, uinculis ex pilis equinis & fericeis lacinis intortis, ut nisi mox eorum incisione laxaretur, sanguinis subqueretur eruptio. Coartabatur enim lingulari artificio ligaturæ nodus inexplicabilis. Ac antea præ angore sanguinem è sinistra aure atque ore frequenter effluere querebatur: & inter reliqua, semel Mansfeldia in aëra euectum se, & ualido uento Halam ultra muros translatum, ibique catenis argenteis colligatum fuisse narrabat: item Bornæ, ubi in turre inclusus fuerat, ut non nihil à diaboli torturis leniretur, atque ab eius laqueis tutus conseruaretur, per foramen angustum crassi fornicis à diabolo perruptum, se indulsio solummodo teuctum à demone extractum fuisse, atque in uastam traductum solitudinem: sed quomodo, se nescire: atque ibi tres noctes sine ulla cibatione humana peregisse. Addidit quoque, se catenis ferreis crebro à demone constrictum fuisse circum corpus, pedes & collum: ac semel ita in patibulo ad hoc spectaculum à Satana ex ingentibus lignis constructo, in quodam horreo alligatum fuisse. Admiranda quoque phantasmata, apparitiones & spectra, annexit, nec omnia enarrare breuibus se posse inquit: sed cuncta ordine ueluti seriem historicam, conscripta esse, tandemque per typographiam lucem uisuro, ut mundo innotesceret, quanta crudelitate plurifariam à demone excrucietur, dilanieturque. Nec pretermissit suum in orando, concionibus sacris audiendis & communicatione sacramenti corporis & sanguinis Domini, singulis quatuor septimanis, studium. Ad respicientiam quoque, ut populum horreret, se impelli affirmabat. Post diuinam huius tragœdiae ostentationem, Norinbergam tandem uenit, ubi eiusdem usus technis, à prudenti & circumspice Senatu obseruari, cum uigilanti sagacitate industriaque, semotis custodibus solitis, iuebatur: & licet prestanti abitionem urgeret, desperationem deinde simularet, & nescio quæ non comminiscerentur, ad artis suæ fucum: eò tamen ad extremum redactus est, ut se nunquam à diabolo ligatum fuisse, sed sibi ipsi, laqueos à se paratos, celeriter semotis arbitris intecisse, ubi item eorum materiam suffuratus fuisset, fateretur. Vincendi etiam specimen ostendebat liberè: & suctu sanguinem ex gingiuis extractum fuisse narrabat, quem quoque manu quam ocyllime in aurem seorsum instillabat. Reliqua item enarrata miracula, mera fuisse mendacia falsus est: uniuersamque huc spectasse fabulam, ut inde rem faceret. Quapropter publico pallo in spectaculum & irrisionem ad horæ dimidium alligatum, exilio puniuit amplissimus eximia prudentiæ, iudicij, uirtutis atque auctoritatis ordo Senatorius, 9. Maij, anno 1562.

Mense Maio ineunte, Guisius cum illis hominibus, quos Vassiacenæ stragis habuerat, Lutetiæ armatus applicat: eodem serè tempore, quo Condæus quoque ut Guisio resisteret, se armarat, & in urbem aduolat. Neutro igitur cedente, uros Parisiorum duabus contrarijs factionibus & potentissimis ualde con-

## Sub Ferdinando I. Imper. 2181

de confternata fuit. Guifianus fe à populo retineri caufabatur, metuente ne  
 Condensis, qui multa nobilitate comitatus effret, urbem diriperet: Condensis  
 uerò, ut hanc de fe fufcitata[m] fufpicionem confutaret, fe paratum una porta e-  
 gredi dicebat, fi Guifiani altera exirent. Sed tandem cum à Regina his malis fa-  
 nãdis Lutetiam Antonius Vandomius Rex Nauarraus fubmiffus ueniffet,  
 Condæus uinci fe paffus, cum fuis urbe excelsit. Vicere igitur confilia Guifia-  
 ni, qui ftatim magnis copijs ad Regē ac Reginã matrē ad fontē Abelleium eft  
 profectus. Regem Reginamq; matrem abducens mutum & fruftra obftan-  
 te Regina contra Ius id fieri, Rege etiam ipfo tum adolefcente uim fibi fieri la-  
 chrymis teftante & fonte Abelleio Melunum ad arcem, primum regiam (quæ  
 non regibus excipiendis, fed fontibus custodiendis iam pridem accommoda-  
 ta erat) feftinanter & tumultuarie abducit, atque inde Lutetiam. Ab alia parte  
 Condensis Aureliam fe confert, quò multi ex Principibus, nobilibusq; & o-  
 lioius Princeps Porcianus, Comes Rupefolcadensis, & equites ordinis ali-  
 quot magni nomiais, eundem impofito Ducis titulo Principem fuæ factio-  
 nis conftituerunt: interq; fe contra Guifianum præfectum aulae regiae, Conne-  
 ftablium Memorancium & Marefcallum S. Andream, tanquam contra Tri-  
 umviratum (ita enim poftera appellant) stabile foedus pecufferunt, quòd eti-  
 am edito fcripto omnibus publicarunt, cuius hæc ferè fummã erat: Quoniam  
 post Dei gloriam atq; honorem Regia Ma[ri] materq; eius unã cum incolumi-  
 tate Regni Gallici maximæ nobis curæ fit, quæ ab alijs planè negliguntur &  
 contemnuntur, dum contra Regium decretum eos qui pios cœtus ad audien-  
 dum Verbum Dei inftituere, occidunt, atque hæc ratione contra alios noftre  
 religionis perperè cupiunt, teftamur Deum omnipotentem, nos præter uolun-  
 tatem cogi ut coniunctis animis foedus inter nos iniremus. Hoc autem in nul-  
 lius perniciem aut detrimentum, nec in priuatum cuiusque commodum fa-  
 ctum, uerum primò ut Dei Saluatoris gloria promoueat, autoritas Regis at-  
 que Regiæ conferuentur, ftatuta & edicta Regia confirmentur, atq; legum  
 tranfgreffores puniantur. Idq; tantisper dum Rex ipfe matura ætate Regnum  
 huius noftri exactam rationem reddere. Secundo uerò præfentibus teftamur,  
 nos nihil facturos, quo Regio ftatuto in Ianuario huius anni frequenti Senatu  
 facto aduerfetur, nec etiã aliquid quod Regi aut Deo displiceat admitteremus:  
 Cauebimus enim Ecclefiarum & templorum direptiones, bonorum aliorum  
 publicationes, imaginum demolitiones, furta, rapinas, fcortationes, & huius-  
 modi alia scelera: quod fi etiam aliqui tranfgreffores inuenti fuerint, hos sum-  
 ma feueritate puniemus. In huius rei gratiam ministros Verbi Dei eligimus,  
 qui peccatum populi corripiant, & ueritatem iuxta Biblica fcripta exponant.  
 Tertio noftri foederis Duces elegimus primarium Illustriff. Principem Ludo-  
 uicum Borbonium, Regio Francorum fanguine prognatum, & Regis Nauar-  
 ra Regni gubernatorie fratrem. Cui etiam in hac rerum confufione diligenter  
 obediemus. Quod fi uerò ipfe infirmius fuerit, aut alia ratione officio huic præ-  
 efle nequeat, parebimus æqua ratione ei, quem is femper fubftituerit aut no-  
 minauerit. Hanc etiam administrationem clementiffimus Dux in fele haud  
 grauatim fufcepit, fuam fidem & operam nobis pollicitus. Quarto huic foede-  
 ri includimus omnes pios, Regisq; confiliarios, qui Edictum in principio hu-  
 ius anni à proceribus Gallia promulgatum feruant ac custodiunt. Qui uerò a-  
 liter agunt atq; Regia decreta contemnunt, hos tanquam publicæ pacis uiola-  
 tores hoftium loco habebimus. Si quis prætera noftrom lædatur contra con-  
 uentionis puncta, in Ianuario prius facta eum pro uirili noftre fortiter defen-  
 demus. Quòd fi uerò aliquis noftrom aperte foedifragus, aut clam cum ho-

Anno 1582.  
 Principum fi-  
 diones Lute-  
 tie.

*anno 1582* ste sentiat, hunc ueluti sceleratum & peritum grauiter puniemus. Fœdere igitur percusso, Condæus apud Regem, Reginam matrē, Regemq̄ Nauarræum fratrem, de triumuiratus ui conqueritur. Regina mater triumuiratus tœdus illius ægreferens, testatur se inuitam ab illis deueniri, oratq̄ Condæum, ut Regi liberisq̄ suis subueniat.

*initium belli  
pud Gallos in  
testini.*

Quod igitur belli præludia non ambigua essent, & res utrinque iam caleret, ne futurarum calamitatum, quas ciuilia & intestina bella secum certissimis rationibus ferre consueuerunt, ueri autores laterent, eius ue rei iudicium uulgis ineptæ instabiliq̄ opinioni & incertis rumusculis cōmitteretur uterq̄ & Condensis & Guisiani publicis scriptis editis suam causam tueri & hominum animis commendare conabantur. Ille honoris diuini Regijq̄ defensionem, libertatem Regis, Regniq̄ præferret: hic Regium nomen, autoritatemq̄ & iussum prætere: Condæ factionis homines crimine læsæ Mai. Regiæ accusare. Nec hoc contenti, continuo fortissima quæq̄ loca, & munitissimas quasq̄ urbes occupare, & securitati suæ consulere, tanquam in non dubio bello cœperunt. Ac Condenses quidem Aurelias, Lugdunum, Valentiam, Gratianopolim, Rotomagum, Biturigas, Auaricum, Monspellulum, Nemausum, & alias cōplurimas. Guisiani uero Lutetiæ se continentes, interea nec suo incepto, nec suæ factioni desunt. Nam cum maior pars plebis Guisianas partes secuta, aduersæ cōplures homines, religionis partes persequeretur, factum est ut ciues ad supplicia raperentur, alijsq̄ proscriberentur, ita ut paucis diebus sublatis dicantur. Et ut uires sibi colligerēt, per legatos suos apud Heluetios maximis precibus & promissis impetrant, ut certæ copiæ eis destinarentur. Idem etiam apud Rheingrauium & Rogendolphum Germanorum militum peritissimos duces effecere. Idcirco Heluetiorū quatuordecim signa duce Guilielmo Frolichio ueterano fortissimo, in Galliam profecti, ut ueluti Regis confederati, ei periculoso hoc tēpore essent subsidio. Paulo post etiam alia octo signa Heluetiorum subsecuta sunt. Adduxit etiā Rheingrauius & Rogendolphus non contemnendum numerum equitum & peditum collectorum hinc inde maxime in Archiepiscopatu Treuirensi, Coloniensi, uicinæq̄ Vuestphalia. Hacq̄ ratione bellum passim per Galliam inualuit. Etsi uero Guisius ingentibus copijs ex Gallis, Heluetijs & Germanis equitibus instructus, tum suum exercitum ex solis indigenis Gallis nullo externo milite constantē, tum ei opponeret, hac tamē æstate nihil memorabile gessit, nisi quod captas à Condensibus urbes reciperet, id quod ad ipsius uoluntatem etiam egregiè cecidit, receptis plarisq̄.

*Bernensium ex-  
pediio Lugdu-  
nensis.*

Duo decimo Iulij Bernenses, Vallesiani, & Nouocomenses ciues patria descendentes, Geneuæ cōueniunt, atq̄ Diespachio forti & strenuo duce, decem instructissimis signis Lugdunum petunt. Nam cum Lugdunenses Guisianorum auxilij muniri uiderent, inq̄ magno periculo essent, ipsi Bernensium uicinorum opem implorant, quo urbem præsidio munire, & hostiē procul a mœnibus arcere possent: Quanquam autem Bernenses ob fœdus quod eis cum Regibus Galliæ intercederet, sese huic bello implicare nollent, inuenti tamen sunt multi Bernenses, Vallesiani & alij, qui sua sponte nomina darent, atq̄ periclitantibus succurrere uellent.

Augusti die ultimo cum regis copiarum Biturigas (quos supra in partes Condensis concessisse diximus) per aliquot dies obsedissent, tandem ad intercessionem Ioannis Philippi Rheingrauij & Albspinei Condensis præfectos cum milibus & ciuibus: his conditionibus Regis recipiunt, urbe dedita, omnia ipsi salua manent, tam conscientia, quam bona, absq̄ ullo uel armorum, uel inquisitionis periculo, Iuo ducis Condensis præfectus copias ex urbe in caput educito, quem & alijs capitaneis ad oscula manuum admissos, cum copijs in-

suam protectionem Rex recipito. Eidem luoni securitas esto eundi & redeun-  
 di ad Condensem, ut huic iusiurandum, quo ei obstrictus sit, rensciet: huius-  
 ni alijsq; capitaneis pecuniarum regiarum interuersio fraudi nulli esto: Arre-  
 sta curia Parisiensis uel alia hisce contraria tanquam nulla reuocantur. At-  
 que his quidem conditionibus receptis Bituricenses copias regias in urbem  
 intromisere.

Septembris decimoquinto Hessiaci Mareschalci equites ac pedites Vuachen  
 huius discedentes, ac per uaria loca ora Rhenanae non citra damnum multo-  
 rum transeuntes, quinto Octobris tandem in Lotharingiaca Pacera loco diri-  
 bitorij conuenientes delectum copiarum agunt. Nam cum Princeps Cōden-  
 sis atq; eius confederati intellexissent Guilium externo milite fretum aliqua-  
 urbes recuperasse, nec ipsi sibi cessandum rati. Itaq; ab Elizabetha Regina An-  
 glia impetrant, ut exercitum in Galliam mittat, atq; fratres religionis nomine  
 obnixè petunt, ut militem certo stipendio cōcedant, quo huiusmodi hostium  
 conatus reprimere, atq; sese cum liberis & uxoribus salua religione defendere  
 queant. Regina itaq; Angliae cum aliquoties antea frustra pro Euangelicis a-  
 pud Guilianos intercessisset tandem lustratis copijs Anglorum aliquot millia  
 transfretare iussit, expositis publicè causis quibus ad id respectu propriae de-  
 fensionis & Christianissimi Regis Caroli 9. commoueretur. Angli itaq; trans-  
 frantes portum Diepensem, multaq; alia loca occuparunt, atque hostem in  
 Nordmannia uarijs modis afflixerunt.

Cattorū Princī-  
 pis & Reginae  
 Angliae auxilio  
 lia Condensia  
 bus missa.

Ac etsi Germanorum Principum nullus sese hisce tumultibus immiscere ed-  
 gitaret tamen cum Landtgrauis pro sua prudentia intelligeret, quo hi tumul-  
 tus tenderent, atq; indignum cēseret afflictos in Gallia Christianos deserere, suo  
 Mareschalco ad preces Condensium concessit militiæ Gallicae licentiam. Is i-  
 taq; ante hunc mensem tria equitum & aliquot peditem millia conscripta, hoc  
 mense ad locum destinatum eduxit, uix duce ac commonstratore Andeloto,  
 ductor copiarum tam equestrium quam pedestrium erat dictus Mareschallus  
 Fridericus à Rudelshausen, equitum praefecti Arnoldus ab Hofeln, Casparus  
 Melstat, Vuilhelmus ab Hutzfeldt, Otto de Malspurck, Iodocus de Meise-  
 berg, Christophorus de Amelungschse, Hēricus Meliter, Casparus de Dorn-  
 berg, Arnoldus de Viermunden, Helbichus Gens. Pedestrium copiarum du-  
 ctoridem Marschallus erat sibi delegato Casparo Melsturt.

Mensis Septembris uicesimo die Maximilianus Ferdinandi Imperatoris fi-  
 lius, Rex Bohemiae, Prage in praesentia patris Ferdinandi, duorum fratrum,  
 Ducis Bauariae Alberti, aliorum que multorum Principum coronatur, ac ab  
 Archiepiscopo Pragensi ungitur, ense regali cingitur, annulo ornatur, sceptrò  
 donatur, pomo aureo honestatur. Sequenti uero die, qui erat uigesimus pri-  
 mus, noa minori solennitate coniux eius Maria Regina consecratur atque  
 inungitur.

Vicesimo sexto Septembris Heluethi, qui mense Iulio Lugdunensibus opti-  
 mulatum iuerant, à Magistratu suo graui poena transgressoribus constituta do-  
 mum reuocati, Lugdunensium permissu, in patriam reuersi sunt, nulla re me-  
 morabili gesta, cum extra moenia hinc inde castra mutarent, atq; hostis ad alia  
 loca desisteret.

Circiter hoc idem tempus, uel ferè paulò ante, & Principes quidam in Ger-  
 mania, cognito qua ratione quidam suorum Guisiacis militatum iuissent, man-  
 dato ipsis missò, praecipunt, ut castra Guisiaca deserant, cum non sine dolore  
 intellexerint, quanto studio Guisiaci in Condenses conatus faciant. Eos secu-  
 tos Rochendulphū qui cōmuni consensu Electorū, Principum, ac statuum, sic  
 proo

Anno 1562.

proscriptus, se ergo dolere, quod ipsi nomine dederint, atque præcipere, ut Guisiorum castra & signa Rochendulphi relinquunt, qui nihil aliud querant, quam Condenses homines delere, quos suis auxilijs subleuare statuerint. Ad hoc nam dato accepto, quidam profligati Rochendulphi signa deseruere, & ex campo ab ipso discessere, inter quos præcipuæ nobilitatis Saxones.

Rothomagensis obsidio & expugnatio à Guisianis facta

Decimo quarto Octobris Guisiani qui post Biturigas receptos, similem reuentum Rothomagi expectarent, cum ciues nec religionem mutare, nec in seijs confederatis urbem dedere uellent, urbem oppugnare, atque summa inuitade eie statuunt. Idcirco hoc die urbem omnibus regijs copijs obsessam, magno apparatu oppugnant: Primo uero imperu non succedente, secundo & tertio idem, sed frustra tentarunt, fortissimis quibusque Gallorum ducibus, partim tormentis è muro interfectis, partim grauiter uulneratis. Inter quos præcipuus fuit Antonius Rex Navarra, Condensis frater, & Regni gubernator, qui ex ui uulneris accepti post paucos dies obiit. Porro post eius obitum certum est agi de pacis conditionibus. Inter alias uero petebant Rothomagenses, ut & sibi & alijs ciuitatibus Gallia libera prædicatio Euangelij permitteretur, id quod etiam in Ianuario frequenti procerum conuentu decretum fuerit. Regem etiã cum matre Regina, & aulicis intra moenia recipere parati, si qua spes daretur Euangelij doctrinam omnibus fore liberam. Cum autem Regij duces sibi nihil præscribi uellent, atque omnes copias intra moenia, cum Rege admitendas cuperent, re infecta inuicem discessum est.

Tandem itaque de uigesimo sexto Octobris omnibus copijs collectis Guisiani duces de nouo fortunam Martis dubiam tentarunt. Tum demum utrinque acriter pugnatum, atque noui milites subinde defensis ac uulneratis extra urbem secessere. Rex interim & Regina cum Momerantio Connestabile in Monasterio Virginæ Catharinæ, quod in monte situm & prius expugnatum erat, spectatores erant prælij omniaque perspiciebant quæ intra & extra moenia peragebantur. Cum itaque sensissent ciues ad pugnam remissiores esse, per tibicines iussu signum dedere, ut prælium redintegrarent, atque nouum militem prioribus submitterent qui recta, muro ascenso, magno imperu in urbem irumperent. Tum demum clamor utrinque auditus, atque horribili armorum clangore, & tormentorum sonitu omnibus auditus ferè ademptus. Quisque enim unice eorum respiciebat, ut hostem læderet, nulla suæ salutis ratione habita. Propterea utriusque optimi quique milites occisi. Tandem ergo Guisiani multitudine fracti in urbem uenerunt, atque sequentibus locum dedere. Cum autem ciues unã cum præsidio suo diu hosti restitissent, atque numero uicerentur, per alteram portam sese extra urbem alio recepere. Multi quoque nauibus ascensis secundo flumine incolumes euaserunt. In ea tamen expugnationis angustia aliquot uirgines & mulieres inuenti, qui se sponte potius in aquam præcipitare, quam uiui in hostium potestatem uenire maluerunt. Tandem tamen Rege & Regina iubente reliquæ multitudini, quæ supererat parsum, atque urbs Rothomagum in gratiam recepta est.

In huius anni, & mensis die, qui Diuo Lucae sacer est, Regis Hispaniarum Philippi classis, in Portu Hispanici littoris Terra dura, tempestate exorta, graue naufragium patitur, uiginti quinque triremibus, cum Nauarcho Ioãne Mendoza, & duobus millibus hominum miserè submersis: Ea tamen iactura diuinitus refarta putatur, in una triremium enatantium, circiter quingentis millibus coronatorum repertis, quæ in commissum ceciderint, cum absque licentia Regis nauibus imposita fuerint, alio transferenda.

Maximiliani  
2. Rom. Re-  
gis electio.

Mense Nouembri, cum præter Cæsarem Ferdinandum, Electores alijque Principes ad eligendum nouum Roman. Regem Francofurti ad Moenum conuenerant,

trissent, Maximilianus Ferdinandi Imperatoris filius, paulo ante Bohemiam Rex coronatus, communibus Electorum uocis, Romanorum Rex 24. die eligitur: ac ultimo eiusdem uidelicet ipsis Andreæ ferijs ibidem coronatur. Quæ res cum peculiaribus libellis descripta extet, ex ijs latius cognosci poterit. Præter aliorum autem Regum & Principum legatos qui ibi fuere, ipsius e-  
 Solymanni Turcæ orator Ebraimus Stroschius ortu Polonus, eo uenit præter literas ad Ferdinandum datas, duos cyathos crystallo natiui, equum gra-  
 dum & quatuor camelos munera Solymanni offerens. Inquens, Solymanni misisse Cæsari dono captiuos Christianos, quos nullo nec pretio, nec mu-  
 re autem ut & ipse Cæsar captiuos Turcas dimittat: Venerat autem pridie electionis: intromissus noctu in urbem hora circiter nona, ut uulgò loquimur,  
 more autem Romano antiquo hora circiter quarta noctis, non sine ipsius le-  
 gati stomacho atque indignatione: quia cum hora ferè sexta, uel ut olim Ro-  
 mani horas numerabant, duodecima ad portas urbis, paulo ante non absq; ra-  
 tum eliosum peruenisset, nona deniq; introiuit. Hoc enim suo Imperatori con-  
 aliter ac si esset uel latro, uel aliquis sceleratus. Non ita meritum esse Impera-  
 torem suum de nostro, ad quem tam longè disiunctum honoris ergò legatio-  
 nem amplissimam & eo quidem tempore, cum uniuersum Imperiū una esset,  
 miserit. Veruntamen die postero cum pompam spectasset egredientis è tem-  
 plo primario Imperatoris, itemq; Romanorum Regis recens creati, aliorumq;  
 Principum togatorum, placatus est, seq; omnem iniuriæ memoriam ex animo  
 deleuisse ostendit.

Quarto die eiusdem mensis, Condensis Principis legati coram Ferdinan-  
 do Imperatore, Imperij Electoribus, & alijs Principibus, comparentes statum  
 Regni miserimum luculenta oratione proposuerunt, suppliciter petentes, ut  
 tandem huic malo succurratur. Ea Oratio postea typis excusa, atque in omnes  
 nationes diuulgata, causas bellorum, quibus Gallia conflictaretur, cuilibet ob-  
 oculos posuit. Interea uerò dum hæc Francofurti aguntur, Condensis ad equi-  
 tes Germanos, qui ductore Andelotio, uigesimo octauo Octobris ad fines  
 Patriorum peruenerant, Aurelia egressus, ad Lutetiana suburbia accessit le-  
 uibusq; aliquot prælijs sub ipsa urbis mœnia & propugnacula inuis, Lute-  
 tianos ad pugnam elicere tentauit. Sed cum inde nihil moueri cerneret, urbem  
 prætergressus, in Nordmanniam iter deflexit. Hic Guilianus cum 3000. equi-  
 tum, & 22000. peditem secutus, ne is se cum Anglis, qui ad portum Gratia  
 substiterant, coniungere posset, impedire uelle uidebatur. Id cum animaduer-  
 teret Condensis, de prælio cogitare coepit, etsi hostis à delecta iuuentute ex-  
 Germanis, Heluetijs & Hispanis conflata, paratior & triginta bellicis tormen-  
 tum, ac in proximo tutum receptum urbem Druydum à tergo  
 flumen, ad latus saltum haberet.

Die decimonono Decembris, quæ erant uigiliae D. Thomæ, Condensis Ingens pugna  
 cum post multas uelitationes tandem unico prælio, hoc bellum funestum fini- inter Conden-  
 nire, statuisset, hostem tanta uolentia adorsus, ut primo impetu sex tormen- ses & Guisid-  
 ta bellica receperit, aciem ruperit, equitemq; dissecerit, capto Connestabulo, nos prope  
 Heluetijsq; magna ex parte concisis. Cum enim equites Germanici pro mo Druydes  
 re fortissimè dimicarent, atque quocunque ruerent, hostem loco mouerent: ac  
 Heluetiorum phalanx quantumuis eius ordinibus ruptis, nihilominus tamen  
 se denuo coniunxisset, tandem equitum hinc inde sclopeta sua exploden-  
 ter impetus, priore non minus terribilis, sed in ea impressione, Princi-  
 pis Condei equo, ictu pilæ per armum trajecto, cum ipse nec sui expli-  
 candi,

2186 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1562.

candi, nec in equum desultorium se recipiendi potestatem haberet, in hostium manus uenit, a filioque Connestablii captus est, cetera sanus & integer, nisi quod uulnuscum ex gladii ictu in aduersum os recepisset. Disipati capto Principe ordines, cum se rursus collegissent, derepente tres turmae a Guisiano in subsidijis reseruatæ, ingenti cum procella ingruere cœperunt: ubi diu terribili furore concertatum est, donec Guisiani repressi, pedem reuulerunt. In eo conflictu Marecallus Andreas unus ex Triumuiris, Mombrotus Connestablii filius, Brossæus cum filio & Ambarrus cæsi sunt: Rochefortius uirum captus est, Bellouacicus postea ex uulnere periit. Et inter alios ex 21. centurionibus Helueticorum quindecim eo die occubere, cum antea Frolichius strenuus eorum Dux Lutetia fatis concessisset. Verum ex Condæis capti sunt hi, Mouius, Arpaionus, Carliserus, Lignerius, Candiaus, pedites quoque Germani Condensi militantes conflictu incipiente, statim armis abiectis sese hostibus deditere. Postridie eius diei, quo hæc gesta sunt, Condæi Aureliam se receperrunt, Guisianus uero licet satis periculose duobus uulneribus confectus esset, collectis suis ad Aureliam obsidendam castra posuit.

Condenses uero sui exercitus Imperatore capto, in eius locum Casparum de Culligni Admiralem, ducem rei bellicæ peritissimum eligunt, qui res confederatorum, donec Condensis liberaretur, administraret.

Tumultu Gallicorum à uacationibus.

Quia uero hæcenus de rebus Gallicis uaria reuulimus, & ad anni huius finem peruenimus non abs re erit, si uno in loco quasi per quandam <sup>evacuatio-</sup> oblationem obsidiones & diruptiones urbium, hominumque suis e sedibus eiectionum exilia commemorentur. Nam præter eam calamitatem quæ ad Vacceium in urbe Senonum accidit.

Ad Castelnauum cum Euangelici certo statoque die extra urbem secundum edictum Ianuariense ad concionem conuenissent, alterius partis homines, scilicet, gladijs, contis, malleolis instructi, inermes a dorso, pars ignem portis inciebant, pars eos qui se in fugam dederant, cominus gladijs cædebant, eminus tormentorum glandibus traieciabant. Tholosæ cum Guisiani portas urbis occupassent, ingens cædes stragesque totos undecim dies durauit: sed Condenses ad summas angustias reducti, noctu clandestino abitu urbem reliquerunt, & per portam quam unicam tenebant, Montaubanum perferunt. Tum uero Tholosæ tanta rerum omnium impunitate incidit, ut ad intergrum ferè semestre nihil aliud quam homines cæderentur, suspendentur, bona diriperentur: ædes spoliarentur. Nec enim ullus angulus ferè in tanta urbe fuit, in quo non aliquod pulpitem iugulandis, aut tigillum suspendendis hominibus erectum sit. Item in urbe Grenada uaria perpetrata sunt: eademque in Picardia apud Ambianos & Abbaullam, in Borbonensi agro ad Molinua acciderunt. Troia intra diem naturalem Condenses excedere iussi, postea ab ijs qui in insidijs erant positi, obruncati sunt. Per Daumalæum Diuione, Auxona, Belna, Cabilluno, Augustoduno, Turnone, Heduarum urbibus, omnes Condenses eiectione sunt. Carcassonenses in Prouincia Tholosana, Condenses qui extra urbem die Dominico ad concionem profecti erant, portis occlusis, tormentis à muris submouerant, & in exilium propulerunt. Blesa tormentis expugnata est, Turones & Pictauij cædes perpetrata. Bituriges tormentorum tempestate coacti, certis conditionibus se dediterunt, & qui turrem defendebant, suas sarcinas pacti, dimissis, Aureliam se contulere. Limon urbs non procul Carcassona distans, tormentis concussa, capta direptaque est. Matisconenses à Nemurcio propemodum subtili machinatione capti. Eos enim qui in præsidio erant, pabulatum, frumentatumque emiseraunt: quo animaduerso Nemurcius ex suis quosdam submisit, qui portis succederent, Psalmosque cantilarent, ut oppidani præsidarios rati, portis hos admitterent: ad eam rem et ad ueni aliquam

aliquam faciendam, carros foeno onustos, tanquam commeatum importaturi comparauerant. Hoc dolo intromissi, custodes portarum cadere incipiunt: sed quoniam pauci erant, facile repulsi & suo incepto frustrati sunt.

Non tamen ita diu post urbs ui capta & Catholicae ecclesiae restituta: Vienna quoque mox per eundem Nemurcium in agro Lugdunensi & apud Delphinates geruntur, interim Flaccianus praefectus Aquarum Sextiarum, inito cum praecipulis Senatoribus consilio, rebus in Prouincia innouatis medari constituerat. Cum in hac deliberatione occupatis utrisque Crussolus superuenit cum Regis edicto, quo libera facultas praedicandi Euangelij omnibus concedebatur. Sed Auenenses imposito urbi praesidio, Euangelicos terrere & Crussolum cum mandato excludere. Verum cum ingens multitudo ad eum conflueret, & cum eo Comes Tandæus coniunxisset, iamque ad urbem cum aliquot tormentis accessisset, oppidani uim metuentes de deditioe agere coeperunt, sed Flaccianus dux & princeps huius factionis, ad Crussolum se ire simulans, Brigolam aufugit. Crussolus igitur explicatis uexillis urbem ingressus, postridie Euangelium publice doceri fecit, statimque ut Flacciani conatibus occurreret, copias eduxit. Interea enim Flaccianus ad sexcentos ex coniuratis contraxerat, quibus comitatus in uicinos pagos excursions faciebat, & quoscunque Pont. religionis hostes inueniebat, passim obruncabat. Hunc Barioli tandem Crussolus obsedit, & post prelium satis atrox, urbem cepit, elapso Flacciano. Hinc Pertusam perrexit Crussolus ad quam quod nullis tormentis instructus esset, cuniculos agebat. Interim dum haec parantur, nunciatur Somerium, Comitibus Tandæi sternatus ex Tandæi consilio Cisteronem pergit. Huic quoque Semerius hortu Veneto praefecturam gerebat ab eo proposito deductus, & ut Aurengiam obsideret persuasus est, Somerius itaque statim equitatu ad Aurengiam moenia praemisso, mox ipse subsecutus, tormenta disponere & fulminare coepit. Sed tormentorum uolentiae esse oppidani resistere non possent, maxime quod paulo ante praesidarii milites Papillo praesidi, qui ad Burgum in uinculis erat, auxilio iter accelerat, maxime quod Soreza, Mouuantius, Barrensis, & alij nobilitas, ut Adreto Baroni ad Gratianopolim suppetias ferrent, egressi dicebantur. Decimo igitur Iulij castra ad Cisteronem ponuntur, utrinque circiter tres ferme horum murorum parietibus ab ea parte qua Solem orientem spectant, non mediocri ruina labefactis, hostes irruptionem adornant: Sed his acriter animoseque repulsi ruina ab oppidanis diligenti & continuo labore instaurata est. Ad 18. Iulij Soreza & Mouuantius oppidanis auxilio aduolant: quo cognito Somerius Escaliam pergit: oppidani itaque egressi, postremum eius agmen carpere coeperunt, & Mouuantius suos quaque educens, ab hoste nusquam digressus, castra in conspectu Somerij posuit. Postridie copiae in aciem educuntur & toto exercitu belli fortuna tentatur: sed Mouuantius, quod hostes tormentis bellicis succingit: tentataque frustra ad 27. Augusti Cisteronem rursus conuolat, eamque denuo obsidione perabat, signo receptui dato, militem Cisteronem reduxit. Conuersis itaque signis Somerius ad 4. Septemb. oppugnatione, in castra militem reduxit. Sed oppidani tandem tormentario puluere, aliisque bellicis munitionibus defecti, uno consilio omnes se ex oppido noctu efficiunt eo silentio, ut non qui in muris erant, & ruinas delectorum parietum reficiebant, non prius discessum eorum senserint, quam satis longum spatium illi confecissent. Etiam hostes



Anno 1552.

hostes muris succedebant, nemine igitur aut paucis resistentibus, oppidum eaptum, in eosque qui superfuerunt, omnis generis atrocitas designata sunt. Ii uero qui oppido profugerant triginta circiter dies magna rerum omnium penuria, insequente quoque hoste ac nouissimos carpente cedenteque, per sylvas & inuacac longinqua itinera, durissimo ac incredibili labore per Gratianopolim Lugdunum se contulere. Interea Ioyeusus regius legatus pro Connestablio & Fortkenaus praefectus Narbonensis prouinciae, Nitiobriges, quos hodie Montepesulanenses uocant, obsederant, quorum copiae sex millia peditum, 700. equites erant: munitiones bellicae, sex tormenta maiora & duae colubinae, Montepesulanensibus se Baro Adretus commodum coniunxerat, cum nunciatur Somerium cum Suza auxilio Guisianis uenire, qui supra Rhodanum, qui Prouinciam a Campo Mario (quam Insulam corrupte Carmagniam hodie uocant) separat, pontem facere destinarent ut traductis copiis ad obsidendum Gillij Fanum tenderent, indeque se Guisianis Mompelerium obsidentibus coniungerent. Hoc rumore ad 17. Septemb. in urbem perlato, Montepesulanenses Iustitium Bouillargum ad Gillij Fanum miserunt qui cum muros inspexisset, locumque defensionis aptum cognouisset, loricas instaurare, moenia reficere, militesque reprocul a Gillij Fano incidit, eumque inopinato casu consternatum in fugam conabatur, absorpti sunt. Eius uictoriae fama Mompelerium perlata, tota ea nocte, quae diem uicesimum nonum Septemb. insecuta est, frequentes ignes in latitiae argumentum in aedificiorum tectis incensi sunt. Nam urbis eius aedificia tota ex saxis constructa fastigia magna ex parte plana habent, ita ut illicetiam deambulare, circumiacentiumque omnium prospectum late captare animi gratia liceat. Hunc igitur casum eorum, qui auxilio sibi subueniebant, cum in urbem obsidebant, cognouissent, castris statim motis obsidentibus & nouissimum agmen affligentibus, inferebatur, Villanouam primo, inde Agathopolim se receperunt: quam cum acriter tormentis concuterent, interimque auxilia obsessis superuenirent transmissio fluuio, qui secundum Agathopolim pergit, Narbonam ad extremum se contulere. Has omnes obsidiones, pugnasque considerati, facile aestimare licet, nullum ferere angulum fuisse qui non illius belli tempestatem senserit, aut huius anni aduerso sydere contactus fuerit.

Sub finem Decembris conuentu Francofurti soluto Caesar inde quoque discedit, ac Maximiliano Rege Romanorum electo, per Palatinatum ac ducatum Wirtebergensem cum suis Viennam proficiscente. Ipse per urbes Rhenanas, Vuormatiam, Spiram, Vueseiburgum, Argentinam, Selestadium, Basileam, ubique eorum locorum, honorificentissimè, magnis muneribus exceptus, Friburgum Brisgoiae petit: inde exacto concilio, quod Alsatis indixerat, per agrum Constantiensem Oenipontem anno insequente, mense Februario uenit, ibique aliquandiu propter Concilium Tridentinum, ut quidam affirmabant subsistit, quo se ei uicino id celerius ad finem perduceretur. Oeniponte uero commorantem, inuiserunt Illustrissimus Guilhelmus Dux Mantuae germanicus, paulo ante Carolus Lotharingus.

DE REBUS GESTIS

Anno 1563.



**Q**uarta die Ianuarij post horam noctis secundam, Elizabetha Pa- Anno 1563.  
 latina Rheni & Comitissa Veldentia, oriunda ex Illustri Landt-  
 grauiorum Habsia familia, Lauringa anno ætatis sexagesimo,  
 in uera Christi Seruatoris nostri inuocatione, hanc mortalẽ cum  
 immortalis uita commutat: Princeps omni uirtutum genere or-  
 natissima, ac erga pauperes cum primis munifica. Coniuges habuit duos Pa-  
 latinos priorem Ludouicum, Alexandri Palatini Bipontini, deinde Georgi-  
 cum Ioannis Zimmerensis filium, quorum priori peperit Vuolfgangum uni-  
 cum filium, quem pupillum à patre relictum uidua uera religione bonisq; mo-  
 ribus summa cura imbui curauit: Ex altero uerò Georgio nimirum, prolem  
 nullam sustulit. Nata fuit patre Vuilhelmo seniore Landtgrauio, filio Ludoui-  
 ci Quarti Landtgrauij, & matre Elizabetha Erici Senioris ducis Brunswi-  
 uerò Scholæ lamentatione sepulta, quæ eius manes compluribus Elegijs pro-  
 secuta est.

Huius anni mense Ianuario cum capto Condense in Gallia bellum nihilo-  
 minus ubiq; ferueret, atq; qualibet factio alterius partis duces in suam senten-  
 tiam adducere conarentur, tandem factum est ut præter omnium expectatio-  
 nem Lugdunensium dux, qui hæctenus multa præclara facinora circa urbem  
 peregerat, magnis promissis & sollicitationibus persuasus ad Guisianos tran-  
 sire statuerit. Ut autem sibi hostem reconciliaret, atq; fidem suam comproba-  
 ret, proposuerat Lugdunum cum circumiacenti agro proditione hosti trade-  
 re. Proditio tamen hæc intempore detecta atq; proditor Valentia captus atq;  
 in custodiam traditus fuit, qui etiam postea, capite plexus est. Interim tamen  
 Nomorensis dux, qui ijs in locis Guisianis copijs præerat, statuto die, qui erat  
 16. Ianuarij, ante solis ortum cum suis copijs Lugduni comparens fortunam  
 tentare ausus est, scalas enim muro admouit, atque urbem magnâ, ut oppu-  
 gnare cepit, sperabat enim hanc proditionem nondum detectam, aut hac ra-  
 tione suos fautores aliquid noui in urbe incepturos. Verùm ciues atque mi-  
 lites qui in præsidio erant, atque hostium consilia antea norant fortiter sese  
 coniungentes, hostem magna clade affecerunt, atque procul ab urbe repu-  
 lerunt.

Porro cum Elizabetha Regina Angliæ uideret Guisianorum copias indies  
 in Gallia augeri, nec ipsa suæ religionis confederatos deserendos rata est. Ita-  
 que nouas copias in Galliam misit. Cum autem hi aliquot loca in Northman-  
 nia occupassent, atq; unice eò respicerent, ut sese cum equitatu Amiraldis con-  
 iungerent, Guisiani eos impedire, atq; Germanos Anglis obuiam progressos  
 inuadere statuerunt. Loco itaq; oportuno, mense Ianuario eos inuaserunt. Ve-  
 ceperunt, re primò bombardis minorib. eminus, postea cominus gladijs acta-  
 tes desiderati esse dicuntur. Cum autẽ illi essent instructissimi & peditatu mu-  
 niti etiam ex Admiraldicis multi occubuerunt. Hac ratione uiam armis pateta-  
 lanuarij tricesimo primo die Moscouitarum Princeps Ioannes Basilus, qui  
 anni superioris mense Maio Sigismundo Augusto Poloniæ Regi bellum de-

Moscouite in  
 Lituaniam cõ-  
 tra Polonos ir-  
 rupto.

RRR nunciaf

2190 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1563. nunciasset, quod hic Liouoniensibus. auxilia contra ipsum submisisset, Lituaniam magnis copijs ingressus munitissimam arcem Polenzko prima luce obsidione cingit, ac acerris constructis, primo Februarij tormentorum ictu, moenia oppidi, ita concutit, ut incolæ ipsi oppidum incenderint, postea in arcem tanto tormentorum bellicorū strepitu detonat, ut ea sese 15. Februarij dederet. Deinde Vraiuodam istius loci post deditiōem in Moscouiam cum liberis & uxore ablegat, ciuibus ex oppido migrare iussis ad dies quinq; alimenta abstrahit, pueros infra decem annos mactat, alios grandioris ætatis secum abstrahit, Tartaris pro mancipijs uendit, nulli nec ætati, nec sexui parcens, præterq; liberatoribus hombardarum, quos stipendio conductos secum in Moscouiam abducit, ac Lituania direptionibus & incendio crudeliter uastata, domum præda onustus redit. Tantam tormentorum bellicorum copiam habuisse fertur, quanta longo tempore in nullo exercitu conspecta fuerit. Nam rusticorum qui ea traherent, quadraginta millia fuisse traduntur.

Francisci Guisij ducis interitus.

Mense Februarij, 18. die Guisianus cum duos propemodum menses in obsidione Aurelianensi consumpsisset, & iam suburbium, qua oliueti cœnobium est, & turriculas ponti imminentes cœpisset, ad uesperam nauigio Ligurim traiecturus, in ipso itinere, per Ioannem Poltrotium Meræum tribus sclopeti globulis, in humero dextro lethaliter uulneratur, nec multis post diebus superuixit. Exitus eius ab Episcopo Britensi descriptus Gallicè extat, porro Poltrotius statim captus, grauissimèq; tortus, & acerbissimis supplicijs affectus est, Amiraliscq; qui Poltrotium subornasse insimulabatur, de hac suspitione se purgauit, cuius scripta publicè extant.

Pacis edictum.

Paulò uerò post mense Martij Gallia procures ardore animorum paulatim restincto, tandem cum Rege, de pacis constituendæ rationibus cogitare cœperunt ac re diu multumq; deliberata, Euangelij prædicationem certis conditionibus admittendam statuerunt, Rege edictum publicum de hoc promulgante, 19. die Martij, cuius tenorem hic subiicere placet.

Carolus Dei Benignitate Rex Franciæ uniuersis, qui literas has uiderint, salutem. Omnes perspexerunt atq; cognouerunt, quo pacto placuerit Domino nostro, permittere abhinc iam aliquot annis, ut hoc Regnum nostrum affligeretur, uexareturq; uarijs & multiplicibus turbis, seditionibus & tumultibus, ortis excitatisq; inter subiectos potestati nostræ, ob diuersas opiniones in negotio Religionis, & ob scrupulū iniectum conscientijs ipsorum. Quapropter ad prouidendum & impediendum progressum inflammationis ab igne isto, complures ante hac conuentus acti sunt conuocatis in primis Magnis & dignitate præstantibus uiris Regni nostri, deq; eorum prudente consilio & admonitione, edictiones & ordinationes factæ multæ, pro eo atq; opportunum & necesse uisum, quod existimaretur eo modo præueniri malum & obuiam iri posse inde pendentibus incommodis.

Verum sæculi tamen improbitas ita tulit, & Dominus noster Iudicio suo incognito (prouocatus, ut credibile est nostris uitijs atque peccatis) passus est frena laxari tumultibus istis, adeo ut ad arma sumenda res processerit, tam longe illa quidem, ut acciderent innumerabiles cædes, mutua impressiones, prædationes, occupationes uiolentæ & direptiones oppidorum, templorum, Ecclesiarumq; ruinæ, commissa prælia. Quæ mala cum continuarentur, tantumque iam externorum esse in nostro Regno cum uideremus, non ignorantes id agi & parari, ut plures etiam introducerentur, ad euidentem Regni ruinam Accedente insuper ingente & irreparabili detrimento (quod magno dolore nostro accepimus) tot Principum, procerum nobilium equitum ordinis nostri, præ-

stri, præcipuorum Ducum & hominum militarium. Id quod, sub Dei manu, Anno 1563.  
firmamentum est, quo sustentatur, nititur, defenditur, protegitur Corona no-  
stra, quodque opponitur vicinis nostris ea uoluntatis prauitate præditis, ut  
nos inuadendo labefactare possint, quemadmodum & conati sunt & com-  
minati. His à nobis consideratis, cum omnia pro nostra uirili remedia qua-  
reremus, quamuis, gratia Deo, nostræ uires nunc quoque magnæ sint, neque ui-  
ris illius generis uideamur defici, nihilo tamen minus uidentes mala & incom-  
moda uniuersa, existentia de bello isto uergere ad diminutionem & damnum  
Regni nostri, & maximo nostro detrimento experti, remedium adhuc usurpa-  
tum idoneum conueniensque non esse (quod morbus intra uiscera & animam  
populi nostri occultetur) & persuasum habentes nihil posse adhiberi (ut à Prin-  
cipe Christianissimo, quod nobis nomen est impositum) quod melius uti-  
liusque sit, quam confugere ad immensam gratiam & bonitatem Domini no-  
stri, cumque ipsius benigna ope inuenire modum mitigandi & sedandi mansue-  
tudinis nostræ suauitate, mali istius acrimoniam, reconciliando & coniungen-  
do retractus uoluntates subiectorum nostrorum ad agnoscendam eam, quam  
cuncti nobis debent, obedientiam: Quod pertineat ad Dei honorem, felici-  
tatem, salutem et perpetuitatem Regni huius nostri, prouidendoque modum ut  
nostræ contineantur, utque eis satisfiat. Bona in spe fore, ut tempus & fructuosus  
euentus boni, sancti, liberique generalis nationalisue concilij, & nostra maio-  
rum annorum ætas appropinquas, deducta directaque dextra benignitatis Do-  
mini nostri (qui sua bonitate semper sollicitè tutatus est Coronam istam) post-  
modo tandem afferat securam & ueram stabilitatem ad honorem & gloriam  
Dei, quietemque & tranquillitatem subiectorum potestati nostræ.

De quibus uoluimus consilium capere bonum atque prudens Reginae cha-  
rissimæ & honoratissimæ Domine & matris nostræ, carissimorum & dile-  
ctissimorum cognatorum, Cardinalis Bourbonij, Principis Condensis, Du-  
cis Montipensurij, & Principis Rochij Suryonij, principum sanguinis nostri:  
Itemque Charis. & dilectissimorum cognatorum Cardinalis Guisij, Ducis Au-  
malij, Ducis Montimorencij Conestablij, parium Franciæ, Ducis Estampij  
Marshalli Brisaccij & Bordilonis, Domini Andelotij, Sansaccij, Cypierij, alio-  
rumque præclarorum & magnorum uirorum consilij nostri priuati.

Qui cuncti censuerunt & consentaneum esse rationi inuenerunt, ad pro-  
speritatem Reip. & Regni nostri constituere & ordinare sequentia.

Atque significamus: Nos, secutos illorum consilium bonum simulque ob-  
causas rationesque & considerationes supra memoratas insuperque etiam alias,  
quibus grauib. & magnis moueremur: Edixisse, declarasse, statuisse & ordi-  
nasse: Edicere, declarare, statuere, ordinare, uelle & placere nobis: ut posthæc  
omnes nobiles, qui sunt Barones, Castellani, supremi iudices & domini, clien-  
tes nostri, cum plena administrationis potestate, & singuli horum, possint ui-  
uere in suis ædibus, quas incolunt, in libertate conscientie suæ, & usu religio-  
nis, quam emendam se illi habere aiunt, unà cum familijs suis & subiectis  
ditioni ipsorum, qui liberè & nulla ui coacti sese adiungere uoluerint. Cæte-  
ri uerò nobiles clientes potestate præditi, similiter in suis ædibus ipsi & fami-  
liæ eorum tantum: Nisi hi degant in oppidis, uicis, pagis qui sub ditione sunt  
supremorum iudicum aliorum & non nostra. In quo scilicet casu, non con-  
ceditur in locis dictis aliter exercere seu colere Religionem memoratam,  
quam permissione & concessione suorum dominorum iudicum supre-  
morum.

In unaquaque iudiciaria & Prætoria ditione gubernatione locum illius te-  
nente, ut Peronæ, Montidierij, Rotomagi & Rochellæ & huiusmodi alijs pe-  
nitibus annexis solennium iudiciorum curijs nostris: Assignamus ad petitionem  
R.R.R. & profitemur

Anno 1563.

proficientium memoratam religionem, unum oppidum aut locum suburbæ-  
num, ubi religionem suam exercere indigenis, qui conuenire uoluerint, liceat  
& alibi nusquam,

Nihilo tamen minus unusquisq; domi suæ potest uiuere & cōmorari pro-  
fus liberè, sine metu inquisitionis, molestiæ, uiolentiæ, necessitatis, quantum  
ad conscientiæ negotia attinet.

In uno quoque oppido, ubi memorata Religio colitur ad septimum usque  
diem mensis Martij, ultra alia oppida, quæ singulatim ut dictum est assigna-  
buntur in ditionibus iudiciarijs Prætorijsq; supra nominatis: Idem ille religio-  
nis usus continuabitur, ibidem uno aut altero loco, eo, aut eis qui à nobis assi-  
gnati fuerint: Sic, ne proficientibus Religionem memoratam, ulla opera assig-  
nari aut retinere liceat templum aliquod aut sacram ædem Ecclesiasticorum,  
qui nostra sententia iam ad eò restituti sunt in suas ecclesias, ædes, bona, posses-  
siones & redditus: ut frui uti his, quemadmodum ante hos tumultus, possint,  
exequi q; & continuare cultum diuinum consuetudine ecclesiarum suarum  
pristina, sine molestia & impedimento omni. Non etiã hi refricare ulla res  
debent de euerisionibus aut demolitionibus ibi factis.

Est nostra quoque sententia, ut ciuitas Parysiorum & ad præfecturam co-  
mitatumq; hunc pertinentes, sint & maneat exempti de toto usu memo-  
rata religionis, & nihilo tamen minus, ij qui habent domos suas & redditus  
in urbe & territorio illo, possunt reuerti ad sua, & gaudere bonis proprijs  
pacificè, sine metu uiolentiæ aut necessitatis, inquisitionis aut molestiæ, tam  
de præterito, quàm futuro, quatenus ad negotia conscientiæ ipsorum.

Omnes ciuitates restituentur in pristinum statum suum & ad libera com-  
mercia omnesq; extranei ablegabuntur extra hoc Regnum nostrum, cum pri-  
mum fieri poterit.

Vtque uoluntatibus subiectorum nostrorum magis satisfiat, nequid illi  
requirant Ordinamus, Volumus, & sic placet nobis, ut unusquisque ex illis  
reuertatur & conseruetur, defendatur tutusq; sit sub nostra protectione, in  
omnibus bonis, honoribus, statu, muneribus, officijs suis, cuiuscunque modi  
ea sunt: Non obstantibus ullis decretis, interdicijs, actis, iudicijs, sententijs,  
inhibitionibus aduersus ipsos prolatis post obitu defuncti Regis Henrici, ho-  
noratis. Domini & patris nostri laudabilis memoriæ, itemq; executione illa-  
rum, tam de negotijs religionis, quàm expeditionibus factis intra & extra hoc  
Regnum, mandato cognati nostri supradicti principis Condelsis, quam etiam  
de armis illa occasione captis, & ijs quæ sunt consecrata. Atque illas actiones  
executionesq; declaramus esse nullius momenti & planè inefficaces: Ita ut ra-  
tione illarum, neq; ulli ipsi, neq; eorum liberi, aut hæredes & quorum refert, ul-  
lo modo impediatur, quo minus gaudeant bonis & honoribus suis: Ne ue-  
teneantur hi adipisci aut obtinere à nobis quicquã, quo ipsis prospiciatur præ-  
ter literas præsentis.

Postremo, ne ulla dubitatio relinquatur cognato nostro proposito: Dixi-  
mus & declarauimus, dicimus & declaramus: Habere nos dictum cogna-  
tum nostrum pro nostro honesto consanguineo, fideli & subiecto famulo: Ha-  
bere etiam uniuersos dominos, equestrem ordinem, nobilitatem & ceteros in-  
colentes urbes, oppida, uicos, & alia loca Regni nostri terrasq; ditioni nostræ  
subiectos, qui se ijs, opitulatores & adiutores fuere in isto bello & tumultu  
quamdiu hic durauit in quacunque parte & quocunq; loco Regni nostri: pro-  
honestis & legitimis subiectis ac famulis credentes & existimantes, quic-  
quid factum est à nostris hisce subiectis, tam tractandis armis quam stabilien-  
do suo iure, iudicijs & sententijs, id factum esse bono animo atq; consilio.  
Ordinamus

Ordinamus etiam, Volumus & nobis placet, ut supradictus cognatus noster Princeps Condensis emanet quietus, & nos quietum eum his literis nostra manu signatis, reddimus, nomine omnis pecuniæ, quæ ab ipso, aut mandato & iussu eius accepta sublataque est de nostris rationibus & ærarijs ad quantumcunque summam ascendere ea possit. Nihil itidem oneris relinquatur illi nomine eorum, quæ ab eo, ut dictum est, mandatoque ipsius accepta sublataque sunt de communibus, ciuitatibus, officinis argentarijs, redditibus proventibusque ecclesiasticis, aliorumque absumptorum ab eo occasione belli istius: Ita ut neque ipse, neque sui, neque ulli, quibus ab eo mandatum fuit, ut talem pecuniam tolerant, (qui unà cum ijs qui expedierunt & tradiderunt, manebunt quieti, & leuati onere omni) possint ideo requiri ullo pacto, uel presente, uel futuro tempore. Idem seruabitur ob percussorem mortuæ, propter suas machinas, & tormentarij pulueris causa, & si quid cum destructum est mandato ipsius supradicti cognati nostri Principis Condensis, quibuscunque in urbibus regni huius nostri & terris ditioni nostræ subiectis.

Item omnes, siue in bello seu Religionis causa capti mutuo dimittentur, liberatis personis & bonis ipsorum, absque ulla redemptione. In quibus tamen non comprehenduntur prædatores, latrones, fures & homicidæ, qui his præsentibus literis non comprehenduntur. Et quoniam singularem in modum desideramus, ut omnibus occasionibus turbarum & tumultuum & motuum horum remoris, reconcilientur rursusque coniungantur animi uoluntatesque subditorum nostrorum inter se mutuo, utque in tali coniunctione facilius retineatur obedientia ab utrisque nobis debita.

Ordinauimus aut ordinamus, sententia nostra est, uolumus nobisque placet, ut omnes iniuriæ & offensæ, quæ iniquitate temporis & enatis occasionibus, inter nostros subiectos existere potuerunt, & omnes aliæ res præteritæ, quarum præsentibus illi tumultus causa fuerunt, sint & maneat extinctæ, ac mortuorum instar sepultæ, tanquam aduenissent nunquam: Mandantes strictissimi sub pœna amittendæ uitæ, nostræ potestati subiectis uniuersis, cuiuscunque status conditionisque sint: Ne obtrecent, iniuriam faciant, irritent sese mutuo, exprobrando præterita, aut de ijs disputando, conquerendo, accusando inter se propter negotia religionis: Ne offendat aut contumelia afficiat unus alterum facto dictoque, sed ut moderentur sibi & uiuant placide simul tamquam fratres, amici & ciues, sub pœna, ut qui contra hæc fecerint, quique causam dederint huiusmodi iniuriarum offensarumque, & has commouerint, illi euestigio sine ulla altera forma procedendi puniantur secundum rigorem præsentis ordinationis nostræ.

Hæc igitur consideratis, unà cum alijs quæ superiore expositione continentur, neue scrupulus dubitatioque aliqua relinquatur: Supradicti nostri subiecti separando sese confociationes dissoluent cum omnibus tam in Regno hoc, quam extra illud: Neque tollent auferendo ullam posthac pecuniam: Non scribent militem, non cogent congregabuntque multitudinem, nisi secundum superius exposita, & inermem. Id quod ita prohibemus, ut uetemus sub pœna animaduersionis cum rigore uehemente, tanquam in cõtemtores & uiolatores mandatorum & ordinationum nostrarum.

Atque ita mandatum domus per hæc præsentibus nostris dilectis & fidelibus, qui in curijs solennium iudiciorum, nostrarum rationum camera, curijs præsidium uirorum, prætoribusque & alijs qui iurisdictionibus officijsque præfecti sunt, quorum munus est proprium itemque locum uicemque eorum tenentibus: ut curent præsentem declarationem hanc ordinationemque nostram legendam, promulgandam & inter acta referendam, in suis curijs & iurisdictionibus;

2194 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1563.

nibus: utq; seruent ipsi & curent seruandam custodiendamq; per omnia aetia gula inuolantē, quo his frui uti illis, ad quos pertinent, plene & pacifice liceat, omittentibus & remouentibus cuncta quibus conturbari impeditiq; hęc possint. Nam hoc placitum est nobis. Ad cuius testimonium nos sigillum nostrum hisce literis adiungendum curauimus: Datis Amboijij 19. die Martij Anno gratiæ Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Et regni nostri tertio.

Salutaris huius mandati promulgatio Gallix fuit: Nam nisi pax coisset haud dubie ex ea animorum offensione maior tristiorq; laniena, subiectura fuisset, cum Guisiaci apud suæ religionis homines diligentissime de nouis auxilijs sollicitarent, nec Condensibus sua ex Germania defutura fuissent. Nam Illustrissimus Princeps Vuolfgangus Palatinus à Condensibus de auxilijs rogatus ad quatuor millia equitum per duos peritissimos duces Albertum Rosenburgicum & Iacobum Schulenburgicum magnis impensis iam conserperat, periclitantibus opem iaturus, pace uerò facta non sine isctura ab incerto destitit, menstruo stipendio equitibus persoluto. Pontifex uerò Romanus ad huius pacis nuncium ita commotus est, ut Odetum Castilionum Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, Admiratio fratri adhaerentem sacerdotio Beluacensi & Cardinalatu, item Episcopos circiter decem Condensi factione maculatos, sacerdotijs exuerit.

Mense Maio Ludouicus Philippus Landtgrauij Helstæ filius secundo genitus, Christophori ducis Vuirtembergici filiam Heduuigim uxorem duxit, nuptias pompa solenni Marpurgi celebrans.

Lubecensis belli contra Suecos causa.

Mensis Iunij die nono, Lubecenses, qui foedere cum Friderico Rege Daniæ contra Ericum decimum quartum Sueciæ Regem facto, validissimas copias, tam terra quam mari collegissent, Sueco bellum publice denunciant. Cum autem id longe grauissimum ac per quam diuturnum fuerit nõ abs te erit, causas, quæ utrosq; ad bellum impulerint, ex denunciatorijs ipsorum desumptas subiicere, ac quidem initio Lubecenses, qui priores bellum Sueco inuictas subijcere, ac quidem initio Lubecenses, qui priores bellum Sueco inuictas modo maiores ipsorum, ac predecessores Reipub. Lubecensis parentem eius, insigni auxilio, pecuniarum impensis & subsidiarum transmissione præstito, ad Regium culmen euexerint, eiq; omnia officia beneuolentiæ præstito, le uerò uicissim, ciuitati Lubecensi eiusq; incolis exiguam gratiam expendere, sed damna quamplurima intulerit, ciuium Lubecensium bonis diriptis, et plus ciuibus in carceres coniectis, eorumq; quamplurimis in ijs necatis, Reipub. priuilegijs ueteribus atq; recentibus in Suecia sublati, atq; mercatoribus Lubecensibus per complures annos intolerabilibus uectigalibus ac exactioibus oneratis. Id quod hæcenus maiores ipsorum & ipsi, tanquam pacis & tranquillitatis amantes patienter tulerint, Deo exitum causæ committentes, bona spe fore, ut Gustauus rem diligentius perpenderet, uerum id nullis admonitionibus uel literis usq; ad finem uitæ eius effici uel obtineri potuisse. Eo defuncto bona spe se fuisse, ipsum Ericum patris successorem beneficia parenti & sibi præstita ad animum reuocaturum, pacis conditiones facturum, ac debita animi gratitudine Reip. officia agniturum esse. Verum se non citra animi dolorum experiri, ipsum non contentum damnis Reip. Lubecensi per parentem illatis præter expectationem & spem suam, ac contra beneficia à Reipub. accepta permittente Lubecenses summopere grauari ac uoluntate priuilegiarum Lubecensium uiolationem, præterito anno, nulla legitima de causa, contra Casareæ Maiestatis declarationem & indulgentiam navigationis Ruthenicæ, ciuium & mercatorum Lubecensium naues & mercimonia non pauci numerum atq; ualoris, in aperto ac libero mari uolenter spoliata abduxisse: se ijs factis nec

nec per literas, nec per legatorum missationes magnis impendijs constant, nec per Cæsareæ Maiestatis & Electorum Imperij intercessionem, quicquid æqui impetrare ab ipso potuisse. Adhæc ipsum conari Reip. Lubecensis ciues ac mercatores à libera nauigandi facultate ac negociatione Ruthenica arcerè, Dominium maris solum usurpaturum ac ex animi sui libitu, nauigationem uel præcludere, uel recludere uelle, contra Reip. Lubecensis eius ciuium & mercatorum commoda, priuilegia, ac libertatem. Ideò cum hæc ad perniciosam Reip. uergant & posteritati summopere præiudicent sibi belli suscipiendi necessitatem impositam, quod pro more in bellis seruari solito, pro se & auxiliatoribus suis illi & ei adhaerentibus denunciatum uelint. At Rex Daniæ Fridericus ultimo Iulij subsequentes belli rationes in suis denunciatorijs ut quidem ædita fuere, præten dit. Suecum cognationis, quæ inuicem deuincti sint, penitus oblitum, non solum uetera atq; recentia fœdera & pacta, inter maiores, & ipsosmet facta ex mera libidine, & animi insolentia concepta, dissoluisse ac uiolasse, sed & in super ea quæ ipsi & suis molesta, grauias, cõtraria, ac ignominiosa fore putauerit, hostiliter suscepisse. Id apparere ex insignium Danici ac Noruegici regnorum usurpatione, quæ in insignijs atq; sigillis suis gestes ad ipsius contemptum & demonstrationem cupiditatis, qua æstuet, in occupando regno utroq;. Similiter idem deprehendi posse ex inuasionem terrarum, quæ in Liuania fratri ipsius Magno Episcopo Opsalensi & administratori Riualerensi subditæ sint. Constat etiam Sueco, post alias artes ac machinationes hinc inde contra ipsum susceptas, fratris Magni ad defectionem cum magna pecuniæ oblatione sollicitationem, uiolentiam in subditos Regni Danię terra mariq; exercitam, uarias iniurias, libellis famosis in finitimis regionibus sparsas atque sufficienter probandas, simul quoque pacis publicæ in Oceano Germanico, eiq; negociationis maritimæ appendentis, per piraticam, latrocinia, ac deprædationes, turbationem. Deniq; naues Danicas, securitati nauigantium in Oceano, destinatas ad executionem libidinis conceptæ ex impro uiso inuafas, oppugnatas atq; uiolenter abductas, sub specie quidem pacis publicæ, sed non solum contra iura amicitia quæ inter cognatione iunctos esse deberet, sed & contra æquitatem, dignitatem, ac ius gentium omnium. Ac ita eum, non, solum ipsum Danum, sed & alios ex pace & securitate, in bellum, periculum, ac diffamationem coniecisse. Quum itaque hæc ulterius dissimulare nequeat, sed ad defensionem honoris & existimationis, defensionem diuinitus collatorum regnorum, marium atq; terrarum propulsationem imminentium periculorum ac uiolentiæ intentatæ, recuperationem pacis publicæ, & nauigationis liberam communicationem arma suscipere coactus sit, se bona spe esse, ut quicquid in hoc futurum sit, Suecus sibi, non alijs imputandum habeat, ac quilibet hæc denunciationem pro sufficienti, tam denunciantis, quam ei auxiliantium nomine sit habiturus: & hæc quidem utrorumq; belli moti rationes fuere.

Verum ad nauigationem Ruthenicã quod attinet, quam Lubecenses tantò pere urgent, res cognitu dignissima est, itaq; ut spero paulo altius originem totius rei repetenti, ueniam æquus lector dabit. Ea uerò talis est.

In extremis Liuania regionibus, qua ad Septentrionem uergit, fluuius quidam in mare profluit, qui Narba dicitur. Liuiam, à Russia, quæ Moschorum ditio nis est, differtinans: In eius altera ripa, quæ Liuiam spectat, ciuitas Flu uo cognominis, cum arce Narba Germanica, in altera quoq; pariter Narba Ruthenica, quam & Iuanogiodum dixere (fluuiò, utramq; dirimente) sita est. In hanc ante hæc tempora omnes quotquot maleficijs infames, aut suppliciorũ metu extorres, nonnulli etiam qui decoxerãt, impunitatis spe proposita,



Anno 1563.

confluebant, quosdam etiam quæstus studium pellexerat, ut è patria profugis Rossos hominum nostrorum, rariores artes Barbaris ante hæc ignotas edocerent. Nec uigilantia Magistratum ordinis Teutonici, nec Polonorum industria limites tam accuratè custodiri potuerunt, quin saltem aliqui ad hostes quotannis transfugerent. Itaque docentibus atque administrantibus, his profugis, Moschi antea artium nostrarum rudes, successu temporis solertissimi effecti sunt, & tormenta ex metallis fabrefacta, quam plurima in aciem nunc secum adducunt: quo etiam factum est, ut Tartari quidam Scythæ, antea omnium opinione inuicti, quique plurimum negotij hæcenus Moschorum imperatori facessarant, nunc ob penuriam tormentorum sub iugum eorum missi, imperata faciant Rege ipsorum ac ditione omni, hisce annis subacta. Ac constat belli Smalcaldici, tempore præfectum quendam equitum pollicitem oriundum, Diuo Carolo Quinto quatuor millia equitum pollicitem fuisse: cæterum quod tardius aduenerat bello iam confecto, eam tamen gratiam, ab Optimo Principe pro beneficio oblato retulisse, ut quosdam artifices ex Germania permissu Cæsaris conducere liceret, quos secum in Moschiam aduectaret titulo sanè specioso excolendæ nimirum Barbaræ regionis plurimam intererat, Architecti, Typographi, Poëtæ, Fabri ferrarij, & quod plurimum animus esset è portu Lubecensium soluere, nonnulli cum præfecto suo, quantumuis diploma Cæsareum ostentante, deprehensi, in carcerem abducti sunt. Cum quidem Senatus Lubecensis à Magistro Liouoniæ ea de re paulo antè admonitus esset, ac re omni ad Cæsarem postea perscripta, ubi quantum periculi inde Germaniæ immineret, edocuisset, nonnulli etiam per se perfectores omnino satisfecerunt, nonnulli etiam per ipsam Liouoniam, Iudæo quodam ductore, terra profecti, cæterum compræhensi cogitata non perfecterunt. Fieri tamen non potuit quin uel aliqui saltem occultis & clandestinis tramitibus ad Moschos penetrarent. Non solùm autè in bellicis munitionibus prohibendum etiam omnem naualium rerum scientiam Moschis præripere satagerunt: ne si aliquando classe instructus hostis Barbarus, quod in inculta ac inuestri regione materia non deesset nemoris excidendi, omnem non solum Germaniam, sed uniuersam etiam Europam posset debellare, qui ter cetera arctissima in disciplina, non secus atque conditione seruos contineret. Occasionem itaque omnem rescare decreuerant, quod ea sublata euentum quoque Lubecæ civitatum quas Anzas nominant communi decreto, Lubecæ quorundam habito conuentu, Narbensem profectionem omnem ita sustulerant, ut pro infamibus omnes eos haberi pronunciarent, qui eò merces suas aduectas eò aduehenda, aut inibi comparata, auctioibus factis publicari fiscoque attribui conferent. Videbant enim id, quod res erat, Turcas Hellepontum Ligurum auaritia transgressos, adiuuantibus, Græcis transfugis & piratis, quum classe pollère occiperent, non solum ipsam Constantinopolim Imperij dominam, sed uniuersam penè Græciam, Macedoniam & Illyricum, & alia loca uicina Imperio suo subiecisse, ita Moschos quoque omni Septentrione terra marisque inuaso & perdomito, ubi classem potestas fieret, Narbæ aut luuanguodi emporio condito, & peritia rei naualis accederet, quod quidem in emporijs facile contingit, in interiora Germaniæ innumerabili effuso exercitu facile posse penetrare. Hoc itaque metu deterriti negociatores à navigatione interditi

ta, ut que ad hæc tempora abstinuerant adeo quidem ut neque paulò honestior eius ibi domicilium haberet. Ipsi quoque Rosi ac Moschi nauigandi nullum usum habuerant, quod regio omnis ab ea parte, excepto torrente, Narba qui in Balthicum excurrit, mediterranea sit, qua uerò glaciam Oceanum attingit ob difficultatem itineris mare sit Imperium, aut nisi multo cum labore penetrabile, cuius rei nuper Angli multas calamitates, tametsi non sine lucro perpessi, fidem fecerunt. Huc accedebat quod fabri nauales plerique omnes legitimo matrimonio fuerant copulati ita ut dulcedine coniugum & liberorum permoti in patria aut detinerentur, aut profecti eò facilius reuocarentur (quod secus plerumque usu uenit in uiri militariibus) ac proinde eorum non ita crebra fuerant transfugia: præterquam quod ubi nauium facultas deest, non eadem, qua milites in itineribus faciendis solentia uterentur. Incidit postea luctuosum tempus, quo Moschi Liuoniam Imperij Germanici prouinciam euastando aliquot millia Christianorum capitum in maximè miserabilem seruitutem abduxerant, & Derphta urbe (ut dixi) depra, Narba capta & direpta ad totius prouinciæ Imperium aspirarant & Narbam insuper deducta colonia (uti sit) merces quasdam asportarant. Hic tumor, ubi percubuit Lubecenses quidam ciues ac negotiatores, quibus aut nihil præter quæstus facturam inhonestum uidebatur, aut qui, quod iam decesserant omnem fortunæ aleam subeundam sibi iudicarent, Reualiam Liuonia urbem præterlegendò, Narbam merces suas aduexerant, nec parum inde lucri sibi compararant. Lucri odor ad nares reliquorum mercatorum iam peruenerat qui præsentia tantum commoda æstimant de futuris, aut lucris, aut damnis (ut interim de publicis taceam) minimè solliciti, cum cateruatim quam plures, quicquid poterat uionum, piperis, Zinziberis, auri argentique & mercium bellicarum in nauès contrudi, expedirent, gementibus interitum bonis ciuibus, qui mutationem insignem urbi, hæc prouinciarum occupia allatura, præfagirent. Nonnulli etiam uindictæ cupiditate incensum Reualiensibus, ac reliquis Liuoniæ ciuitatibus paruari referre gestirent, quocum (ut supra admonui) Narbica nauigatio publico decreto interdicta esset, nec Nouogadía Rossorum emporium mediterraneum certis de causis à multis iam annis frequentaretur, sic, ut iam Rosi in Liuoniæ urbibus præcipuis, Riga, Reualia, Derphta negotiari cogerentur, Senatores urbium illarum (qui quidem omnes uitiosa & exitiabili consuetudine mercimonia exercent) eo decreto abusi, Lubecensibus & reliquis Saxonibus, omnem cum Rossis & Moschis mercium permutationem etiam publicè poenâ proposita, contra pacta, conuenta, statutaquæ maiorum iam olim prohibuissent, & sic opportunè omni permutationis quæstu ac lucro penè ad se traducto, deinde quantum uellent, non quantum paretet mercium Lubecensibus diuenderent: Angebat quoque Lubecenses & ceteros Saxones, quod uiderent colonos suos (ex Saxonibus enim urbibus & potissimum è Lubeca & Vuestphalia ditione coloniarum antiquitus Liuoniensium translatae sunt) ueteris beneficij atque originis suæ immemores, Belgis & reliquis exteris quam sibi amictiores esse, cumq; ijs clementius agere: ideoq; aliquoties solenni legatione ad Magistrum Liuoniæ, earum urbium dominum missa, hisce de rebus conquesti, nihil præter spetiosa uerba & ampla promissa retulerant. Cum autem ingruentibus Moschis Liuonia uehementer laboraret, & iam Riga Reualiaq; emporia labascere uideretur, quod Lubecenses et alij nonnulli Narbæ emporiū recèssus inchoatū frequentarēt, nec propter bellū motū Moschicæ gentes eas urbes amplius accederent, Mag. Liuoniæ Guil. Fürstenbergus periculum ueritus, literis ad Senatū missis, ueterū pactorū Lubecenses admonere, opē poscere, decreta

Anno 1563. de Narbensi nauigatione repetere, si quid à suis peccatum esset, correctu-  
rum se polliceri quantum periculum non solum ipsis, sed etiam toti Germani-  
niæ superiori futuro hoste iam uictoriarum successibus elato immineret,  
edocere. Permoti his consules Lubecenses, Narbicum nauigationem ci-  
uibus suis interdixerant, quosdam etiam contumaciores domo egredi pro-  
hibuerant, merces iam auentioni destinatas condixerant, in auxilio autem  
Liuoniensibus ferendo, quod grauior deliberatio uideretur procrastinare sa-  
tius uisum fuit.

Hoc animaduerso Magister Liuoniæ qui se destitutum querebatur, ad Se-  
natum perscribit, hortatur ut quod communi consilio antè decretum erat exe-  
quantur, ni faciant, quin ciuium suorum saluti atq; emolumento consulat, ir-  
re se non prohiberi. Lubecenses contra priuilegium allegare, quo licitum sibi  
esse affirmabat, ubi bellum gererent cum Liuoniensibus Moschi, etiam in inti-  
ma Moschorum loca negotiationis causa penetrare, Magister contra de terre-  
stri itinere illud accipiendum asserit, maritimæ autem profectioi perspeciale  
decretum derogari. Sed apud homines semel avaritiæ deditos, nihil minis quã  
seriæ admonitiones ualebant, ut magis etiam irritarentur: ac proinde magno  
numero classem adornarent, quam præciosis mercibus Narbam auehi curaue-  
rant. Subodoratus id Magister Liuoniæ classem, quam omni telorum genere  
instructã habebat à porta Reualiensis soluere iubet, nauigantesq; adoriri. Itaq;  
depræhensis quotquot obuiam prodierant, cum quidem inermes ac imparati  
essent, bona omnibus adempta & Reualiam transportari iussa. Quod ubi con-  
tigit Lubecenses ciuium suorum nomine, adempta repetere, cæterarum opti-  
mione sua frustrari. Itaq; expetentibus ciuibus legatum mittunt Viennam au-  
striæ Christophorum Kuntzmannum, Senatui à secretis, qui cum Magistro Li-  
uoniæ ac Reualiensibus hoc nomine Cæsare iudice experitur. Præeratum re-  
bus Germanicis Diuus Ferdinandus is audita & cognita causa pronunciat, ac  
quatenus nauigationem Narbicum Lubecensibus permittat, eorumq; præci-  
bus annuat, in hæc uerba quibus illi in denunciatorijs innituntur declarat, in-  
tellexisse suam Maiestatem quæ Legatus Lubecensium, Christophorus Kuntz-  
man dictus Messerschmidt contra ordinis Teutonici magistrum in Liuonia & ci-  
uitatem Riualensem quarundam arrestatarum nauium ablatorum bonorum,  
& liberæ nauigationis Vuiburgum causa ore tenus atque in scriptis retulerit.  
Quantũ itaq; ad duo priora capita attinet Lubecensibus ad ordinis Teutonici  
magistrũ, & Riualenses ob arrestatas naues mãdata sine clausula, sub idonea  
tamẽ cautione de restituendis iisdem quatenus id iure decernatur ob bona au-  
tam erepta atq; ex nauibus translata, mandata de restituendo sine clausula im-  
partienda. De libera autẽ nauigatione Vuiburgum & in Moscouiam legato  
Lubecensium significari, nunquam Cæsareæ Maiestatis mentem, intentionem  
atq; propositum fuisse, nec adhuc esse, per scripta ad Lubecenses, uicinos atq;  
finitimos Reges, aliasq; ciuitates maritimas directa. His, præsertim autem Lu-  
becensibus liberam nauigandi facultatem eripere, sed solum id providere, ne  
Moscouitis arma, instrumenta bellica, munitiones & commeatus, quæ im-  
mediate ipsorum copijs seruire possent, apponentur, Cæsareæ Maiesta-  
tis quoque de Lubecensibus eam fiduciam esse, hos diligentissimẽ & exa-  
ctissimẽ prouisuros, si nauigandi libertate, durante expeditione Mosco-  
uitica, uti uelint, ne ullum periculum transportatione armorum ueritorum ad  
Moscouitas sacro Imperio creetur. Et quidem declaratione facta Imperator  
Ferdinandus mandata prædicta formula solita, ad ordinis Teutonici Magi-  
strũ & ciuitatẽ Reualensem trãsmittit. Cæterum nõ longẽ post quidẽ Lubecẽ-  
ses negociatores ijdẽq; Senatores avaritia occæcati, & maiorẽ priuatã quã  
publicã

publicæ utilitatis rationem, ut diximus, habentes non solum Interdictas Cæ-  
 saris mandato merces, ut puta sulphur, ferrum, æs Cyprium, Orichalcum &  
 omnem unde tormenta constantur, materiam, sed argentæ monetæ integra  
 uasa (tonnas ipsi uocant) contra decreta Imperij ad Molchos externos, & ab Im-  
 perio nostro alienos, singulari arte extra Germaniæ limites impunè aliena-  
 runt. Rebus itaque sic stantibus cum Magistri Liuoniæ, atque adeo omnium  
 Liuoniensium res iam in angustijs esset, & disfluentibus fratribus Mariæ in  
 Liunia cum Reualia periculo animaduerso quod quotidie à Molchis infesta  
 retur, & à mari eadem inuasionem metuendæ essent, nec defensionem ullam  
 circumspiceret, imò negotiationes omnes suas quotidie collabi uideret: Eri-  
 co decimo quarto Suecorum Regi tunc recens electo sese dedere cõacta fuit  
 Erant, qui odio Lubecensium eos ad seruitutem subeundam eo magis propen-  
 rasse adsererent, ut potentissimo ipsis principe opposito, qui nauigantes com-  
 pellerent, conatus ipsorum frustrarentur. Contat Ericum Regem poten-  
 tiæ Lubecensium ueritum, ac ueterum beneficiorum memorem, initio qua-  
 si reluctantem uoluisse amicitiam quam ipsi cum Lubecensibus intercesse-  
 rat integram inuolatamque seruare. Cæterum cum aliter Reualix urbis do-  
 minio potiri non posset, tandem de inhibenda nauigatione adsentium. Per-  
 suaserant ei quoque Reualenses, plebeios quosdam mercatores solummodo  
 causam hanc agere, ceterum primores Senatus ac ciuulum à se stare, & ideo nul-  
 lius re esse periculi: facile enim assentiente Senatu fecem istam posse reprimi.  
 Mense itaque Julio anno 1552. Ericus Rex Senatui amicè perscribit & in-  
 ter alia monet, ut aut Narbensiu nauigatione ciues abstineant, aut publica da-  
 ta & interposita fide, id est Literis salui conductus à se acceptis eò profici-  
 scantur. Quod si secus faciant, cum inde Reualix urbi suæ quampluri-  
 mum detrimenti accedat, se iniurias subditis suis illatas non posse non ul-  
 tisci.

Quod ubi Lubecenses negociatores Narbix nauigationi assueti accepe-  
 re, mium quantopere exarserunt, priuilegia sua prædicantes, & se uel inuita  
 Rege Narbam præfecturos succlamantes, inuoluntè eum facere, qui quod om-  
 nibus hominibus ceu aer ipse quo uiuimus, commune esset prohiberet, ac li-  
 teris missis fatali obstinatione priuilegia urgent, nec ius esse Regi ut ea im-  
 pediat rescribunt. Ac non expectato responso præciosissimas merces in unum  
 compoant, naues expediunt & Narbam proficiscuntur aut inuitores suos  
 ac negotiorum gestores ablegant. Rex ubi de hoc resciuit instructus ad-  
 uenit, & in reditu omnes pauore consternatos interceptit. Unde primum  
 Sueco hosti potentia classium augeri cepta. Quæ res ubi in Senatu refer-  
 tur tum demum placuit ad Regem mitti legatos. Decernuntur duo ex Se-  
 natoribus qui negociatores erant, unà cum eo quem dixi Gunzmanno Se-  
 natui à secretis: eos ubi in aulam regiam admissi sunt, cum ablata mandatis ex-  
 positis reposcerat, Rex quod suum negocium quodammodo eos agere  
 uideret, nec moribus aulicis expolitos irritit, atque aliquandiu detinuit:  
 cumque uideret eosdem unà cum reliquis, quibus merces ademerat, pleros-  
 que omnes & Senatorij ordinis, & Mercatores esse, ipsiue aut affinitate aut  
 propinquitate coniunctos, atque ita pro se suisque quenquam agere hac occa-  
 sione utendum ratus astuto sane consilio concessit legatis experientibus mer-  
 ces aliquas, ut Narbam adueherent (quæ tamen omnes postea in profluente  
 non sine ultiõne supremi numinis submersæ sunt) itaque duplex commodum  
 consecutus, ut & remissius agi ceptum sit, & duræ admodum condiciones  
 proposiæ fuerint, in quibus & hi extiterant, ut domum mercatoriam sibi in  
 urbe Lybecca concederent, & secum foedus intreat, quotiesq; opus esset militiæ  
 colligendæ

## 2100 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1563. colligendo in urbem locum Regi darent, & alias nonnullas: Interim tamen eo iuris cognitioni, coram Iureconsultis aut arbitris utrinque delectis, sese offerente, atque ita legati damnati sunt. Iidem porro, cum per Daniam domum reuertentur, atque Helsingiam (regia est hæc Danorum ac totius regni caput) appellerent, de bello in Suetiam à Danorum rege, mouendo compererunt instigantibus etiam eos quibusdam proceribus, ut iniuriam tam insignem ulciscerentur, & se optare affirmantibus, ut Danorum regi foedere coniuncti communem hostem communibus armis inuaderent Lubecenses. Cum autem legati reuerterem omnem Senatui exponerent ac simul quid in Dania gereretur edocerent. Ira & dolore amissarum facultatum incensi, Patres bellum cum Suecorum Rege gerendum decernunt.

Dum omnia ad bellum apparantur, scribit Senatus Diuo Ferdinando Augusto, se extrema necessitate coactum ad defendendum ciuium suorum causa ad infringendos Suecici regis conatus, foedus cum Danorum Rege percussisse, opemque Imperij implorat, Caesar dolore sibi respondet, rem ad arma deuennisse, nec se unquam sperasse rem ita casuram: Ceterum se primo quoque tempore legatos missurum, qui negotium si unquam fieri potis sit componant. Scribitur item à Senatu Ioanni Basilio Moschorum Imperatori, ac inter cetera narratur, quod Narbicum navigationem & commercia cum ipsius ditionis terminibus Rex Sueticus prohibeat, ac proinde se contra eum necessaria arma foedere cum Danorum Rege facto sumpsisse, petere se, ut omnes eos, qui negociandi causa Narbicum commeat defendat. Moschus ad ea omnia pollicetur. Ceterum ut eos in aliena ditione tueatur, foedere quod cum Suetico Rege sanxerit, se prohiberi: Idque se primum non uolatu affirmat, cum Moscho enim Suecum committere fategerant, ut sic multiplici bello distentus hostis frangeretur. Et hæc quidem de Ruthenica Lubecensium præcipue tione hæcenus dicta sunt cuius prohibitione se ad bellum impulsos præcipue conquerentur. Ad Danicæ uero Regis causas quod attinet, in eas diligentius alij inquirant, cognationis sanè uinculum (quod hic toties allegat) inter utrumque regum ætissimum esse constat. Nam ut supra narratum memini, duarum sororum filij sunt, Danicæ rege ex Dorothea, Sueco ex Catharina Saxonicis sororibus, filabus Magni ducis inferioris Saxonie nato. Ceterum in nata gentibus aduersus alias mutua odia maxime dominandi libidinis factibus accensa, cognationibus præpollere sæpius consueuerunt: Idque hic quoque acciderit militi uerentur. Non enim ignotum quæ & quam uetusta inter Suecos & Danos odia, quam diuersa eorum studia, & quam mutua gentium suggillationes fuerint, quæ hic repeti minime necesse est, cum in utriusque gentis historijs abundè exponantur, quas qui uolet ipsemet legere poterit. Ceterum ut ad institutam à qua digressi sumus narrationem reuertamur: Suecus literis belli denunciatorijs acceptis ad eas placidè respondit, inquiens: Regis Danici consanguinei quod regni dignitate emereret, facialem se recipere, Lubecensium uero facialem ad Senatum Stocholmiae urbis, quæ caput Suecicæ est, ablegat falsè dictitans: Reges regibus, ciues & rusticos ciuibus & rusticis bellum indicere debere: At illi qui iam longè antè copias conscripserant, tanta celeritate progrediuntur, ut Suecum nihil minus cogitantem, in summas capiendi consilij difficultates coniecerint, ex quibus tamen ita se extricauit, ut portibus munitis, ac faucibus montium qui Sueciam à Danicæ finibus differunt præsidio firmatis, nemoribusque succis, hostes ab ingressu Regni arceret, quantumuis copijs instructissimos: nam præter Danicas copias

# Sub Ferdinando I. Imper. 2201

Anno 1563.

copias pro rege Guntherus comes Schuarzburgicus equitum alas nouem, Georgius uero Holius peditum signa circiter sexaginta conscripta, ad fines Sueciae eduxere, quae tamen nihil aliud memorabile gessere, quam quod arcem Elsburgensem cum finitima ditiumcula Oelandica coeperint.

Porro sub belli huius initio Ericus Sueciae rex Ioannem fratrem Germani Finlandiae ducem, noctu nihil tale opinantem in Aboensi arce capit, quod ei, Poloniae regis non tantum a se hostiliter disidentis, sed & omnes finitimos ad belli societatem inuitantis, sororem in matrimonio habenti, minime fidentem caeca suspicione, arbitretur. Captus itaque multis deinceps annis in uinculum habet, donec quod fortuna uariante isdem includitur Ioanne fratre liberato.

Eodem mense Iunio ingentes terrae motus in ditioe Venetorum & Turcarum ad mare Adriaticum existere, ita ut decimotertio huius mensis magna hominum clade Cattarensis ciuitas, aliarumque urbes & arces corruerint.

Iulij mensis decimo bellum contra Anglos, qui Portum Gratiae occuparant, per Regem Galliae edicitur, proclamaturque. Extremo itaque Iulij Angli, qui sub comite Vuaruichio in urbe agebant, per Connestabulum & Marechallum Montmorencium obsessi, post concussa aliquot diebus moenia tam eorum ruina, uel metu oppugnationis, quam pestis in urbe grassantis, atque indies quam plurimos praesidiariorum absummentis saeuitia, sarcinas suas cum his quae Regina essent, pacti, ac machinas bellicas & naues, quae uel Galliae Regis eiusque subditorum essent cum omni apparatu ac instrumento relinquentes, urbem dederunt. Quae res sane feliciter & tempestiue Gallis cecidit paucis enim interiectis diebus mille octingenti Angli a Regina missi appulerant, & Ammitaxima pars Anglorum Portu excessisset, tempore exclusi in Angliam unde uenerant conuersi uelis redierunt.

Sub exitum Augusti Ericus dux Brunswicensis, qui copiis pedestribus atque equestribus, in suo ducatu, uicinisque locis, collectis: multorum animos ita suspensos tenuisset, ut quid moliretur, quouae tenderet, nemo coniciendo assequi posset, tandem exercitu in Vuestphaliam conuerso, Vuarrendorpium oppidum ditiois Monasteriensis occupat, ac legatis Diocaseos inimicitiae causas quarentibus, hanc significat. In Bello, quod protestantes confederati, contra patruelem Henricum iuniorem, anno millesimo quingentesimo quadragesimo secundo gessissent, vexilla atque signa Episcopi Monasteriensis Franciscomitibus de Vualdeck, ad obsidionem Vuolfenburti pergentia, in suo ducatu, contra antiqua domus Brunswicensis & Diocaseos Monasteriensis foedera conspecta, itaque se damnorum eo tempore, sibi suisque illatorum, refartionem petere. Licet haec causa omnibus mira uideretur, cum ea Philippo Magno duce Brunswicensi Henrici filio, anno 53. arma hinc inde per Saxoniā circumferente, ac iniurias patri illatas uindicante, transacta fuisset: ac ipse Ericus Henricum patruelem, harum copiarum congregatione non papulsi, triginta aureorum millibus pacem ab eo redimunt. Quibus ille accessit, inde mouet, ac per Lunenburgensem, Megalopolensem, Marchiticum, & Pomeranicum ducatus, & uiginti peditum signis, ac equitum alis tribus transiens, ad fines Borussiae accessit. Ab his uero Alberti affinis copiis exclusus, quod hic hostiliter magis, quam amice uenienti transitum denegaret, a Dantiscanis duodecim millibus aureorum, mutuo acceptis, uiam, per quam uenerat, arripuit: ac non solum Borussiae, sed & alijs uicinis, ad eius

Erici Brunswicensium ducis expeditio in Episcopatum Monasteriensem.

2202 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1563. ad eius grassationes reprimendas insurgentibus, vexilla discindere, copias dissipare, tormenta bellica dimittere, ac re infecta lares patrios repetere coactus est. Quid uerò ista longinqua excursione, ad fines Borussiae uoluerit paucis diuinando assequi contigit, ipso ita consilia occultante, ut carissimam proprii corporis, si eorum hanc consciam sciret, se dilaceraturum, multorum legatis responderit. Quidam eum Polono aduersus Moschouitas uel Suecos militaturum putabant, sed eorum opinionem fefellit, quod affinis ipsius Albertus Dux Borussiae Polono deditissimus, ipsum à finibus suis arcuerit. Ac Polonus expeditione Erici nunciata Christophorum Megalopolensem Archiepiscopum Rigensem, qui Guilhelmo Fürstenbergico successerat, in uincula coniecerit, tractationibus inter utrumque habitis, intellectis. Alij alia de eo suspicabantur, sed prudenti occultatione consiliorum, omnium coniectationes elusit, ac in progrediendo, tanta celeritate usus est, ut cum legati Caesarei subsequentes, ad exequenda mandata nullibi deprehendere potuerint.

Imp. Maximilianus coronatio Hungarica. Mensis Septembris die octauo, Maximilianus Romanorum Rex designatus, Posonij quod Presburgum dicimus, Hungariae Rex ab Archiepiscopo Granensi coronatur in praesentia conjugis Mariae & liberorum, duorum fratrum Ferdinandi & Caroli Archiducum Austriae, Archiepiscopi Saltzburgi, Episcopi Vratislaviensis, duorum ducum Lignicensium, totidem Muniterburgensium Principis Teschenensis & Plauici, regnorum Bohemiae atque Hungariae procerum multorum, quorum tanta illic frequentia fuit, ut praeter duo millia equitum Hungaricorum ad quinque millia equitum ex alijs prouincijs numerata sint. Sequenti porro die pari solennitate coniunx Regis Maria Regina Hungariae uncta atque coronata est. Ita Maximilianus, quod paucissimis regibus contigit, trium regnorum coronas intra unum annum capiti suo felicissimè imposuit.

Ad 24. mensis Septembris, Rex Franciae Carolus, decimumquattum annum agens, Lutetiae in suprema curia tutelam à se abdicauit, & regni administrationem, in se, tanquam sui iuris transiit: mota de hac administrationis susceptione ipsi à Parlamento Parisiensi quaestiones fuere, sed ijs neglectis in suo instituto more maiorum perrexit, quas qui cognoscere uolet publice editas inueniet.

Inquisitorum conatus in Gallia. Vicecima octaua mensis Septembris Cardinales inquisitioni haereticae prauitati Romae praefecti, cum anno superiore eorum potestas à Pio Quarto non solum confirmata, sed et aucta esset, ita ut non per Italiam modò, sed etiam extra Italiam per omnes Christiani nominis prouincias, & loca, in quoscunque Lutheranae, Zuinglianae, Calvinianae, Anabaptistarum, & aliarum quarumuis haeresium sectatores, eorumque fautores & defensores, cuiuscunque gradus, ordinis, conditionis & dignitatis, siue Ecclesiasticae, siue politicae essent, atque etiam si dignitate regia praefulgerent, inquirendi & contra eos secundum sacros canones, procedendi potestatem haberent, tandem dicti mensis huius die potestate sua freti, ut regnum Galliae nouis rebus inuoluerent, decreuere Monitorium Poenale (ut uocant) contra Illustrissimam & Serenissimam Dominam Ioannam Albretiam Reginam Navarrae et in Gallia non intimidandum, sed Romae certis locis affigendum, ut ea coram sanctitate & praelatis illustrissimis & reuerendissimis, ad causam haereticos intra sex menses, dicendam comperiat, id nisi faciat regnum eius principatus, ac alia cuiuscunque status dominia occupantibus, uel quibus à sanctitate sua collata fuerint, danda. Verum quia haec citatio memorabilis atque dignissima est, quae ob seueritatem

# Sub Ferdinando I. Imper. 2203

Anno 1563

ritatem inquisitionis Romanæ in reprimendis hæresibus, ad omnem posteritatem tranlmittatur, eius tenorem de uerbo ad uerbum subijcere, non inutile fore diximus. Cum inquit, nostro incumbat officio, ut contra omnes & singulos qui Christiano nomine gloriantur, de hæresi quouis modo suspectos, seu hæretica labe infectos ipsorum credentes & fautores procedere debeamus: eo magis contra illos quibus dictum, omnipotens regnorum gubernaculum concessit, quorum interest, ei qui ipsis potestatem tribuit subesse, inferre, sanctamq; Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, in matrem cognoscere, eidemq; quam quod subditis suis, sed uarij expescunt omnipotentem Deo ipsiq; Ecclesiam illam seruare. Ideo cum fama publica etiam per uiam notorij, non quidem absq; maximo animorum nostrorum incerore perceperimus, Illustrissimam & Serenissimam D. D. Ioannam Albretiam, Reginam Nauarræ principissam Bearnij, à fide Catholica quam Sancta Romana ac Catholica Ecclesia, tenet, credit, docet ac prædicat, deuiasse & aberrasse, ac quotidie magis & magis deuiare & aberrare, palam & publicè, quod nedum in sui ipsius æterna damnationis, uerum & subditorum suorum perniciem, absq; dubio consilijs Illustrissimæ & Serenissimæ Reginae ac Principissæ, quam subditorum eorumdem, & ad uniuersarum Christi fidelium graue scandalum auferendum, prout teneatur, & nostræ partes sunt prouidere iuxta prouisionem literarum Apostolicarum, & decreti apostolici formam, continentiam & tenorem stantem iudicis & testibus examinatis contra ipsam laborantem & alios super non tuto accessu per dictum D. procuratorem fiscales quibus opus sit repetitis & reproductis eandem & Illustrissimam & Serenissimam Reginam & Principissam, &c. Priuten ad personaliter comparandam & Cellitudinem suam Illustrissimam & Serenissimam de & super erroribus & hæresibus in quibus prolapsa est, & lineam ac sufficienter expurgandam per edictum publicum in Romana curia, eo quod ad Cellitudinem suam Illustrissimam & Serenissimam personaliter citandam tutum non patere accessum nobis constitit, & constat in literarum Apostolicarum & decreti uim formam continentium & tenorem ad magnifici uiri Domini Illustris. V. D. Petri Belli eiusdem Sancti officij procuratoris fiscalis instantiam & petitionem decernendam duximus, prout decernimus per præsentem & mandamus. Quare per hoc præsens publicum edictum in Romana curia in ualuis palatij, officij sanctæ inquisitionis ac basilicæ Principis Apostolorum de urbe, cancellariæ Apostolicæ & in acies campi florentis, affigendum, publicandum & exequendum, & prælibatam Illustrissimam & Serenissimam D. D. Ioannam Albretiam, Reginam Nauarræ, & Principissam Bearnij &c. Priuten autoritate Apostolica, & qua fungimur in hac parte peremptorie, monendum & requirendum ac hortandum prout citamus, mouemus & requirimus ac hortamur eiq; nihilominus in uirtute ipsius sancti & sanctæ obedientiæ ac sub excommunicationis latae sententiæ & Relectorum uel utilium, uel quouis modo ad ipsam alias spectantium, & pertinentium & seruitorum & uassalis alias sibi debitis & quarumcunq; gratiarum, & priuilegiorum à sede Apostolica obtinentium & confiscationis omnium iurium, actionum, priuilegiorum, quæ uel quos in præfatis regno & principatu, & dominijs Vassalis habuit, habet seu habere quomodolibet præsentium & singulorum feudorum ad se quomodolibet pertinentium & spectantium omniumq; & singulorum bonorum suorum feudatum, seu

Regina Nauarræ ab Inquisitoribus Romæ publica affixione uocata.

Alodia.



Anno 1558.

Alodialium omniumq; nobilium presentium & futurorum ubicunq; existentium & quarumuis dignitatum & titulorum: Ita quod in contrauentionis, quod Deus auertat & contumaciae, regnum, principatus, ac alia cuiuscunq; status & dominia huiusmodi dentur, & dari possint cuilibet illa occupanti, uel illi aut illis, quibus sanctitati suae & successoribus suis dare & concedere magis placuerit inhabitatisq; illa & alia quaecunq; in posterum obtinendum, confessionisq; haeresum eiq; Illustrissimae ac Serenissimae celsitudini suae obiectarum a hisq; grauioribus arbitrio nostro, & praelibati sanctissimi domini nostri Papae & Sanctae sedis Apostolicae infligendis & declarandis censuris & poenis, districte praecipimus & mandamus, quatenus infra terminum sex mensium proximum futurorum, ab executione presentium computantium: quorum sex mensium duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos menses, pro tertio, ultimo, & peremptorio ac monitione canonicam assignamus, debeat per se ipsam non autem per procuratorem aliquem, hic Romae, coram praelibato sanctissimo Domino nostro, seu nobis in congregatione nostra officij nostri Sanctae Romanae uniuersalis inquisitionis comparere, ad se a praemissis haeresibus, criminibus obiectis lineam expurgandam & ignoscendam esse demonstrandam comparuisse, alioquin pronuntiandam praenominatam Illustrissimam & Serenissimam Dominam Ioannem Albretiam Reginam Nauarrae, Principissam Bearnj, &c.

Priutenis per simile edictum modo quo supra exequendam tenorem presentium citamus & mouemus quamuis prima die iuridica post lapsum dictorum sex mensium, immediate sequentium compareat, similiter coram praelibato Sanctissimi Domini nostri, seu nobis personaliter, & non per procuratores aliquos, ad uidendum & audiendum supra dictis haeresibus, criminibus per nos inquiri probationes quascunq; desuper necessarias & opportunas recipi & admitti & seruari primis terminis, in similibus de more seruari solitis & consuetis per nos uel aliquem nostrum, pro certa die ad id deputanda, de omnibus contra eandem Illustrissimam & Serenissimam Ioannem Albretiam Reginam & Principissam laborantibus huiusmodi causae mentionem fieri, & illa facta se dictas sententias, censuras & poenas ac alias per sacras constitutiones & in haereticos & schismaticos inflictas prout iuris fuerit, damnabiliter incurrisse & incurrisse declarari, sententiamq; declaratoriam & diffinitiuam coniunctam uel diuisam absq; alia noua citatione de super faciendam, arbitrio sanctitatis suae proferri aliaq; in praemissis necessaria, & opportuna procedi & fieri, prout iustitia sua dabit & ordo dictauerit rationis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium praemissorum, praesentes literis, siue praesens nostrum Monitorium Poenale, siue citationem nostram huiusmodi exinde fieri, & per notarium & secretarium nostrum dicti officij nostri S. Rom. uniuersalis Inquisitionis & coram nobis infra scriptis subscriptis, subscribi & publicari, sigillisq; dicti nostri officij quo utimur iussimus & fecimus impressione communicari. Datum Romae in palatio Apostolico, & in congregatione nostra officij nostri Sanctae Romanae uniuersalis Inquisitionis in Aula Constantini coram praelibato S. D. N. & nobis, facta sub anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, indictione sexta. Die uero mortis 28. mensis Septembris Pontificatus praelibati S. D. N. Pij diuina prouidentia Pa-

Rex consanguineae Principis,

Reginae Nauarrae

patrocinio

contra Pontificios suscipit.

Hac uero citatione in Gallias ad Reginam Nauarrae perlata non quidem illa quae excellentissimo animo esset, hisce terroribus perterrita fuit, sed Dei Omnipotentis misericordia, ac bonitate suae causae freta, terculamenta haec, contempsit, nihilominus tamen cum Rege consanguineo, de tota hac causa contulit

contulit: Is itaque cum suis consiliarijs communicata, ac quo omnia tendere perspicuens, paulò post ad Pontificem scribit, se non citra molestiam cognouisse, consanguineam suam ad dicendam prætenſæ hæreseos causam intra sex menses, Romam citatam, sub cōminatione priuationis. Itaq; se ex obedientia Sanctitati eius debita, necessarium existimasse, esse graues atq; urgentes rationes ob quas sororem atq; consanguineam, eiusq; bona, in protectionem recipiat, nec hunc conatum dissimulando præterire possit. Primo namq; dictam Reginam, tam ex parte patris, quàm matris sibi proximitatis iure iunctam, hunc quoq; honorem ei habitum, quod excepta domo regia, matrimonio collocata fuerit eminentissimo Galliarum Principi, qui nuper in bello ob religionem in Gallia moto occubuerit: Ex eo uerò matrimonio duos liberos mirrenos natos, quos ipse sub protectionem receperit, apud se educari curet, tanquam patruelis auunculus. Quare se non posse non attendere, ad eorum familiæ Regum Galliarum, ita deuictorum, honorem & bona, nisi aliæ rationes, cur id fieri non debeat proferantur. Deinde, cum dicta Regina titulo & dignitate regali utatur, eam iuste regibus suis significare quale exemplum in ipsam statuatur, quod temporis progressu in alios reges redundare possit, eorumq; fauorem, auxilium, & protectionem maximè in uidiuitate constitutam implorare, & specialiter Regi Galliarum exempla maiorum suorum in memoriam reducere, qui principes afflictos atq; eiectos in suis dominijs, uel turbatos in ijs ex omnibus partibus, Italia, Hispania, Germania & Anglia receperint. Nec deesse in hoc casu exempla domestica, quæ merito Regi ob oculos ponantur: Philippum etenim audacem filium Sancti Ludouici Regis Galliarum, congregato ualido exercitu, defendisse Regnum Nauarræ, pupillæ, quæ dictam Gallias atq; maritima Philippo atq; originem dederit lineæ rectæ à qua Regina Nauarræ descendat, ac uicinius expulso Ioanne Albretio patruo dicte Reginæ ex Regno sub eodem prætextu, qui iam quærat eum receptum per antecessores suos regni Galliarum, à quibus ipse & eius posteritas, pro uirili, defensi ac sustentati bona gratia fuerint. Similia exempla Sanctitati suæ ex historijs Romanis, Italicis & Gallicis obuia esse, quod ipsi etiam Pontifices Sanctitatis suæ prædecessores afflictis atq; oppressis ad brachium protectionis Regum Galliarum sese coniecerint, eamq; uicinis senserint, ut eam nec negare possint nec obliuisci debeant, nisi indignis se similibus auxilijs, quibus grauissime necessitatis tempore subleuari fuere & iam indigent, reddere uelint.

Tertio dictam Reginam, tam uicinam tam coniunctam, tam confœderatam Regi, ut ipsa & regna eius, citra molestationem & iniuriam Regis turbare nequeant. Cum uerò Regis intersit pacem ac tranquillitatem uicinijs, de quorum beneuolentia & pace confidat conseruari, uias quibus alij ad suas ditaciones inuadendas tendant se præclusurum. Atq; hoc esse, quo se Rex petitis, hoc monitorio præcipue delectari nititur, ut fidelibus atq; antiquis uicinis à se alienatis, alijs ludibrio exponatur. Ad animum itaq; se reuocasse, quod si sub hoc prætextu Italia in partibus montanis quærantur, similis causa quariqueat, ad terras obedientiæ ac ditioni regis subiectas affectandas, unde successu temporis, inter maximos principes & Reges, qui iam inter se coniuncti sint, magni belli occasio emergere possit, præsertim finitimos, ita ut nullus ipsius ratione bonorum uicinijs esse queat alias consensibus bellorum & dissensionum periculofam materiam subministrantibus.

Quarto Reginam esse subiectam Regis ratione maximæ partis bonorum, terrarum & ditionum, ita ut considerata personæ qualitate, illa nec per constitutiones, nec concilia, nec statuta pontificalia ob quamcunq; causam, maxime accusationem publicam ac criminalem extra Regnum Galliarum ad iudicium trahi queat, cum Rex suos iudices, officiales ac iusticiarios habeat, quibus o-

Anno 1563. omnes Principes & alij subditi obedienter sese subiiciant. Nunquam ad hoc usque tempus auditum Regis Gallia subiectos, uocatos fuisse ad comparandum per procuratorem, multo minus personaliter coram deputatis inquisitionis curia Romana, sed semper eos usos hac libertate, ut coram ordinarijs iudicibus se sisterent, nimirum Laici coram regijs, Clerici coram Ecclesiasticis in prima instantia, ac in casu appellationis coram delegatis Sanctissimi patris ne quisquam regno euocaretur, quantum uero ad confiscationem bonorum pertineat, absurdum Regi uideri, quod eam Sanctissimus sibi uendicet in regno Gallia, in quo nec dominium, nec dispensationem eorum habeat, unde Regem reclamare monitorio contra conciliorum & canonum constitutiones, quae in libris praedecessorum scriptae inueniantur in hoc usque tempus.

Hisce rationibus & similibus Regem adductum, ut hoc factum sua maxime opere interesse, atque ualde absurdum putet, id inceptum, se prius non admonitorio, cum tam propinqua cognatione sibi iunctos fratres nimirum ac sororem dignitatis regia, uicinos confederatos subiectos, atque bona eorum concerneret.

Atque hisce atque alijs Sanctissimo ad animum reuocatis quanta potest animi obseruantia ac deuotione rogat, ut monitorium reuocet, casset, atque similes processus contra Reginam Navarra fieri inhibeat, idque tam euidenter declarat, ut singulis notorium fiat uel ad eorum notitiam perueniat, eorum quoque quos intra suos talis monitorij autores fuisse deprehendat, castigandi facultatem concedat. Cum protestatione, quod si alia remedia sequi cogatur, quam antea in similibus casibus quaesita fuerint, id sibi displicere, necessitate coactone in re tam iusta ac rationabili ullis sumptibus ac uiribus parcat, prout & ea impendere huic negotio statuerit, Ac haec quidem Regis iuuentis sententia talis fuit, ut Seniorum, uel ueteranorum potius multorum consilia tunc retardarit.

Urbis Vuirceburgensis occupatio per Vuilhelmum Grubachium.

Secundo Octobris Vuilhelmus a Grubach, cum bonis suis ultra decennium propter noxam contra Episcopum Vuirzburgicum, in bello Marchionis Alberti, aliosque confederatos, anno 52. commissam, spoliatus fuisset: nec uel amicorum precibus, uel principum quam plurimorum intercessione, eorum restitutionem impetrare potuisset, tandem aliquid memorabile & congruum damnis, acceptis audendum ratus, clanculum sexcentos equites, totidemque pedites mira celeritate conscribit, atque ad Sinum amnem certo die ac loco, adesse iubet, plarisque eorum cui militaturi essent nescientibus: Atque eos iam congregatos existimans, cum suis ex territorio Coburgensi progreditur, praepositum Ecclesiae Vuirzburgicae Richardum de Keere in monasterio Vuesteruinckel, non longe a Vilhusio oppido sito, intercipit, ac secundo die Octobris summo mane cum copijs Vuirzburgum ad Moenum, qua prope Sancti Burchardi arcem praeterfluit, contendit, ac quolibet equite post se peditem in equum subleuante uadum fluminis a piscatoribus commonstratum transit, portaque quae macellarijs nomen habet oclusa, inde ad aliam quam a piscatoribus denominarunt, progreditur, eamque cum non usque adeo diligenter custoditam, ac ueritate debilem sciret, ferrulis ad hoc peculiariter praeparatis, aperit. Ea ergo patefacta, magno impetu in ciuitatem irruens, quatuor loca ad quae ciues pro uetere instituto, necessario tempore concurrere norat, singulis signis equitum ac peditem occupat, ut facultas conueniendi ciuibus tantumque tubarum clangorem concitat, ut tota ciuitate personante, incolae ad inusitatum sonum consternerentur, mox ipse tubicines ac aliquot equitibus & pedibus comitatus ciues ex aedibus erumpere, uolentes, alta uoce admonet, ut domi se contineant, quieti maneant, nullamque uim metuant, Canonicos ac sacerdotes, non ciues peti. Si quis uero hoc negligat, hunc statim interfectum iri: Equites quoque ac pedites, qui ultra uiginti quatuor horas nec cibum ceperant, nec equis descendit, orat, ut equis usque ad meridiem insideant, nec loco assignato

neant, id quod quamuis plerisque eorum ex itinere fessis graue esset, factum tamen ab his est. Ciues quoque plerique, re improuisa, attoniti, atque eorum que agerentur insciji, domi se continuere, duodecim exceptis, qui incendium in ciuitate esse existimantes, atque ex aedibus prosilientes miserè interfecti fuere, inter quos portæ custos & duo institores Norici ad tabernas suas in hoc tumultu confugitari, qui postea in unum ac idem sepulchrum reconditi fuere: Ac dein non tantum portas ciuitatis diligentissimo præsidio firmat, sed & ciues, ut arma sibi tradât adigit, quibus suos minus instructos armat, quatuor locorum præfectis iureiurando obstrictis iniungit, ne huic causæ implicent, non enim sibi quicquam cum ipsis, sed cum canonicis rem esse, quibus restitutionem bonorum ablatorum sibi faciendibus, sit discessurus. Eo ante meridiem peracto, tum cuilibet concessum, ut quod uelit hospitium occupet, tunc uerò non solum monasteria uirginum atque uirorum inuasa, sed & canonicorum, sacerdotum, ac consiliatorum Episcopi aedes occupatae, quanta pettulerint, dici uix poterit: Nam omnia quæ in ijs inueniebantur, nullo habito discrimine, diripiuntur, cistæ occlusæ uel perfringebantur, omnia uasa contusa inspiciebantur, lectisternia excutiebantur, Canonicorum ac sacerdotum famulæ grauissimo tormentorum metu, ad eorum, quæ celata scirent detectionem adigebantur, ac quæ inuenirentur, aurum, argentum, cleinodia, uestimenta, instrumenta, literarum diplomata, aliaque similia hostis prædæ cedebant quolibet se ita ditatum exultante.

Nec uerò solum hæc direptio intra Canonicorum aedes constitit, sed & ad nobilium uiduarum ac uirginum domicilia processit, quarum multis mundus muliebris ereptus esse fertur. Cumque in nundinis diui Michaelis, illic more sobernæ, quam Canonicorum aedes calamitatem sensere, direptæ atque ab hoste expilatae. Hac uerò miserabili direptione durante, qui ab Episcopo absente, atque ad Noricos se recipiente, in arce relictæ erant, tormentis bellicis in hostes etaculari non desistebant, sed frustra.

Interea uerò dum ciuitate occupata, hostis prædæ intentus est, multi qui no mina dedissent, ac in tempore adesse nequiuissent, ad portas accurrentes, in urbem intromittuntur. Grumbachius uerò, ut ciuibus lucum faciat, atque inuatu se cum suis non ita subito discessurum patibulum in foro, pro militari consuetudine erigit. Metatores quoque circumire curat singulis ferè aedibus nomine falsa aliorum aduenturorum ascribentes, ut ciues aduersariorum multitudi ne territi in officio maneant: id quod contigit maximè Grumbachio, quod ciuibus promississet seruante. Cæterum cum is metueret, ne Episcopus, quem ciuitate occupata ad Noricos profugisse diximus, non saltem subditos Diocæses, sed & confederatos ad arma euocaret, eorumque auxilijs iter hosti præcluderet, quarto eiusdem mensis Canonicis, consiliarijs, ac ciuitatis Senatoribus indicat, ut cogitent de transactione, ea nisi sequente die fiat, se non expectaturum, quo ad confederatorum Episcopi auxilia uentant, sed cum suis auxiliarijs Diocæsen Vuirzburgicam igni ferroque uastaturum, subditos eius grauissimè mulctaturum, & nullum crudelitatis genus ullibi locorum prætermitturum, ac librum de egregijs facinoribus Episcopi eiusque ad hæreticum scriptum, quem manu tenens ipsis prælegebat, diulgaturum se esse, ut ea toti orbi pate fierent. His itaque Canonici atque consiliarij Vuirzburgici auditis, atque hostis crudelitate experta, nec ulla celerioris auxilijs expectatione affulgente ad id quod in extrema necessitate fieri consueuit condescendunt, atque cum hoste grauissimè id urgente hisce conditionibus, nomine Episcopi & totius capituli ac senioris, Septimo Octobris die transigunt.

Initio Grumbachio bona paterna a hæreditaria incontinenti per deputatos ad id restituenda.

Anno 1563.

Episcopum, Seniore, Decanum atq; capitulum, Grumbachium ratione eorum bonorum, quæ Henrico Duci Brunsvuicensi, in bello Marchionico ab Episcopo utenda data fuerint indemnem seruare debere.

Porro, cum Grumbachius transactionis formulam inter se & Melchiorum Episcopum atq; capitulum Vuirzburgicum, undecimo Iunij anno quinquagesimo secundo factam, sibi reddi, bonaq; in ea nominata tradi, ac pro materia in syluis suis caesa, nemoris Raspergensis, quod suorum maiorum fuerit, reuisionem, ad hæc quoq; fructuum ex bonis spoliatis percipiendorum, restitutionem ac interessere petiisset.

Hæc tria ad trium principum, Archiepiscopi Moguntini Danielis, Iohannis Friderici mediæ ducis Saxonix & Philippi Landtgrauij Hessiæ dijudicationem reijci quibus inter quatuor menses locum designandi, in quo hæc causa uentitetur, potestas tributa sit. Si uerò interea temporis, quæquam ipsorum mortu contigerit, intra mensis spatium alterius nominandi potestatem partibus relictam esse. Et quia Ernestus Mandelsloous, & Vuilhelmus de Stein indicarint, qua ratione præterito bello Marchionico damna non exigua perpessi fuerint, nec Grumbachius se ab ipsis, nec hi uicissim se ab eo se iungere cogitent, ideo in hoc consensum ut Ernesto Mandelsloo pro damnis in bello Marchionico ab Episcopis accepto, in proximis nundinis Lipsensibus noui anni, in ædibus Chilianii Kueluuein sex millia thalerorum apocha data soluantur: Vuilhelmo etiam de Stein pro suis damnis, decem millia thalerorum soluenda, terminis infra dictis, nimirum quinq; millia futura cathedra Petri anni millesimi quingentesimi sexagesimi quarti, reliqua quinq; ad annum 1565. in eadem feria, et ædificijs necessariam suppeditandam, arrestum pecuniæ Hasfurti factum relaxandū, modo quibus ipse in diocesi Vuirzburgica obligatus sit, satisfaciatur.

Vicissim uerò Grumbachium cum suis manipularibus & copijs absq; ulterioribus incendijs, direptionibus & damnis, ex ciuitate & diocesi Vuirzburgicorum, dimissionem procurare debere, quo diocesis Vuirzburgica in posterum indemnis conseruetur.

Et quo melius Grumbachius eiusq; manipulares copias ex ciuitate ac diocesi educant uiginti quinq; millium thalerorum solutionem hoc modo se promississe, nimirum ut iam statim, decem millia, & in festo futuro Cathedra Petri rursus decem millia Francofurti, reliqua quinq; millia in eodem festo anni subsequentis numerentur. Omnes proinde controuersias, quæ inter Diocesi Vuirzburgicam, Grumbachium & eius complices atq; ministros extiterint compositas atque sopitas esse, indignationem quam Episcopus contra ipsos conceperit, sublatam esse debere.

Suspectis de eade Melchioris Episcopi pietissimæ memoriæ & auxillatoribus Marchionis Alberti pacem ac securitatem præstitam uicissim quoq; Episcopum & omnes eius subditos, Ecclesiasticos atq; politicos nulla molestia ab ipsis eorumq; ministris afficiendos, sed omni securitate gaudere.

In hac pacificatione Franconicos confœderatos quoq; comprehensos, hæc ratione, ne Grumbachio, eiusq; manipularibus propter ulla præteritas actiones, quid periculi ab ullo ipsorum sit metuendum.

Ex aduerso quoq; Franconicis confœderatis à Grumbachio eiusq; complicitibus uel in discessu uel alio tempore, nullam molestiam inferendam, arbitrio tamen Franconicorum relinquere, an huic pacificationi includi uelint nec ne, mentem uerò suam primo quoq; tempore ipsos patefacere debere.

Omnes lites in Camera Imperiali, ac coram feudali iudicio Vuirzburgensibus, contra Grumbachium & Stainium pendentes, abolitas esse.

Si Ca.

## Sub Ferdinando I. Imper. 2209

Anno 1563.

Si Cæsarea uel Regia Maiestates aut quouis alius uel iudicialiter, uel extra iudicialiter, uel alio quouis modo contra hanc transactionem ac pacificationem quid suscipere, uellent, Episcopum coram Cæsarea Maiestate, Camera Imperialis, Fiscali ac alijs, Grumbachium eiusq; complices defensurum atq; indemnes seruaturum ac effecturum ut transactio hæc confirmetur.

Richardum de Keere præpositum Vuirtzburgicum, quamprimum de pretio redemptionis, cum Iusto de Zeuuitz conuenit statim liberum dimittendum, absque ulteriori exactioe. Hæc seruanda fide, quam fieri possit optima. Si uero his contraueniatur Grumbachio eiusq; hæredibus ius esse uocandi capitulares, ac consiliarios ut se iustant, loco quocunq; ipsis libuerit. Huic transactioni subscripsere nomine Episcopi octo Nobiles, partim Canonici, partim Consiliarij, nomine Grumbachij ipse, Ernestus Mandelslous, & Vuilhelmus Steinus.

Hæc ergo transactione extorta & omnium monasteriorum angulis peruestigatis, Canonicorum ædibus excussis, armisq; ciuium dispersis, subsequenti die Veneris qui erat nonus Octobris Grumbachius cum suis præda onustis ex urbe discedit, atq; in itinere pagis suis in fidem receptis, Mochsheimij, qui pagus est Schuuiinfurdensium, equites, atque dimidiam peditum partem dimittit, horum cuiq; qui numeros relatos esset, duos florenos tantum soluens, ut contenti discederent, reliquis inde in arcem suam Hellingensem ductis ibidem merita salaria numerans, qui mox per uaria loca dilapsi sunt, ut unde uenissent, uix sciri potuerit. Præcipui uero qui ei subsidio uenerant fuere, Ernestus Mandelslous, Vuilhelmus Steinus, & Adam Vucis: Equitum pars maxima ex Ducatu Brunswicensi uenerat: Ac ita Grumbachius quasi triūphans multorum exultatione Vuirtzburgo discessit, uerum lætitia huius Stratagematis magno ei constitit.

Nam Cæsar Ferdinandus, qui toto Imperij sui tempore iustitiæ obserantissimus fuisset, pacem coluisset, omnesq; uiolentas actiones præ cæteris odisset, hoc facto omnibus iuribus ac legibus cõtrario cognito, officij ratione omnia Vuirtzburgi acta rescindit, ac Grumbachium cum Vuilhelmo Steinio, Ernesto Mandelsloë, Iusto Zeduuizio, Michaële Feußlin, Dietricho Pichtio, tanquam præcipuis autoribus publice proscibit, atque proscriptos in Imperio denunciatur, cuius proscritionis pœna licet aliquandiu suspensa fuerit, tandem tamen eum finem sortita est, ut Grumbachio cum quibusdam sociorum supplicio affecto.

Circiter hoc idem tempus pestis quæ æstatè in autumnum uergente incipisset, contagione serpens, Norinbergæ, Francofurti, Magdeburgi atq; in ora maritima Dantisci, Hamburgi, alijsq; finitimis in locis ita sauijt, ut ad tercentena millia hominum extincta esse putentur: graue hoc flagellum est Dei, pauci tamen eo ad uitæ melioris institutionem conuertuntur.

Nono Nouembris Danici duces, qui iussu regis septem alis equitum ac uiginti quatuor uexillis peditum antea tertio eiusdem ex hybernis Ellenbogij finis miro silentio egressi fuissent, ac Suecos in obsidione Helmstadij hærentes, ab eo repulissent, dictis septem alis equitum, & duobus millibus sclopetariorum, hostes fugientes, ac intra paludes se continentes insecuti atque adorti eorum ad tria millia concidunt, & præter aliquot uexilla circiter quadraginta machinas bellicas cum magna nitrati pulueris aliarumq; munitionum copia ijs extorquent. Virtus Comitis Guntheri Schuuartzburgici in hoc conflictu prædicitur, qui aliquoties equo in glacie collapsus deturbatus, hostes ingruentes fortiter repulerit. Suecus cum triduo ante Danicas copias aduētare cognouisset, simulans quasi Calmariam ad copias alias abducendas iturus esset, turpiter suos deseruit, quorum peditum triginta quinque uexilla, peditum alæ 11. fuere.

Pestis Germanica.

Danorum Suecorumq; colluctus.

## 2210 Epitome Rerum Cesarum

Anno 1563.  
Concilij Tride-  
ntini finis.

Quarta Decembris Concilium Tridentinum, uarijs decretis publicatis & editis, solutum est, cui Cardinalis Moronus primus Legatus Concilio præstidens finem ijs uerbis fecit: Post gratias Deo actas, reuerendissimi patres in pace. Ab uniuerso cœtu Amen responsum, atque ita Concilio Tridentino finis feliciter datus est anno uigesimo septimo, postea quam primum à Paulo tertio Mantuæ indictum fuerat, à prima uerò sessione Tridenti celebrata 18. Durauit omnino annos quinque, biennium sub Paulo 3. annum sub Iulio tertio biennium iterum sub Pio quarto, uniuersis porrò Concilij decretis subscriperunt patres, quibus ea potestas erat, 255. Hi fuere legati Cardinales quatuor, Moronus, Varmiensis, Simoneta, Nauagerius: Cardinales non legati duo Lotharingius Archiepiscopus Remensis, & Madrucci electus Tridentinus: Patriarchæ tres, Hierosolymorum, Aquileiensis, Venetus, Archiepiscopi uiginti quinque, Episcopi 168. Abbates septem. Procuratores absentium cum legitimo mandato triginta nouem Magistri generales ordinum septem. Interfuere tantum Synodo, præter eos qui subscriperunt, oratores Cæsaris Ferdinandi, Regum Francorum, Hispaniæ, Lusitanie, Venetorum, Helueticorum, Ducum Bavarie & Florentiæ, Iuris Cæsarei, Pontificijque doctores, Cœcilio necessarij tres, Auditor rotæ, aduocatus consistorialis, promotor, Theologi, clerici non claustrales uiginti, ex quinque mendicantium ordinibus circiter septuaginta à suis magistris, uarijs principibus & Episcopis uel missi uel euocati. Ex ordine Prædicatorum uiginti: Minorum obseruantium decem: totidem conuentualium: Eremitarum quindecim: Carmelitarum decem: seruorum aliquot. Ministri concilij præter Commissarium & Secretarium qui Episcopatu fugebantur fuere. Scribæ duo, Cursores duo, Cæremoniarum magister, Medicus Depostarius, Forerius, Diaconus & subdiaconus cum cantoribus duodecim. Gratiæ huic Concilij celebrationi pecuniarum summam absumpsit Pontifex Pius, quippe qui menstrua ad uitæ sustentationem alaria Legatis, cunctis inopia prellis Episcopis & sacerdotibus, omnibusque ministris liberalissime tribuerit: Id munus antequam Imperatorum erat. Dum Tridenti Concilium celebratur, Cardinalis Lotharingus Romam ueniens multa de concilij expensarum magnitudine oppressus, mirum in modum exoptare uidebatur, cum eo tractauit. Qui per eos dies grauissimis, febris, catharris, podagræ, cruciatibus & alij profuitio laborans, animi corporisque uiribus ita destitutus aliquando fuit, ut mors eius à multis secutura crederetur. Cuius rei nuntio Maroni præcipue id opus fuit) ne interregno Pontificio Concilium apertum esset, iustissimis de causis synodi finem maturarunt, & incredibili dexteritate, quum plerique patres, Hispani præcipue, resisterent, rem confecerunt. Pontifex ualido corporis robore subleuatus, Ecclesiæ sacramentis, de more susceptis, triduo post conualuit. Qui concilij exitu audito, quanquam adhuc uiribus debilis, patris in cubiculum euocauit, quibus aduersæ ualitudinis suæ & concilij finis rationem reddidit, Deo gratias agens omnes ad sacrosanctas Ecclesiæ sanctiones seruandas, & ne quid præter eas ab se peterent, hortatus est. Celebresque pro adeo felici exitu supplicationes indixit.

Magnum in hoc Cœcilio, inter Philip. Hisp. Regis Catholici, & Caroli Christiani. Regis Galliarum oratores certamen fuit: uter alter alterum, in Sessionibus, atque publicis tum priuatis actis, præcederet. Gallus antiqui moris rationem: Hispanus, amplitudinem regni, Catholicæque religionis constantiam expendi potestulauit. Re itaque cum Pio 4. Pontifice Maximo, per literas à suis Concilij legatis communicata, atque tandem Romæ discussa: idem Pontifex, ipsidem legatis perbreue sub excommunicationis pœna pro Philippo pronunciarum madauit. Hoc igitur Carolus grauissime ferens: per Oratores, suo nomine, de omnibus in cœcilio gestis Protestari iussit. Cuius Protestationis formula cum scriptis extet hæc de ea plura dici non necesse esse existimauimus.

## DE REBUS GESTIS

Anno 1564.

**M**ensis Ianuarij die uigesimo sexto praelium inter Moscouitæ du- Anno 1564.  
cem præcipuum, eiusdemq; sororium Sniſki atq; Lituanos com- pugna inter  
mittitur. Nam cum Moscouita legatos Polonicos ex Moscouia Moscouitæ  
infecta pace dimiſſet, quadraginta millibus suorum & triginta Litanosq;  
millibus conductorum Tartarorum, eos è uestigio subsequitur, facta.  
ut Liuania partes Rigam uersus igni ferroq; uasent, nſq; dux eius atq; præfe-  
ctus arcis ac ciuitatis Polozki, Schniszki, cum auxilijs non contemnendis ex  
Lituanis regionibus collectis, prope Orſcham arcem Polonicam in finibus  
Lituanie sitam, se uicesimo tertio Ianuarij coniungens, non longe ab Vli op-  
pido syluam occupat. Hoc ergo Nicolaus Raziuill Dux Lituanensium co-  
gnito, etsi non plura quam quindecim suorum millia secum haberet, tamen  
Dei omnipotentis fiducia fretus, & ignominia arcis Polozki amissæ, ac info-  
lencia ducis Moscouitici, Schniszki uictoria subacti Polozki elati, commotus,  
cum eo decertandum statuit. Ideoque prima luce dicto die equo descendens,  
suos cohortatur, ut animis ad Deum eleuatis, eum pro uictoria & auxilio in-  
uocent: deinde equites suos sclopetis more Saxonico instructos, in ea syluæ  
parte, quam ipse occupasset, constituit, eo ergo Schniszki conspecto, statim  
tormenta bellica, in Lituanenses uel maxima displodit, neminem tamen eo-  
rum laedens, tum ergo Lituanenses equites cum sagittarijs suis consurgentes  
tanto impetu in hostes feruntur, ut carragine ipsorum rupta ac occupata, ho-  
stes statim dissipent, atq; eorum circiter nouem millia in internecione deleant:  
deinde fugientes ad quinque miliaria infectati, quatuor millibus eorum in fu-  
ga occisis, circiter tria millia capiunt, cumq; hostium quamplurimi flumen cõ-  
gelatum fuga transire festinarent, diuinitus glacie resoluta eorum pleriq; sub-  
mersi fuere, quibus præter quinque millia curuum cum carragine capta, duo  
adhuc millia erepta fuere, suppellectile & apparatus bellico completa. Inter du-  
ces Moscouiticos primus Schniszki fuga Polozkum euasit, tres autem eo-  
rum in Lituanensium ducis Raziuilli potestatem uiui peruenere, nimirum  
Plierschiff Sanhartzin, Polietzki, Vuoymarscheiski. Ex Lituanensibus non  
ultra 20. occubuisse feruntur, uerum circiter octingenti grauissimè uulnerati,  
inter quos dominus de Schenouuitz. Atque ita Lituani exiguis copijs, ho-  
stium maximis concisis, non solum patriam fortiter, à depopulationibus a-  
trocissimi hostis, defenderunt, sed & finitimis regionibus securitatem hoc an-  
no pepererunt.

Quia uerò in Lithuania mentionem incidimus, de qua magnam scripto-  
rum uarietatem esse constat, non alienum fortè erit, breuiter de ea recensere,  
quæ contra aliorum reprehensionē Lituanijs doctioribus maximè probentur.  
Est Lithuania regio Septentrionalis uicina Poloniae, Borussiae, Liuaniae,  
Russiae, ac ferè Moscouiorum genti contermina, amplissimus in toto orbe  
Ducatus, multa enim magna Regna amplitudine loci excedit. Inde etiam no-  
men magni Ducatus Lithuaniae habet. Dicta olim Italia, deinde Litalia, po-  
stremo magis crescente barbarie Lithuaniae. Certum enim est ex annalibus,  
Lituanos oriundos esse ex Italis, quam historiam non abs re fuerit, pauca  
hic perstringere. Anno post natum Dei filium quinquagesimo sexto, crude-  
lissimus homo Nero cum maximam tyrannidem in subditos exercuisset &  
nullum non tentasset scelus, ad extremum furens, impias ac scelestissimas ma-  
nus matri ac præceptoriniiecit. His tristissimis spectaculis multi perterriti,  
SSS 4 difficile



## 2212 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1564. difficile esse putabant, ut is alienis parceret, qui contemptu religionis ac pietatis in parentes etiam grassatus fuerat. Itaque vitæ fuga consulebant. Inter ceteros quoque Neronis cognatos quidam Iulius, aliorum periculo admonitus, metuit ne idem sibi eueniret, quod alijs accidisse uiderat. Congregatis igitur amicis, atque alijs, qui in simili periculo uersabantur, tota cum familia, in genti opum copia ac necessario comitatu instructus, nauibus refertis, patria soluit, nauigaturus eo, ubi posset sine periculo uitæ, tranquillè uiuere. Hic uenit per Oceanum ac Balticum mare in Lithuaniam, quo cum apulisset naues, uidit in primis solitudinē. Postea ubi & loci ad habitandum amœnitatē & soli fertilitatem, ingentē piscium multitudinē, inauditam ferarum copiam, incredibilē mellis abundantiam perspexisset, securus iam à mōstro illo non sine magno gaudio ibi confedit. Ritus Romanorum uetustos retinere. Nam ignem perpetuum, quē Romæ uirgines uestales fouebant, ipsi quoque assidue alebant. Penates suos quosque habebat & alios Diabolicos cultus patrio more obseruabant. Artuspiciuē in primis dediti, quod disciplinæ genus olim apud Romanos erat usitatissimum. Sed hæc idololatria per piū Principē Vladislaum Lagelonem, Serenissimi Principis Sigismundi Augusti Polonorum Regis proauum, cum à Polonis ad gubernacula Regni uocatus esset, sublata est, multi tamen adhuc inter rudem rusticorum turbam, clam pristinas sordes retinent: Ita difficile autem & multis seculis confirmatus error mentibus extirpatur. Ceterum & idioma Lithuanorum olim latinum fuisse, ex plurimis eius sermonis uocabulis apparet, quod iam Barbarorum consuetudine, qui magnas plerunque linguas offendunt tenebras, mutatum esse non mirum est, cum & ipsa Lithuania parens Italia Latinum sermonem, qui ei uernaculus quondam fuit, præterquam quod corrupta uocabula adhuc etiam retinet, ueterem linguam penè amiserit. Naturarum etiam in Lithuanis & Italis similitudo agnosci potest. Intelligentes & amantes iustitiam utrique, Libertatis tuendæ causa, non laborem, non pericula defugientes, non ignaui, nec perulantes, non alijs temerè bella inferentes, sed illata fortiter sustinentes & depellentes, domi magna seueritate disciplinam, & pudicitiam tuentes, capaces & auidi doctrinarum, idonei etiam ad eloquentiam. Neque uerò in his artibus, etsi ut parenti, Italia ceterum longe Italici post ponendi sunt. Ea est omnium ingenij dotium atque uirtutum excellentia.

Quarto Februarij anni huius, Deputatorum ad repentina ac improuisa Imperij negotia legati, iussu Ferdinandi Imperatoris conueniunt, qui non solum Grumbachio cum suis proscripso, pacem publicam seruari, sed & futuris motibus qui metuebantur, occurrere satagebat. Eorum itaque conuentu Grumbachius cognito, qui de suo suorumque manipularium corio actum tri olfecisset, prolixum eò scriptum ad deputatos mittit, in quo quam paci semper studuerit, ac ea locū apud aduersarios inuenire nequiverit, commemorat se Electorum consilio ex Gallijs cum instructissimo equitatu redeuntem obtemperasse, ac ad cohortationem ipsorum Deluarti eum spe reconciliationis ac intercessionis factæ fiducia dimississe, Augustæ anno quinquagesimo nono pro concordia se instituisse, sed frustra. Nam omni opera ac sollicitatione eius sprete, Canonicos Vuirzburgicos inter se iureiurando sanxisse, nullum in collegio referendum, uel in posterum recipiendum, qui pacem cum Grumbachio, uel reconciliationem suadeat, mandata quoque in Camera imperiali impetrata, quibus paritum non sit. Se itaque hoc cognito summa necessitate & aduersariorum iniquitate compulsus, licitas ad recuperationem bonorum ablatorum uias suscepisse: iuris esse quod liceat spoliato, spoliatores etiam armis expellere, & possessionem bonorum spoliatorum uicissim recuperare, etiam si timor

# Sub Ferdinando I. Imper.

213

Anno 1564.

si timor scandali sublit, ius igitur suum negligere noluisse, sed amicis ac auxiliariis competentibus inter quos 400. nobiles fuerunt, bona recuperasse, ac occasione rei contra hostes gerendæ cognita usum, ac transactionem ab adversarijs oblatam acceptasse. Ac licet in casu legitimæ defensionis à Casarea Maiestate proscriptus sit, tamen eam proscriptionem non subsistere, quod se alijsq; consortibus non citatis sit facta extra Imperium in Hungaria, Electoribus in scijs, ac causa transacta, inausa per sub & obreptionem impetrata. Senam sua proscriptionem aboleri, ac transactionis factæ formulam seruari apud Casaream Maiestatem propter maiora scandala uitanda curent. Eo uerò perij statuum constitutione iam ante fuisset per suos transmissio. Is uigesimo sexto Februarij ei acerrime responderet, atq; initio scripta proscripti recepta minister totius rei cum Grumbachio gestæ statum exponit, minas proscripti, nisi transactio extorta seruetur, exaggerant, quòd Grumbachius immerito bonis spoliatus fuerit negant, eum enim inter præcipuos deuastatæ dioceseos hercipolensis autores fuisse, mandata de restituendo in Camera emanata, cum clausula, in uim simplicis citationis resoluta, intercessioni principum locum merito non datum, cum à prioribus delictis non tantum non destiterit, sed ea atrocioribus cumularit, coniurationem Canonicorum contra Grumbachium ab eo more suo ad diffamandos eos confictam, Augustæ consensum in hoc ut si cædis Melchioris Episcopi Grumbachius se innocentem esse ostenderit restituendum, id uerò minime factum, eum non esse spoliatum, ut legitimam defensionem prætere possit, sed tyrannicè egisse, neque spoliatum absquæ dolo committi: Dolum uerò in eum non cadere, qui uolentum grassatorem, summo Principe id mandante, iusto bello ac legitima defensione repellat & prosequatur. Mirandam banniti atq; proscripti temeritatem, qui proscriptionis uitres, ob nullitates nullas euertere conetur, non enim auditum, quod principis uires, qui sit lex animata in terris ob notoria delicta, in scijs electoribus pacis publicæ uiolatores maximè inferioris conditionis banno subijcere nequeat, quod conqueratur se non citatum, declaratum, in hoc ipsi cõsiderandum, non solum bonum publicum, sed & quod princeps de potestate ordinaria possit prætere citacionem, ubi pars nõ citata euidenter careat, probabili defensione, hisce alia multa accumulatur, quæ huc referri minimè necesse est, cum omnia scriptis comprehensa publicè impressa extent. Ad extremum uerò rogat, ut deputati nulla supplicationis Grumbachianæ, sed publicæ necessitatis ratione habita, in consultatione sua pergant, quo publicæ pacis perturbatores coherceantur, atq; legitimis modis, tranquillitas in Imperio conseruetur. Deputati autem re ad animum reuocata, cū non solum quæ mali exempli hisce grassationibus in ualescentibus res futura esset, sed & similes machinationes imminere ex propositione Casarea cognouissent, Executionis pacis publicæ formam emendant, & augent ac pro tranquillitate in Imperio conseruanda, mille quingentos equites comunibus Imperij impensis sustentandos, unani mi uoto in re tam periculosa statuunt.

Circiter initium mensis Aprilis, Andreas Vesalius, Philosophus, ac Anatomicus toto terrarum orbe celebratissimus, Caroli 5. Imperatoris, & Philippi Regis Hispaniarum medicus, cuius superius circa obitum Heinrici secundum Gallorum Regis meminimus, Venetijs cum Malatesta Ariminensi eius Reipub. capitaneo, in Cyprum proficiscitur. Dum uerò paulò post à Venetijs Patavijs amplissimo stipendio euocatus, ad suscipiendam functionem oblatam tenderet aduersis uentis ad insulam Zantum delatus, ibidem in loco so-

Anno 1564.

litaro uitam miserrimè obiit, ac ab aurifabro qui fortè fortuna ad locum, ubi uitam finierat, peruenisset, ne esca bestijs fieret, sepelitur. Exemplo omnibus notando, ut uitæ nostræ incertitudinem consideremus, iram Dei fugiamus eumquæ precemur, ne oculos suos à nobis auertat, sed peccata propter Iesum Christi filij, ac unici mediatoris nostri intercessionem nobis condonet, & ex hac misera uita translatis, possessionem cœlestis domicilij, passione & effusione sanguinis sui præparati, benignè concedat, quò cum in diuidua trinitate, angelis ac patriarchis, omnibusq; sanctis, æterna beatitudine ac uita cœlesti in æternum frui atq; gaudere queamus.

Colloquium  
Maulbrunen-  
se inter Theo-  
logos Palatini  
& Vuirten-  
bergici.

Decimo Aprilis Palatinus Elector Fridericus, atque Christophorus dux Vuirtembergicus, cum ante de componenda tristi controuersia præsentis corporis Christi in cœna Domini à Theologis utrorumquæ longo tempore agitata consensissent, in monasterio Maulbrunensi, quod sex milliaribus Spira distat, atque in ditione Vuirtembergica situm est conueniunt, atque colloquium adductis suis theologis instituunt. Ac quidem Elector Palatinus disceptationi huius controuersia adhibet ex Theologis, Michaëlem Tillerum concionatorem aulicum, Petrum Boquinum Gallum, Casparum Oliuanum Treuirenses, Zachariam Vrsinum, & Petrum Dathenum, ex politicis, Christophorum Ehemium, & Thomam Erastum medicum, Notarium, Vuilhelmum Xylandrum græcæ linguæ Heidelberge professorem. Vuirtembergicum uerò ex Theologis Valentinum Vannium Abbatem Maulbrunensem, Ioannem Brentium præpositum Stutgardensem, D. Iacobum Andrea. Cancellarium Tubingensem, D. Theodoricum Schnepffium professorem Tubingensem, Balthasarum Bidenbachium concionatorem aulicum: ex politicis autem Ioannem Fefslerum Cancellarium & Hieronymum Gerhardum Vicecancellarium. Notarium uerò constituit Lucam Oliandrum concionatorem Stutgardianum. Durauit horum colloquium à decima Aprilis die, usq; ad 17. eiusdè, ac Principibus ob alia negotia inde profectis, actis colloquij subscribere nomine Electoris ex politicis, Christophorus Ehemius, ex theologis Dillerus & Oliuanus: nomine Vuirtembergici ex politicis, uicecancellarius Gerhardus: Theologis Brentius & Iacobus Andrea: Notarijs uterque utriusq; nomine deputatus. De modo uel articulis disputationis scribi nihil necesse est, cum acta ab utraq; parte diuulgata, publicè extant.

Mensis Maij die ueneris qui in 13. Calendas Iunias incidit, biduo post futura die Pentecoste, uespere circiter octauam Ioannes C. cum ab anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, uarijs morbis agitato atq; doloribus cruciatus fuisset, tandem difficultate anhelitus, quam *diuoruoia* uocant, Genææ moritur, atq; secunda hora pomeridiana, sequentis diei, in communè cœmeterium, cui à plano palatio nomen est, absq; ulla prorsus funeris pompa & apparatu effertur: cadauer ipsum maxima ciuitatis pars atq; frequentissima omnium ordinum turba comitata est, non desuere complures peregrini qui quoniam eius uidendi gratia uenissent, uehementer auerent mortuum spectare, atq; hoc ualde flagitarent, sed improborum maledicentiæ & calumnijs obuiam iretur, citius id in ligneo loculo reconditum fuit: natus fuit Nouioduni in Picardia anno 1509. 10. Iulij die, ita ut in hoc mortali æuo uixerit annos quinquaginta quinque, menses undecim, dies septendecim. Huius uitæ copiose qui ei in munere docèdi successit T. B. descripsit, ac funus multi Epitaphijs suis ornarunt, qui itaque eius historiam pleniorè desiderat, ea legat.

Naualis pugna  
inter Danos  
& Suecos.

In ferijs Pentecostes undecim nauibus Danicis in portu Bornholmensi, se cõtinentibus, ac nihilo minus quàm hostium aduentum expectantibus, nouendecim Suecicæ naues plenis uelis in eas feruntur: quibus Danicæ conspectis, &

## Sub Ferdinando I. Imper. 2215

Annus 1564

etis, & hæc se instruunt, atque Suecicis obuiam progressæ, hæc ita appropinquant, ut sclopetis res ageretur. Tanto itaque ardore certatum, ut octo Daniæ uelis conuersis fugam caperent: hæc ergo retrocedentibus, fit, ut nauis prætorix malus, in medio tormentorum ictu perfringeretur, qua Iacobus Brackenhausen Danicus Nauarchus uehebatur, ac cum nauis moueri non posset, Danicus Nauarchus in hostis potestatem ueniret, cui cum aliæ duæ naues Daniæ, quarum altera Cerua, altera Hector nominatæ erant, succurrere uellent, & hæc tanta ui repelluntur, ut de fuga cogitarent, sed celeritate hostis præuentæ & ipsæ ei se dedere cogentur. Sueci itaque tribus his nauibus potiti, Danicos milites statim ex hæc iussos egredi, in suas naues distribuunt, atque ad regiam urbem Stocholmam contendunt, quo cum appropinquarent, milites de promontorio in promontorium transuectos, initio durissimam fame affligunt, ac in tertium deductos, non solum contra iura militatonsore ueniens, iussu regis eos tonderi iubet, qui dicitur, Daniæ Regem cucullis morionum delectari, itaque Regem Suecum iussisse unicuique coronam monachalem fieri, ut monachorum coronæ, ac morionum cuculli conungantur. Deinde Stocholmiam nauibus, in quibus capti fuerant, transuehantur usque in portum, ibi uero pontonibus, impositi, bini ac trini, ac tanquam canes uenatici copulati per urbem in arcem deducuntur, ubi cum contra sacramentum militare Regi Daniæ præstitum, Sueco se militare non posse affirmarent, in tres partes diuisi, partim Vesaliæ, partim Vestræ, partim Gripsholmum ablegantur, ac in durissimos carceres coniecti, compedibus confringuntur ac alimentorum necessariorum denegatione, ita cruciantur, ut fame plerique perierint.

Sub finem Junij Sueci successu prioris uictoriæ elati, ac nihili pacis tractationem, Rostochij per Imperatorem, Electores, aliosque Imperij principes institutam facientes, rursus Bortholmum, ubi Daniæ ac Lubecensis classis conuenerat, petunt, ibi ergo certamine rursus facto, Sueci ex nauis Magelosiæ tam strenue pugnant, ut primo die ea quod nomine præ se ferret, repretiisse uideretur. Cæterum sequenti die prælio redintegrato, Daniæ ita fortuna affulsit, ut Magelosiæ cum aliâ nauis ex nitrate puluere accenso, dissectæ, atque submersa cum omnibus ei impositis fuerit, saluo tamen Nauarcho Suecico Iacobo Bagen, qui unâ cum alijs quibusdam nobilib. ac equitibus Suecicis, uiuus in hostium potestatem uenit, ac ille quidem Hassniam, cæteri uero nobiles Lubecam deducti fuere. Clades hæc Suecorum magno, & quiritis bellicis, munitione, comæatu, apparatu nauali, milibus, alijsque instrumētissima fuit: Ac ut nulli potentia cederet, à Gustavo Rege ædificari cepta, à filio uero Erico perfecta fuit, nomine inde ei lingua Suedica indito, quali à potentia libera esset. Cæterum hic Deus ostendit, quæ stultæ & uanæ mortaliū cogitationes sint, perpetua & inexpugnabilia fore censentium, quæ unico momento concidant ac pereant. Discant igitur Reges ac gubernatores, non munitionibus ac rebus hominum manu factis, sed Dei omnipotentia confidere, eisque soli inniti. Nam ut illa ab hominibus constructa, sic facile ab iisdem dirui atque eueriti queunt.

pugna alia mens  
ultima

Mensis Iulij uicesima quinta die, quæ erant feriæ diui Iacobi Apostoli, die em extremum Viennæ Austriæ clausit Vigilantissimus, liberalitate, lenitate, iustitia & prudentia singulari Clarissimus, pacis amantissimus, ac omnibus desyderatissimus, Princeps Ferdinandus Romanorum Imperator, obsecura primum febri ac uarie arreptus, mox per se menses ea palam uehementius

Ferdinandi Co  
saris excessus

tius

## 216 Epitome Rerum Gestarum

Anno 1564 tius ac intestina adurente: pituita quoque tenui socia, per fauces acriter & tabi-  
 de pectus tam repetente, sanguinis etiam probitate, habitudineque uniuersa,  
 extremo tumore indice in aqua penè conuersa diè hanc obitus ante aliquot  
 menses sibi definisse scribitur. Nam cum uicesimo secundo Aprilis huius an-  
 ni, proximo ante Palmarum Festum die, manè pedes abluturus, in uertigi-  
 nem, ac animi turbationem incidisset Zithardo concionatore aulico uix ip-  
 sum sustinente, atque se collegisset, ait, uos putabatis me profus non reditur-  
 um non tam cito id fieri: Certum habeo me ante Pentecosten è uita non mi-  
 graturum, cumque eum diem & octauam post attigisset, repetijt: Spiritus fan-  
 ctus noluit ut morerer ante Festum Iacobi, ut quomodo is peregrinus apud  
 nos, ita ego infans Hispaniarum extra solum natale cum ipso peregriner. Ex  
 eo tempore grauius habere cepit, medicosque sibi aliquid exhibere ferè coe-  
 git: non facturos ipsos officium si naturæ cuncta permitrant. Sæpè repetebat,  
 te ad uitam & mortem paratum, nihil abhorre, cuius malum ac periculum san-  
 guine Christi exhaustum esset, ac sublatum. Imò iucundissime animi prom-  
 ptitudinem ac uoluntatem declarauit, cum adiecit: Se morti illigatum, eamque  
 non recusare, quod si maiores ipsius mortui non essent, per numerum tot  
 superstitem successorum, se ruricolam aut pastorem forte, cum Imperator  
 sit, futurum fuisse: idcirco se suis loco cessurum ut dignitatem obtineant æ-  
 quam, dum per Deum Austria domui liceat. Sæpè Deum precatus est ut si  
 quos offenderit, sese patefaciant: uitamque dum errorem deprecetur, ac illis de-  
 trimentum compenset, produci orauit. Ministrorum Indicem, & nomina qui-  
 bus debeat, quos digne locupletarit, quibus immerentibus spe liberorum  
 quid largius indulserit, repetebat. Per octo & triginta annos Turcæ se oppo-  
 suit: nulli tamen eius causa se inopes factos queri possunt, ac si otium fuisset  
 didandi, quis eo uspiam potentior, amplior fuisset: cuius causa Solymannus  
 septies moleste præsens uenire sit coactus ad triginta & centum milliarum  
 continua ditionem possederit. Defectis paulatim uiribus, die à se definito  
 Iacobi, facillimè, ut morbi, nullo graui mortisque præsentis indicio cessit, ho-  
 ra post prandium, etiam ouo iure soluto cum ulatum, inspectantibus suis,  
 uix digresso filio Maximiliano, nec tum eiusmodi quicquam cogitante, &  
 ad subitum nuncium etiam addubitante. Cuius ultima uox alto tentati som-  
 no, ac de hora quærentis (cuius machinationis semper fuit amantissimus.)  
 ad Cratonem medicum fuit, alijs absentibus omnibus adhuc: Quomodo  
 habeo? Aperto corpore, uisceribusque uacuo, in sinistro rene plurimi la-  
 pilli, atque etiam in uelica (de quibus tamen nunquam fuerat conquestus)  
 reperti fuere. Cineres ex eius uoluntate ad dulcissimam coniugis Annæ Re-  
 ginæ Hungariæ ossa, Pragam translati, atque apparatissime funestissime-  
 que depositi. Vixit annos sexaginta, menses nouem, & aliquot dies. Im-  
 perium solus administrauit annos septem, coniugem habuit Annam Regi-  
 nam Hungariæ & Bohemiæ, ex qua liberos quindecim sustulit, masculos un-  
 quatuor Maximilianum, Ferdinandum, Ioannem, Carolum, femellas un-  
 decim Elizabetham Regi Poloniæ Sigismundo nuptam, Annam Mariam,  
 Magdalenam, Catharinam, Leonoram, Margaretam, Barbaram, Ursulam,  
 Helenam, Ioannam. Virtutes eius, post mortem non solum à doctis Ger-  
 manicæ, sed & Italiæ prædicatæ fuere, inter quos Ioannes Baptista Pigna Al-  
 phonfi Ferrariensis ducis Secretarius, & Ioannes Baptista Adrianus Florè-  
 tinus, in præsentia suorum ducum, eius funus orationibus elegantissimis  
 ornarunt. Inter Hungaros uerò Franciscus Forgat Episcopus Varadien-  
 sis, Ioannes Sambucus Medicinæ Doctor, & Martinus Berzeuicæus. Por-  
 tò Ferdinando rebus humanis exempto, Maximilianus Cæsar in Impe-  
 rio,

# Sub Ferdinando I. Imper. 2217

Boëmiæ regno, & Austriæ principatu successit. Tirolis comitatus, cum *Anno 1564*  
 Brisgoia & Alfaria &c. Ferdinandi Prouinciæ Stiria, Caruola, Carinthia, Car-  
 rolo, cessere.

Hoc eodem anno ac die Iacobo sacro in diocesi Saltzburgensi in ualle Rau-  
 rissa circiter horam nonam noctis, nubes ignea magno fulgore ac tonitru fra- *Fractæ nubis*  
 cta, in montem qui Berencogelus dicitur, decidit, à qua fluuiolus quidam ca- *tempestas.*  
 pris denominatus, ita creuit, ut ingentia saxa loco mota uoluerit, & in pago  
 quodam Luca ultra centum homines submerserit ac triginta ædes dirutas im-  
 petu suo auexerit. Talia signa effusam Dei iram haud dubie testantur,  
 contra peccata nostra, ea tamen non agnoscimus, sed quasi occæcati indies  
 ea accumulamus, ut mirum non sit, si Deus irritatus, nos uirga sua ferrea ui-  
 liter.

Circiter hoc idem tempus, ne Suecia solum bellis occuparetur, sed tristibus  
 lara miscerentur, Christophorus Marchio Badensis, ducta Regis Sueciæ Go-  
 staui filia Cecilia Erici Regis sorore germana, in uxorem, nuptias Stocholmæ  
 celebrat eamque autumno sequente per Borussiam ac Marchioni ad suos  
 traducit.

Augusti die tricesimo D. Sabina Comes Palatina ad Rhenum superioris &  
 inferioris Bauariæ Dux, quæ Ulrico Duci Wirtembergensi ex consilio Ma- *Ducissæ Wir-*  
 ximiliani Cæsaris nupta, illi Christophorum filium peperit, extremum uitæ *tembergensis*  
 pensum Nirtingæ absoluit, eum finem sortita, quem diuus Augustinus quo- *Palatinæ obi-*  
 dam in loco sibi à Domino concedi petijt, nimirum somno eam excipiente *tus.*  
 eum requie, requie cum securitate, securitate cum æternitate. Nam cum tertio  
 Calend. Septemb. ante horam matutinam in ædes arcis Nirtingensis inferioris  
 descendisset ac inspexisset quæ ministri pararent ad iter, quod instituerat, &  
 quedam illis mandasset, ubi iterum ascenderet, de infirmitate quæri cœpit, &  
 sedere se atque quiescere uelle dixit: & ita placidè cōsedit, ac inualescente ui mor-  
 bi paulatim & sensim inter manus suorum domesticorum collabescere, & sub  
 sidere toto corpore cœpit: quod cernentes illi, & ultimum huius miseræ uitæ  
 diem instare rati, mox accersunt, ut erant iussi, pastorem Nirtingensem, uirum  
 in primis doctum & pium: quo adueniente, interrogata à nobili matrona: an  
 ex illo uerbum Dei & consolationes diuinas audire uellet: respondit se percu-  
 pere. Cum uerò ille ultra horam ad fidem in Christum constantem & patienti-  
 am Christianam adhortatus illam esset, eumque illa summa cum attentione au-  
 diuisset, & ad omnia interrogata planè & dilucidè, sed breuiter, respōdisset, &  
 adfirmasset se libenter ac prompto animo Domino uocanti se obtemperatu-  
 ram, dormire se uelle tandem dixit: Ergo ad horam ferè primam ita suauiter &  
 placidè dormiuit, ut quotquot adessent, optimam iterum, diuturnioris ip-  
 sius uitæ spem conciperent, donec tandem leuissimo motu corporis uix anti-  
 sto suo redderet. Postquam autem rumor de obitu eius Nirtingæ percre-  
 buisset, tantus & tam acerbus oppidum tantum inuasit luctus, ut in singulis  
 adibus mortuum tacere credidisses. Quam enim uitam propter summam  
 pietatem & maxima beneficia ardentissimè dilexerant, non poterant non  
 dolere sibi ademptam, non Dominam & Principem, sed matrem charissi-  
 mam. Nam non solum pietas eius, sed & beneficentia erga pauperes multis  
 probata fuit. Id quod alia exempla testantur, tum uerò hoc. Etenim cum audi-  
 uisset Vuaiblingensibus, à quo oppido Gibilinis bellicosissimis quondam prin-  
 cipibus, arbitror, nomē factum, ptochotropheium non esse, mille nummos au-  
 reos, ad noui, ut uocant, hospitalis extructionē contulit. Et ut liberalior & be-  
 nignior in pauperes esse posset, omnem luxū aulicū, omnesque sumptus nō ne-  
 cessarios sustulit. Itaque de redditibus suis annuis, qui fuerūt satis ampli, uix quat-  
 tam par-

Anno 1564. tam partem in suos & aulae usus contulit: reliquum uniuersum uel in pauperes distribuit, uel ijs quos liberalitate sua dignos iudicabat, donauit. Neque enim sibi in hoc seculo colligebat thesauros: sed illos, iuxta praeceptum seruatoris, per manum pauperum in caelos praemittebat. Et cum foemineum genus ferè ad rem soleat esse attentius, senes quoque propter imbecillitatem plerumque efficiantur auariores, ipsius liberalitas indies magis magisque cum aetate ad extremum usque uitae diem crescebat. Saepè enim dicere solebat, nullos se hic reliquias thesauros, nisi quos uel apud pauperes, uel benemeritos & fideles ministròs deposuisset. Itaque cum funus eius summo mane propter itineris longinquitatem efferreretur, uix tamè ulla domus fuit Nirtingae, ex quo non aliqui illud flentes & lugentes comitarentur, atque aegre & maximo cum dolore primi à funere auellerentur. Ita igitur funus illud Tubingam deducente filio Principis, cum omnibus suis nobilibus & proceribus, coniuge & liberis charissimis prodeunte obuiam tota schola & oppido Tubinga, quarto Id. Sep. cum maxima solennitatis humeris nobilium in templum deportatum atque ad Damas & comites Vuirtemberg: quondam Illustriss. & praestantiss. principes & Heroes reconditum est, inde in extremo ludicio Domino & Salutatori Iesu Christo iudici uiuorum & mortuorum obuiam proditurum, & deposita mortalitate, in gloria aeterna uicturum.

Septembris die sexta arx munitissima Peñoldi Velez sub dominio Turcarum ad Africae oram inter abruptissimas petras sita, & mari undique sepra à Garzia Tolerano regis Hispaniarum irremium & maris duce ad reprimendas Turcicorum piratarum, qui inde frequenter mari infestabant incursiones, obfessa ac ualidis tormentorum ictibus uerberata Turcis, praeter omnium expectationem inde aufugientibus, in Hispanorum potestatem uenit, Duce & toto exercitu fauente à Deo exercituum hostibus terrorem immissum, ut ex ea arce turpiter discederent, quae uix multo tempore & sanguine obtineri potuisset. Huic ergo arci fortissimo praesidio contra barbarorum incursiones imposito, Garzias ad suos redijt.

Decembris die decimosexto Adolphus Dux Holsatiae cum desponsata sibi Christina Philippi Holsatiae Landtgrauij filia insigni pompa nuptias Gottorpij ducatus Slesuicensis oppido celebrat. Hanc Landtgrauij filiam Ericus Rex Sueciae bello inter se & Danum exorto ambierat, quò sibi auxilia in Germania contra Daniae regem compararet, nec denegatam fuisse constat. At Landtgrauius detectis abominandis Sueci consilijs, interea reginam Angliae Elizabetham ad nuptias secum ineundas literis sollicitantis, atque praetextu matrimonij cum filia sua indigna Rege molientis, eius affinitate sano consilio repudiata Adolpho Holsatiensi, cuius herouicum animum à teneris annis cognouisset, eam in matrimonium tradit.

RERVM GESTARVM, SVB FERDINANDO  
I. IMPERATORE, FINIS.





